esset substantia esset certo & subsistens & per consequens esset talis operatio una sicut omne abstractum a materia si subsistat est unum: Et sequeretur ex illo quod substantia unius angeli non distingueretur a substantia alterius angeli: Immo neque a substantia Dei quae est ipsum intelliger subsistens: Consequentia probatur Quia remoto eo per quod unus angelus ab alio differt: Et a Deo remouetur eorum differentia: Sed unus angelus ab alio differt propter varios gradus intelligendi qui proueniunt ex uaria participatione ipsius intelligere ratione cuius hic perfectius & ille intelligit imperfectius: & a Deo distinguitur eo quod ipse solus est suum intelligere subsistens haec autem differentiae remouentur ponendo. Intelligere angeli esse substantiam ipsius & naturam qua subsistat. Quare angelus unus neque a Deo neque ab alio distinguitur angelo: Et arguat sic. Quandoquidem remouetur a distinctis & differentibus illa ratio qua distinguuntur & differunt: remouetur ab illis distinctio & differentia: Sed si ponatur operationes angelorum esse ipsorum substantias remouetur ab ipsis ratio qua inter sese distinguuntur & differunt: similiter & ratio qua distinguuntur a Deo. Igitur remanebunt inter sese indistincti: similiter & a Deo non erunt differentes: Maior patet & Minor probatur: Quia tunc angelus esset ipsum intelliger subsistentes & per consequens unum tale: quia non participaret ipsum intelligere secundum perfectius & minus perfectum: Deinde probatur intellectum seu potentiam angeli non esse omnino suam essentiam sed aliquo modo ab ea differre: Quorumcumque actus secundi differunt: & primi patet: Quia secundum diuersitatem actuum secundorum accipitur diuersitas actuum primorum: Sed actus secundus essentiae est esse: Actus autem secundus intellectus est intellectio & uoluntatis uoluitio: Et esse est alius actus ab illis: Igitur potentiae illae sunt aliae ab essentia. Sicut enim essentia se habet ad esse ita aliquomodo se habet potentiae ad operari: quia sicut potentia notat primum actum: ita (suo modo) & essentia. Tertio probatur quod intelligere angeli non sit eius esse: Esse. n. co.

paratur habitui & quieti operatio autem motio & fluxui: ut colligitur ab Dionysio ad di. no. Que igitur diuersos habet essendi modos & uarios & ipsa sunt diuersa & uaria. ¶ Preterea omne determinatum secundum speciem & genus differt ab indeterminato tali modo: Sed esse angeli est determinatum & limitatum: Solum enim esse Dei est absolute infinitum omnia in se comprehendens: ut ait Dionysius: Operatio autem angeli est illimitata aliquo modo quia circa omne ens uersatur: Quare non erit idem cum ipsius esse. Adde tu quia: Quandoquidem aliquid est plurificabile: manente alterius unitate illa non sunt idem: Sed cognitio & amor angelorum est plurificabilis esse manente eodem: Igitur Esse & operari angelorum non sunt idem: TVDISSIVS. Iste rationes non uidentur presupponere ueritatem: In prima quippe potest quod eo modo se habeat essentia ad esse sicut intellectus ad intelligere: Et quod ipsum intelligere est quedam actualitas ipsius intellectus sicut esse ipsius essentiae. BENIGNVS: Non sunt omnia ad unguem ut uerba sonant accipienda: Sed acutum iuuabit in his sensuum & uerborum discretio: Similitudo illa sic accipienda: Sicut essentia est radix quedam & fundamentum & actus primus respectu esse (quod quidem esse siue dicatur accidens: siue modus essentiae intrinsecus (ut aiunt) non est mihi curae). Ita intellectus comparatur ad ipsum intelligere non tamen infero inter illa omnia similia ut si intelligere sit accidens: ab intellectu (ipso manente) separabile: Igitur & esse erit ab essentia (ea manente) separabile: Et ita est multis aliis: Sic & aliae rationes facile poterunt adaptari. TVDISSIVS. Gaudebunt de tua pulchra declaratione Thomae discipuli: nullusque rite poterit indignari.

¶ Obiectiones contra tres conclusiones allatas & earum solutiones. Ca. .ii. CERVIVS.

**C**ontra ea quae probasti posset plurima induci Et primo aduersus primam conclusionem in qua tenuisti angelorum operationes non esse ipsorum substantias: Et arguo primo sic: Si cui minus uidetur aliud competere & tamen illi competat: & cui ma-



gis / Sed minus competere uidetur nostro intellectu ut actio ipsius q̄ angeli sit ipse / Et tamen hoc sibi competit. Igitur & angelo / Maior patet ex secundo topicorum / Minor quo ad p̄ores particulam prius probatur. Nam substantia & intellectus angeli sublimior est simpliciorq; nostro intellectu : Quo ad alteram partem deinde probatur: Nam philosophus tertio de anima & eius comentator dicunt substantiam intellectus nostri agentis esse suam actionem: **E**rit itaq; actio angeli substantia eius / Deinde quicumq; aliquid est uiuere / illud sibi est substantia & esse: quia ex secundo de anima uiuere uiuentibus est esse: Sed angelis ipsum intelligere est uiuere ut patet ex vndecimo diuinorum ubi philosophus ait Actio intellectus est uita illius. Igitur intelligere erit angelis substantia & eē. **P**reterea Quā documq; extrema que magis distant sunt unum & medium quod utriq; propinquius erit unum cum illis : Sed essentia angeli & intellectus que concipiuntur hic ut extrema sunt una res atque substantiam / & uitam: Igitur & actio que ut medium inter illa intelligitur ( presertim quando angelus intuetur essentiam suam ) erit unum cū illis. **C**ontra secundam conclusionem ( que est talis : Intellectus angeli non est omnino idem quod eius substantia / sed differt ab ea ex parte rei ) arguo primo sic probando essentia angeli atq; potentiam nullo modo distingui ex parte rei / & ut aiunt formaliter / **Q**uandocumq; aliquid dicitur esse ipsum formaliter in abstracto: non distinguitur formaliter ab illo / Quia hoc esse illud formaliter & in abstracto denotat predicationem essentialē: & non accidentalē: Sed Dionysii auctoritate angeli sunt intellectus & mentes: Igitur non distinguuntur formaliter a mente & intellectu : Deinde quicumq; a minus simplici potentia non distinguit neq; deroget sue simplicitati ille etiam debet eam non distinguere a magis simplici / quia magis derogaret maiori simplicitati: Sed philosophi potentia materie non distinguunt ab ipsa propter eius simplicitatem que tamen est minus simplex angelo / pa-

tet. Quo enim quid Deo simplicissimo propinquius eo & simplicius: Sed angeli Deo propinquissimi / Materia uero remotissima / iuxta illud Augustini duodecimo cōfessio. Duo creasti domine unum prope te alterum prope nihil. Igitur non debent potentiam angelorum ab ipsis distinguere ne derogent maiori simplicitati : Et non erit syllogismus ex puris negatiuis si termini sumantur infiniti / **T**ertio Quicumque formam simplicem subiectum ponit contra ueritatem atque Boetii auctoritatē id agit dicentis. Forma simplex subiectum esse nequit / Sed quicumque potentiam angeli distinguit : Formaliter ab angelo ponit ipsam potentiam accidens & angelum qui ē forma simplex / subiectum igitur contra ueritatem atq; Boetii auctoritatem id agit. **C**ontra tertiā conclusionem in qua posuisti actiones angelorum non esse idem quod esse ipsorum: **A**rguatur per secundum argumentum ad contra primam conclusionem: Deinde sic Quorum est idem principium formale illa sunt idem / quia forma dat eē Et sicut se habet causa formalis ad causam formalem quo ad unitatem uel pluralitatem: ita & effectus ad effectum : Sed illud quo angelus est & quo intelligit est idem principium formale / uidelicet essentia illius: per illam enim habet & esse & intelligere que unica est: Igitur esse angeli & intelligere erunt idem: **B**ENIGNVS Acutus es & rationes tue id ostendunt. **A**d primam tamen id respondeo **N**egando actionem intellectus agentis esse ipsum **A**d philosophum autem dico illam predicationem non esse essentialē / sed per quendam concomitantiam: Quia posito intellectu agente potest poni subito illius actio quia est uirtus actiua non autem passiuā ( prout est intellectus possibilis: q non operatur nisi prius moueatur ab obiecto: Est ergo sua actio intellectus agens ) quia non recipit ut agat: sed ex se habet quod agere possit: & in eo differt ab intellectu passibili. ¶ **A**d secundam dico illam rationem hanc uim habere sicut se habet essentia ad esse: ita se habet uita ad uiuere: Igitur si aliquod concretum ut uiuere sit idē quod esse / & abstra-



Etum illius uidelicet uita / erit idem cum abstra-  
cto ipsius esse / hoc est essentia; ubi negatur illa  
similitudo ut uidelicet eo modo se habeat essen-  
tia adesse sicut uita ad uiuere & e contra / uita. n.  
se habet ad uiuere sicut cursus ad currere: que i-  
dem denotant sed differunt in modo significan-  
di. Essentia uero apud philosophos non accipi-  
tur pro abstracto ipsius esse / ut uocabulum insi-  
nuat / sed potius pro quiditate & primo concep-  
tu rei / Esse autem est extra quiditatem / ideo ab  
aliquibus uocatur accidens; ab aliquibus modus  
intrarius quiditatis. Et si ergo uiuere sit alicui  
esse / & actio intellectus sit uiuere & uita; nota-  
men sequitur igitur uita est illa essentia & sub-  
stantia non obstante q̄ quandoque forsan uita  
pro essentia accipitur / ut cu3 dicit Aurelius tres  
partes imaginis memoriam / intelligentiam / &  
uoluntatem esse unam uitam & unam essentiam  
Sic tamen uita non accipitur ibi a philosopho.  
Ad formam rationis Neganda est Maior ut rei  
que uiuit substantia sit uiuere: Ad philosophu  
autem dicendum est q̄ ipsum uiuere uiuentib9  
ea ratione qua uiuunt est esse: Nam intelligentis  
ea ratione qua intelligens est ipsum intelligere  
erit esse. Veluti & uidentis uidere / accipiendo i-  
ntelligentem & uidentem atq; uiuentem pro for-  
ma non pro substantia illa: uiuere quoq; uiuen-  
tibus est esse actu secundo. Unde non sequitur  
cuilibet intelligenti prout intelligit esse: Est in-  
telligere; sed angelus est intelligens / igitur an-  
gelo esse est intelligere: non sequitur certo nisi  
addendo in minori & conclusione illaz particu-  
lam prout intelligit: Ad tertiam Neganda est il-  
la clausula / ut actio uidelicet intelligere sit me-  
dium / inter ipsum intelligentem / & rem que  
intelligitur / non est inq̄ medium reale ueluti a-  
ctio transiens est medium re ipsa inter operante  
& subiectum suscipiens ipsius actionem / ueluti  
calor est medius re ipsa quod ignis inducit & lu-  
gnum suscipit / sitq; ipsa actione suscepta cali-  
dum non ita intelligere suscipitur re ipsa i eo qd̄  
intelligitur: sed manet in agente / tamq̄ proles

utriusq; forsan uidelicet intelligentis & illius qd̄  
intelligitur iuxta illud Augustini nono de Tri-  
nitate Ex cognoscente & cognito gignitur noti-  
tia. Est igitur potius effectus utriusq; q̄ medius  
nisi uolueris prolem nexum quendam parentuz  
appellare. Qui certo ut connectit medii ratione  
aliquo modo habet. Aduerte quoq; ipsum intel-  
ligentem producere rem cognitam in esse cogni-  
to: Iccirco secundum modum significandi solu  
dicitur ipsum intelligere esse medium inter intel-  
ligentem & rem que intelligitur / Et in eo assi-  
milatur actioni transcuntis ut calefactioni: Dif-  
fert autem ab ea: quia calor transusus re ipsa est  
in re calefacta: & eam transmutat / non ita actio  
mentis: Si ergo calefaciens atq; calefactio esset  
idem & calor medius inter illa / esset illis idem.  
Quod de actione in manente que sequitur con-  
iunctionem extremorum / ut effectus / dicere ne-  
quimus. Coniungitur autem intelligibile intel-  
lectui uel in se uel in aliquo illud representante.  
Ad primum contra secundam conclusionem di-  
co Angelos iccirco potius uocari mentes & intel-  
lectus: q̄ nos: quia ipsi sola mente nos & sensu  
percipimus: Neq; locutio deui sermonis uidetur  
uera: sed usu sanctoruz: Ad secundum possem9  
negare q̄ potentia materie non sit ex parte rei  
distincta ab ipsa Et ita totus processus destrue-  
tur: Aut negare similitudinem (nam ideo pote-  
tia materie est sibi eadem) quia est adesse substa-  
ntiale & simpliciter / Potentia uero materie e sub-  
iectiua (ut aiunt) hoc est susceptiua: que ut sit  
eadem omnino cum ipsa materia non ita incon-  
gruit: sed potentia angeli & anime est operatiua  
& respicit esse accidentale / non substantiale:  
Recte igitur similitudo illa negatur / Nec tamen  
absolute potentia materie / ponitur idem omni-  
no sibi / sed non alia res ab illa: plus tamen ratio-  
nis esset pro potentia materie q̄ angeli uel anime  
ut sit eadem / CERVIVS. Fecisti mihi satis  
quo ad uim argumenti: sed illud non capio: ut  
iccirco angelus sit simplicior quia Deo propin-  
quior: Materia uero alius ab angelo simplicior



quia a Deo remotior Nihilque propinquior. Si namque propinquius Deo sit simplicius remotius erit compositius. Ex quo inferitur omnia propinquiora Deo esse simpliciora. Et ita homo simplicior erit ipsa materia. **BENIGNVS.** Accipite hic nature secreta: Bisariaque prout spectat ad rem presentem dici potest simplicius aut quia paucioribus re ipsa (& ut aiunt formaliter) decoratur entitatibus / aut quia & formaliter & eminenter. Si loquamur priori modo tunc iterum uidentur an illa plura sunt partes alicuius totius uel accidentia subiecto alicui inherentia: Aut certo sunt solum fundamentum aliquod denominantes & neque sint partes / neque accidentia: sed illi fundamento perfecte eadem. Et si iterum loquamur priori modo quo in re aliqua / sunt plures res / aut realitates: eo ipsa compositior / quo pauciores eo simplicior. Si uero loquamur posteriore modo: poterit esse pluralitas sine ulla compositione. Et eo modo nil ipso Deo nostro simplicius / unica enim entitas est: uel si plures sint in eo ille sunt perfecte hęcdem. Itcirco & plato omni creature numerum tribuens: soli Deo unitatem concedit ipsumque dumtaxat monadem uocat. Et Mercurius Trismegistus eodem modo unde ait Monas gignit monadem: & in se suum reflectit amore. Si autem simplicius appelles id cuius entitas pauciora etiam eminenter includat Sic Deum non appellabo simplicem quem plerumque formis & omnibus perfectionibus concipio. In quo uniuersa que sint uel esse possint continere intelligo: Eo autem modo materia prima simplicissima quia minus omnibus & formaliter & eminenter continens inuenitur. Et hac simplicitate quo res propior nihilo eo simplicior: quo ab ipso remotior eo compositior hoc est plura in se eminenter complectens: Et quem Deus in se omnia claudat nil eo continentius siue plura comprehendens ne dicam compositius (quia illud male sonat) erit. Qui ergo ponerent materiam unitam omnino entitatem / similiter & ipsus Deus / ac angelum hi illa que simplicia ut dicant prio-

ri modo opus est. Neque ea ratione materia prope nihil: sed quia illa entitas sua spoliata est eminenter perfectione plus quacunque substantia siue illa in linea recta siue in collateralis consistat: Sed hęc sunt extra rem nostram. A rationem ergo sequentem dico Formam simplicem hoc est Deum subiectum accidentis esse nequire neque ab ulla re informari posse. Angeli accidentia capiunt & potentiis ac proprietatibus ut informantur non ab re est / neque indecens existimandum. Ad ultimam que fit contra tertiam conclusionem dico que essentia Angeli alia ratione est principium formale siue ratio formalis ipsius sui esse / illius enim est ratio ut essentia & ipsa est ratio tota totius sui esse. Alia uero ratione est ratio ipsius actionis: quia sub ratione ueri ut multis placeat & boni: uel saltem ille rationes consecuntur eius modi actiones: unde neque (ut patebit) omnia per essentiam intelligunt quamuis ergo essentia Angeli sit una forma: & ipsa sit ratio essendi & agendi: non tamen ipsius esse & agere est idem: quia non eadem ratione est utriusque principium & ratio.

**¶** Angelostam Agente intellectu  
 que possibili fretos esse Et conciliatur Thomas. Ca.  
 put. Tertium.  
**PALMOTA.**

**A**ngeli quesitum fuerat An habeant agentem atque possibilem intellectum / Et mihi uideretur eiusmodi potentias non esse in ipsis ponendas primo quia Ablato eo / ob quod aliquid ponit si ob nil aliud ponat / auferatur & ipsum: Set in nobis agens & possibile in intellectu ponuntur propter phantasmata solum quibus carent Angeli / agens namque comparatur ad illa uelut lux siue lumen ad colorem (neque enim color sine lumine neque phantasma sine agente intellectu mouere potest) possibile uero



L

Intellectus comparatur ad illa sicut uisus ad colorem a quo recipit speciem que intelligit ut patet ex tertio. de anima : Igitur quom tales potentie solum propter phantasmata ponantur que in Angelis non sunt, neque ipse ponende in eis. De inde: Nihil natura superfluum ponitur sicut nil necessarium negatur ex tertio de anima & secundo de celo. Sed tales potentie Angelis sunt superflue: Igitur non sunt in eis ponende. Minor probatur: intellectus naque possibilis ponitur in nobis quia interdum intelligimus actu: interdum potentia: Angeli super actu intelligunt natura ab eis intelligibilia / Agens uero intellectus ponit in nobis ut de potentia intelligibilibus ( hoc est ) de quiditatibus materialibus faciat actu intelligibilia ( hoc est ) causet imaterialem speciem illa actu representantem & eorum cognitionem gignentem: que abstractio Angelis non est necessaria / quom potissimum intelligant imateria: & materialium habeant similitudines concreatas. PROCVLVS. Ego contrarium probare enitar primo sic Nulla conditio necessaria est nature angelice adimenda / Sed he potentie sunt conditiones Angelis necessarie. Igitur non sunt eis adimende. Minor probatur quod omni nature conuenit & Angelice: sed facere & fieri omni nature conuenit ex tertio de anima per que agentem cuius est omnia facere, & possibilem potentiam cuius est omnia fieri intelligit, Igitur facere & fieri etiam nature angelice competit & non aliud agere aut fieri que agentem intellectum & possibilem. LVCAREVS. philosophus dicit facere & fieri omni nature competere in qua potest quippiam generari uel fieri in Angelo autem scia non gignitur sed ex natura sui semper adest PROCVLVS. Contra quicunque ita nunc scit quod prius nesciebat in illo scientia fit & generatur Sed Angeli multa nunc sciunt que prius nesciebant proficiunt enim in scia / Igitur in ipsis fit scientia & generatur / Secundo probo conclusionis tue oppositam / Vbi que uel in quibuscun

que est susceptio cognitionis & illustratio siue illuminatio intelligibilium: ibi & in illis est possibilis & agens intellectus ( illius enim est suscipere / huius autem illuminare ) Sed in angelis est utriusque illorum nam & suscipiunt cognitionem & circa multa illuminantur / Quare in illis erunt eiusmodi uires seu potentie. BENIGNVS. Vterque satis acute suas induxit rationes Sed aduertite / Si agentem intellectum illum appellaui: qui cognitionem gignit. Et angelum posse cognitionem in seipso producere pariter affirmaberis: Ut illas potentias in ipso colles oportebit: Quicunque ergo omnem actionem mentis agentis tribuunt intellectui / Et angelos nouam posse gignere in se cognitionem putant hi manifeste eos fretos eiusmodi uiribus fatentur. Illi etiam qui eos posse species abstrahere arbitrantur confitebuntur in eis agentem uirtutem. Qui quoque eos omnium rerum natura species acquirere posse ( si a conditore superno ipsis impressę non fuissent ) putant / hi certo ut eas uires in Angelis reponant opus est. Si quoque eiusdem rationis potentie sint in nobis atque angelis ut nos in priori congressu diximus. Et in nobis sint ille uires erunt certo & in angelis: Sunt igitur in ipsis tales potentie propter illam rationem potissimum ut possint suapte natura species omnium acquirere si eis infuse & concreate non fuissent. Nunc uero erunt in eis tanquam perfectiones naturales: sicut & in anima Christi domini: Neque enim separari ab essetia possunt. PALMOTA. Ego ipse iam rationibus ame inductis responde re noui Negando ( quo ad primam ) ut ille potentie non ponantur nisi propter phantasmata / ponitur. Enim agens ut omnia producat actiones uidelicet & habitus possibilis ut omnia recipiat / ut Franciscus & multi putant: Vel si solum ponatur ut species abstrahat / siue causet: adhuc erit eo opus: Neque erit superfluum Angelis eiusdem odi uiribus potiri quom sint ad decorem & ab essetia in separabiles & utiles si opifex ille



iplas uoluisset concreare aut uellet delere. Non enim fuit necesse Deum illis species cō creasse / neque postq̄ concreauit eas perpetuo conseruare PROCVLVS. Etiam ratio nes quas ego induxi forsan solui possent : sed ex quo non sunt contra conclusionem precoe ptoris qualescumque sint / remaneant.

**PALMOTA.** Ergo negātes illas uires ī angelis errauissent: quod de Thoma neque preceptor se uelle ostendit. **BENIGN⁹** Thomas illas potentias in Angelis negat / n̄ quia non /sint sed quia propter phantasmata non sunt in eis / unde non negauit eas esse in ipsis / licet non eadem prorsus ratione qua in nobis / ideo dicit eas esse in ipsis equiuoce ob id solum quia non ordinantur ad phantasma ta : Sed ad obiecta cum quibus agens pro ducit species / possibilis ab illis aphantasma tibus eas suscipit / Et hęc equiuocatio est si milis illi qua dicitur Septimo phisicorum ingenere latent multę equiuocationes hoc est diuersitates eiusdem nature & sicut oculus lip pus uel manus amputata dicuntur talia equi uoce: quia ut sic nō sunt instrumenta anime Sic nimirum eadem ratio substantię est har um potentiarum in nobis atque angelis : ea tamen ratione qua in nobis phantasmata re spiciunt in angelis minime sunt alterius ratio nis / que equiuocatio est accidentalis.

*[Faint bleed-through text from the reverse side of the page]*

**¶** Angeli possunt dici sentire & id recte sed non alia uir tute ab intellectu.

Caput. Quar tum.

**BVCHIVS.**

**S**I in Angelis sit ulla potentia preter intellectum & uoluntatem que re batur. Et ego ratione inueni ita ef se primo: ergo moueor quia noui q̄ quicum que sentit habet aliam potentia: ab illis dua bus: Sed angeli sentiunt ex dicto Augustini Octauo de Trinitate. In angelis inquit ipse est uita que intelligit & sentit. Igitur in illis alia potentia ab illis. Item quicumque agno scunt siue addiscunt experientia illi habent sensum & memoriam patet ex primo Diuino rum ubi dicitur ex multis sensationibus fit memoria & ex multis memoriis fit experien tia: & tandem ex multis experiētiis fit cogni tio uniuersalis in ipsa residens anima. Sed in angeli multa noscunt & addiscunt experien tia dicte Isidoro angeli multa nouerunt per experientiam. Igitur in ipsis erit sensus & me moria / Deinde quot sunt potentie in malis an gelis / tot & in bonis: quia in naturalibus sūt equales peccatum enim non adimit bona na turalia proprie. Sed in malis angelis est phan tasia unde Dionysius in demonibus est phan tasia proterua: Igitur & in bonis & per conse quens alia potentia in his & in illis / preter il las duas. **BOCIGNOLVS.** Contra dictum iam est angelos esse intellectus & men tes quia illis solis freti sunt uiribus: Auerro ys Vndecimo Diuinorum idem testatur di cens substantias separatas diuidi intellectu & uoluntate. Item ad perfectionem uniuersi pertinet ut in eo tandem deuenjatur ad supre

c iiii



mam creaturam que omnimode esset intelle-  
ctualis & non mixtum ut homo / Denique nul-  
la potentia que utatur instrumento seu orga-  
no potest esse in angelis / Omnis autem po-  
tentia preter illas duas / utitur organo seu in-  
strumento / quare nulla alia erit in ipsis. Ma-  
ior probatur / Quiaque carent corpore ut an-  
geli / carent & instrumentis eiusmodi.  
**BENIGNVS.** Facile ista difficultas sol-  
uitur / primo quidem certum est in angelis  
non posse poni potentiam que instrumento  
utatur quomodo sint incorporei nisi quis ponere  
vellet in eis potentiam executiuam a uolun-  
tate illorum distinctam quam plerique etiam  
ipsi Deo attribuunt / aiunt enim Angelos non  
mouere celos aut circa corpora operari / nisi  
media illa uirtute executiua / que opinio pro-  
babilis est: Quamuis aliis uideatur ut uolun-  
tas ibi equiualeat & eminenter etiam uim  
executiuiam contineat: Immo & appetitus  
animales: sicut enim intellectu uidet colores  
& sonos atque sapores & reliqua sensibilibus  
iudicat: Omnem enim sensum continet intel-  
lectus uirtute / Quicquid enim potest uirtus  
inferior / potest & superior: Ita uoluntas con-  
tinet omnem appetitum animale: Qui er-  
go Angelos sentire aiunt si eminenter ac equi-  
uolenter intelligunt recte accipiunt / sentiunt  
quoque quia agnoscunt: Sentiunt quia cum  
gustu quodam omnia percipiunt / Sentiunt  
quia pro certo & euidenter agnoscunt: Me-  
moria uero in ipsis reponitur nec tamen ut uis  
alia ab intellectu / sed ipse intellectus dum est  
perfecte in actu primo / ita ut nil sibi desit  
quin exire ualeat in actum secundum uoca-  
tur memoria / Quo pacto etiam singularia  
agnoscant & in scientia proficiant & pericu-  
lum de rebus capiant non sensu: sed intellec-  
tu postmodum intelligitur. Dionysius au-  
tem nomine proterue phantasię accipit pro-

teruam demonum estimationem qua plerum  
que forsan decipiuntur: & illa estimatio simi-  
liter & phantasia non sunt alia potentia / ne-  
que operationes alterius potentie que intellectu  
tutus eminenter omnem sensum continentis.

**¶** Angeli seiplos propria mo-  
uente essentia intelligere.

possunt quod ani-  
ma nostra nunc  
non ualet.

Cap. Qui-  
tus.

**GOTIVS**



**V**estiuiculas quasdam & dubiola  
pertractatis Facilia scitu perquiri-  
tis, difficilia atque cognitu dignissi-  
ma ego proponam. **¶** Et inquiri an ipsi  
Angeli possint seiplos propria mouente es-  
sentia intelligere. **CERVINVS.** Ma-  
gnificas ad modum fimbrias: Non legisti il-  
lud cunctę nos difficiles & homo nequit eas  
explicare sermone. **BENIGNVS.** Pul-  
chra dubitatio proponitur quamuis & ceterę  
re fuerint egregie / Et ad hoc ut dicta Inqui-  
sicio luculentior appareat est diligenter aduer-  
tendum conditiones humane nature pro sta-  
tu hoc partim infelici & destituito partim foe-  
lici & restituito / eiusmodi esse ut nil intellige-  
re queat in uia sensus quippiam prius appre-  
henderit Necessesse est enim nunc intelligentem  
phantasmata contemplari: Nilque in ipso in-  
tellectu sui similitudinem producere nisi per  
sensum transeat ualet. Quo fit ut. Annis no-  
stra cognitio habeat hortum a sensu atque ue-



2  
Iesō phantasię organo neque iam agnita cō  
templari / neque noua quę contemplerur ac  
quirere possimus. Quamobrem neque nosmet  
iplos nisi quodam reflexo modo agnoscimus  
& si alia prius non cognouerimus mentem ip  
sam cognoscere nunq̄ poterimus. Mirantur  
ergo Theologi quom nil sit ipsi menti seip  
sa propinquius uel potius intimius cur non  
primū ante omnia seipsam intueatur & a  
spiciat: Et Augustinus illiuscerei causaz pec  
catum & iniquitatem esse fatetur: Quę causa  
inquiens est q̄ ipsam lucem acie fixa intueri  
non possit nisi infirmitas: Et quis eam tibi fe  
cit nisi utique iniquitas: Confirmant id Eu  
stratius atque lincomiensis. Verum si homo  
in statu innocentie & nature institutę ean  
dem conditionez subisset (sicuti forsan teneri  
posset) tunc huiusce rei causa sola diuina uo  
luntas fuisset statuz uę legibus suę sapientie  
(immo uoluntatis) eo modo firmans & stabi  
liens. Anima igitur nostra debuisset seipsam  
ante omnia cognoscere: Qua d̄ re Aurelius se  
pius reiterabat mens est nota sibi / Anima se  
ipsaz nouit hoc est actu primo & maxime na  
ta est seipsam cognoscere actu secundo / Cę  
tera itaque omnia tuę sunt menti primo actu  
nota / quā in se uel sui similitudinem illi con  
iuncta seu presentia / Mens uero ipsa ultra p  
sentiam immo perfectissimam coniunctio  
nem tum sit actu primo complectē sibi no  
ta quā aliquid aliud a se intelligere ceperit.  
Quare adeo circa extraria entia occupatur ut  
iam in dies magis ac magis illud ad impleri  
uideatur multi multa sciunt: Et seipsos nesci  
uūt: Vnde & oraculo illo (& si forsan pro  
phano) recte monemur nos interdum & no  
stra potius cogitare quo dicitur

Cognosce te ipsum: Veritas pro  
fecto aquocūque dicatur a spiritu sancto est.  
**GOTIVS.** Pręceptor nouimus te decla

matorem bonum esse / Et certo deētis uiris in  
consuetum docendi genus qucd se diuus Hie  
ronymus nec dum attingisse confitetur bene di  
dicisti. Sed nos disputare intendimus confige  
mus igitur decertabimurque / Tu arbiter no  
ster equam feres sententiam / Ego nunc An  
gelos se propria mouente essentia intelligere  
nequire probabo primo sic Nullum Singu  
lare est per se intelligibile / neque ratio intelli  
gendi ubique. n. clamat Aristo. sensuz esse sin  
gularium / intellectum uero uniuersalium / Et  
naturis attribuitur ratio per se intelligibilita  
tis: Sed angelus est singulare quoddam. Igi  
tur Angelus non erit per se / nec a se nec ab a  
lio intelligibilis / nec etiam alio modo in se  
cognoscibilis quom sensu careat Minor pro  
batur. Cuicumque per se competit agere il  
lud est singulare: Actiones namque sunt sin  
gularum substantentium / Sed angelis compe  
tit per se agere: Ergo & indiuidua esse. Prete  
rea Quod negatur ab anima quo ad hoc ne  
gandum est ab angelo. Ita enim anima est si  
bi ipsi propinqua & intima sicut & angelus:  
Sed non ob stante tali propinquitate anima  
nequit seipsam intelligere propria essentia  
mouete: Nam philosophus Tertio de anima  
dicit Animam non posse seipsam intelligere  
re nisi aliis intellectus unde ait Intellectus ni  
hil est eorum quę sunt ante intelligere igi  
tur neque angelus poterit seipsam intelligere  
sua essentia mouente Quę ratio maxime ua  
let siteneamus ut iam tenuit pręceptor intel  
lectum anime & angeli eiusdem speciei esse  
Deinde Omnem potentiam cognitiuaz oportet  
ab illo quod est ratio cognoscendi denu  
dari Sicuti Secundo de anima dicitur or  
gana spoliari oportere uel potius carere il  
lis quę potentie per se cognoscunt ut ui  
sum colore & auditum sono. Et in Tertio



L.  
de intellectu loquens philosophus dixit ip-  
sum oportere esse immixtum & immaterialem  
ad hoc ut omnia possit intelligere / Sed poten-  
tia cognitiua angeli non denudatur ab essen-  
tia sua immo est sibi eadem : Igitur angelus  
non habet respectu sue essentie actus cogno-  
scendi / ita ut ipsa sit ratio cognoscendi . Et  
arguatur ad huc demonstrabilius / Impossi-  
bile est ut aliquid moueatur aut patiatur a  
seipso / sicuti habetur Septimo & Octauo  
philosophorum . Et probatur ratione . Quod e-  
nim agit est actu tale quale agit / iuxta illud  
Nemo tribuit alteri / quo ipse careat / Et  
quod recipit uel patitur caret illo quod reci-  
pit : Si ergo idem ageret & reciperet / seque-  
retur quod eadem res / illud idem haberet & il-  
lo careret in quantum enim agitur & produ-  
cit / haberet / & in quantum patitur & susci-  
pit non haberet / sed illo careret / Ergo simul  
contra primum principium eandem rem ha-  
beret res eadem & non haberet / Quo nil ab-  
surdius . Nil enim tam falsum quam primum prin-  
cipii oppositum . Sed si angelus sua essentia  
mouente ipsam intelligeret / quom mouere  
sit agere & intelligere pati ex Tertio de ani-  
ma / Et essentia atque intellectus angeli sit res  
eadem . Igitur idem mouere & pateretur pro-  
duceret & susciperet / Aliquid ad haberet :  
quo tamen omnino careret . Arguo quodam  
consimili modo / ut alias fuit hic disputatum  
Impossibile est extrema magis coniungi mu-  
tuo quam medium sit coniunctum utriusque ex-  
tremorum / Hoc quia in propatulo est non  
tenseo aliter probandum . Sed angelus secun-  
dum te intelligi suam essentiam que est ea-  
dem suo intellectui / & sunt duo extrema / I-  
gitur & ipsum intelligere angeli esset idem  
ta essentie quam potentie / & multo magis / quod  
illa sint extrema / Et hoc medium inter illa  
Conclusio est falsa / quia soli Deo id attri-

buitur / ut sit suum intelligere : Igitur & ali-  
qua premissarum . Et illa certo non est Ma-  
ior . Igitur minor . Confirmo tandem ange-  
lum se intelligere non posse auctoritate Dio-  
nyssi Sexto de Celesti hierarchia Dicit enim  
angelus non cognoscit suam uirtutem ergo  
nec substantiam seu essentiam . Consequen-  
tia patet Quia si cognosceret essentiam co-  
gnosceret certo & uirtutem que est in essentia  
Sicut cognoscens subiectum euidenter agno-  
scit ipsius proprietates & conditiones . CER-  
VIVS . Contrarius ego probor Quod com-  
petit forme materiali / ea ratione qua est ac-  
tu / que minus participat actus / competere  
oportet & immateriali que est magis in actu  
Sed agere per essentiam competit forme ma-  
teriali . Igitur potest competere & immateri-  
ali : Maior patet quia si tanta ratio actus tri-  
buit tantam actiuitatem Maior tribuit Ma-  
iorem & maxima / maximam : Minor proba-  
tur Nam si acceperis hanc formam materia-  
lem puta calorem / uel si non lubet accipere  
calorem accipiamus quam uolueris aliam  
( loquor enim de forma materiali in comuni )  
Et quero an agat per essentiam propria . Et  
si concesseris habetur propositum . Si non igitur  
agit per aliquid / aliud quam essentiam : que  
ro iterum de illo alio Et sic uel progredimur  
in infinitum / uel tandem ingeniemus illam  
que agit per essentiam . GATALDVS .  
Angelos se clare uidere & intelligere nemo  
est nostrum qui ambigat : Sed quo pacto id  
perferutari difficile est . Si enim teneatur ut  
Thomas tenet intellectum ut intellectus est  
solum passiuum & susceptiuum esse : & ip-  
sum speciem inherente que obiecti imago  
est ( ueluti ignem calore ) inlectionem pro-  
ducere : qua ratione angelus in se produceret  
sui cognitionem essentia causat de : quom illa  
non sit forma inherens intellectui eius : Si



etiam teneatur alia uia ut ex cognoscente & cogni-  
to gignatur notitia ueluti / Scotus tenet / adhuc  
erit res difficile cognitu / Nam res non per se /  
sed per speciem & similitudinem cognitionem  
comproduct: Non ergo angelus poterit se co-  
gnoscere / propria essentiam talem operationem  
neque causante / neque concausante / Sed audia-  
mus. BENIGNVS. Thomas certo ita rem  
hanc nobis declarat. Differt uel in eo actio transi-  
ens ab actione immanente / prior namque transit  
in obiectum ab agente ipso diuisum & separa-  
tum / ut calefactio in lignum & ratio in terram.  
Posterior autem actio / nequit procedere neque  
produci nisi obiectum sit iam unitum agenti.  
Sicut ad hoc ut sensus actu sentiat necesse est ip-  
sum sensibile uniri sensui per speciem sensibilem.  
Quemadmodum enim calor est principium for-  
male calefactionis in ipso igne ita similitudo rei  
que uidetur est principium formale uisionis / hoc  
est informans uisum uel oculum aut instrumen-  
tum tale / est principium uisionis illa similitudo  
coloris uel lucis. Neque hic quando. S. angelus se  
ipsum intelligit / est opus intellectum aliud pri-  
us recipere ab obiecto scilicet ab essetia sicut ui-  
sus recipit similitudinem coloris antequam uide-  
at colorem / Talis namque susceptio prior / soluz  
in uirtute cognitiua que est in potentia ad cogno-  
scendum requiritur qualis est in homine non a-  
utem in ea que semper est in actu cognoscendi /  
qualis uirtus est in angelo / homo enim nequit  
cognoscere / nisi de potentia reducatur per im-  
pressionem speciei ad actum: Angelus autem qui  
semper essentiam suam & speciem aliarum rerum  
habet actu / potest cognoscere absque ulla im-  
mutatione aut successione preuia: Non enim est  
de ratione cognoscentis in comuni immutari & su-  
scipere: sed solum de ratione cognoscentis illius  
qui quandoque est in actu / quandoque in poten-  
tia. Neque cognoscentem oportet semper per formam  
inherentem cognoscere / non enim minus calor

subsistens in se / calefaceret quam alteri inherens /  
Nil ergo obstat: quia angelus per suam es-  
sentiam subsistentem possit se intelligere / sicut  
si illius species sibi inhereret / sed forsitan & per-  
fectius. Est enim essentia illius / actus primo in-  
telligibilis nullo alio adiuncto. GOTIVS.  
Contra opinionem arguo: Tribuit enim totam  
rationem operationis obiecto unito / Et intelle-  
ctum ponit in potentia essentiali / hoc est nihil  
penitus ex se habentem actiuitatis respectu ope-  
rationis immanentis: Et arguo sic Omnis causa  
alicuius operationis immanentis oportet ut uel  
ipsa ex sui natura / & propria actiuitate: uel per  
formam aliquam constituatur in actu ut fiat prin-  
cipium talis actionis: Sed intellectus angeli se-  
cundum illam opinionem non est ipse ex sui na-  
tura aut propria actiuitate operationis immanen-  
tis principium / neque respectu illius (qua co-  
gnoscat seipsum) constituitur in actu per aliquam  
formam / ut fiat talis cognitionis productiuus:  
Quia essentia angeli que est forma subsistens /  
quomodo non informet ipsius intellectum / neque  
illi ullam formam seu speciem de se tribuit / non  
constituit eum in actu primo neque ullam actiui-  
tatem prestat. Igitur intellectus non potest esse  
causa seu principium actionis immanentis: Ma-  
ior illa declaratur: Actio immanens est in agen-  
te: Aut quia eam illa potentia ex se producit: quam  
& suscipit: Aut quia uirtus susceptiua producit  
illum actum non ex se sed per formam aliquam  
sibi inherentem qua talis uirtus redditur produ-  
ctiua: sicut aqua calore sibi inherente calefacit:  
Sensus ergo illius maioris est omnem uirtutem  
productiuam operationis immanentis oportere  
autem ipsam ex se / aut per formam inherentem  
producere: Secus operatio illa non erit immanens  
Et quia intellectus angeli quomodo seipsum intelli-  
git neutro modo est principium sue cognitionis  
Iccirco talis cognitio non erit immanens: Non  
enim sufficit ad hoc ut actio sit immanens pre-



sentia obiecti / si obiectum solum sit ratio produ-  
cendi. Neque satis est dictu / obiectum est idem  
re uirtuti in qua est actio / Tunc enim actus uo-  
lendi posset dici operatio immanens ipsius intel-  
lectus. Et qui tenet potentiam esse accidens / &  
non eandem rem cum essentiam multo minus po-  
terit illam cognitionem dicere actionem imma-  
nentem / Non ergo poterit ullo pacto Thomas  
defendere cognitionem illam qua seipsum an-  
gelus cognoscit esse actionem immanentem nisi  
fateatur illam non solum ab essentia: sed etiam  
ab intellectu angeli uel propria natura uel alicu-  
ius forme inherens esse productam / Confirma-  
tur / Nam si calor non inhereret aque uel ligno  
impossibile esset lignum uel aquam calere illo.  
Quod quidem calere simile est operationi ima-  
nenti. Et ita exemplo illius utor contra ipsum.  
Arguo secundo contra particulam illam in qua  
tenet / Idcirco Angelum nihil recipere quādo se  
ipsu intelligit / quia non quandoq; intelligit i  
potentia & quandoq; in actu: Et arguo proban-  
doq; etiam semper intelligens / potest recipi &  
recipi / Igitur non solum quandoq; intelligens  
suscipit / Quando aliquid iugiter & assidue su-  
scipit: illud certo suscipere dicendum est. Sed ā-  
gelus cognitionem sui iugiter & assidue ab essen-  
tia suscipit: Igitur suscipere dicendus est. Mi-  
nor probatur quia obiectum non solum est cau-  
sa cognitionis infieri: sed etiam in facto esse / nā  
ablato obiecto in ratione obiecti / aufertur & a-  
ctus ab eo profluens. Non enim ita se habet ob-  
iectum ad cognitionem sicut edificator ad do-  
mum: sed sicut sol ad radium. Corrupto namq;  
artifice non corrumpitur opus / Corrupto autē  
aut etiā remoto obiecto ea ratione qua obiectū  
est corrumpitur etiam actio atq; remouetur. Si-  
cut ablato eo quod uidetur aufertur uisio. Non  
ergo solum recipit: qui quandoq; intelligit: sed  
etiam qui semper: modo ipsius actio nō sit eius  
substantia / sed ei accidat. CERVIVS. Ista ra-  
tio minus ualet: Non enim ille doctor dicit Sem-  
per intelligens nullo modo quicquam suscipere

sed non suscipere speciem ante actum per quam  
preparatur & reducatur potentia ad actum.

GOTIVS. Ille qui arguit uidetur concludere  
uelle non esse causam. susceptionis dumtaxat id  
quod est / quandoque esse in potētia / quia & id  
suscipit quod semper actum habet: si alius ut di-  
cis intellexerit: concedam in eo sensu.

¶ Ponitur opinio Henrici i hac re: & ua-  
rie multisq; modis improbat. Ca-  
put. Sextum. GRADIVS.



St alia opinio que asseuerat āgelos ha-  
ud posse cognosci a se ipsis / nisi pre-  
habito quodam infuso habitu. Immo  
quicquid cognoscunt in illo habitu tanq; in spe-  
culo quodam limido uniuersa que agnoscere  
posiunt / contemplantur. ¶ Neque manen-  
te tali habitu fieri potest ut obiecta in illo non  
resplendeant. ¶ Estq; in ipso respectus qui-  
dam adscibilia qui est de illius essentia / ita ut ne-  
q; ipsa mente sine tali respectu percipi possit.  
¶ Quo quidem habitu longe clarius longeque  
naturalius q; per species a rebus impressas agno-  
scuntur uniuersa. ¶ Neque repugnat unico  
habitu plurima intelligi posse: quando quidem  
simplicior & minus determinatus atque illimita-  
tior in sui natura & essentia. Omnibus speciebus  
que solent collocari in mente ab aliis inueniatur  
¶ Et ueluti essentia illius habitus potius ordia-  
tur / siue respicit unum intelligibiliu: ita & ma-  
gis priusq; mouet ad intelligendum illud. Qua-  
re prius propriam agnoscat essentiam / ueluti &  
prius illa in ipso resplendet: & magis inclinatur  
ad cognoscendum ea que plures continent per-  
fectiones. ¶ Quemadmodum enim res ipse se  
se habent ad esse: sic nimirum & ad cognosci  
ex inclinatione eiuscemodi habitus. Appre-  
hensis autem simplicibus iusu ipsius uolunta-  
tis componit suo modo & diuidit nunc hec  
nunc illa: Et tandem discurrit prout lubet.



Discursus autem eius non est in cognoscendo unum per aliud: sed potius unum post aliud; cuius rationes hic non affero: alias Deo duce allaturus. **GEORGEVS.** Solemnis doctor ille appellatus extitit. Habuitque ingenii acumina non parua: Neque tamen (ut homo) potuit semper ad rem prout decebat accedere. Ipse de illis est qui nostro intellectui subripuit species rerum intelligibilium quas in angelis coactus rei ueritate concessit. Non enim habitus illi angelici sunt pares aut similes habitibus humanis. Nempe hi nostri promptum & facilem dumtaxat reddunt intellectu; ut agnoscat & contempletur: neque in ipsis relucet obiecta: In illis autem angelicis resplendent (ut aiunt) quæcumque ab eis suapte natura cognosci possunt: Non mine itaque cum nostris conueniunt habitibus: re certo speciebus & similitudinibus in anima existentibus extant similiores. **MENTIVS.** Poneret forsitan Henricus illum habitum; qualitate talem: quæ & habitui nostro & speciei equiualeret. **GEORGEVS.** Nouam eo modo construeret philosophiam: Neque pro se philosophum recte induxisset dicentem Tria esse in anima; potentias; habitus & passiones; Nam habitus philosophi non equiualeat speciei; iste autem Henrici (ut ais) equiualeat; non ergo eodem de habitu uterque loquitur. Taceo errorem illum quo relationem de essentia absoluti abstruere uidet. Contra certo Augustini celebratam sententiam qua dicitur Omne quod relatiue dicitur; est aliquid preter illam relationem: Quo pacto etiam habitus qui est qualitas includeret essentialiter relationem? Idem enim esset in diuersis generibus: Quo etiam modo defensabit lapidem esse ipso habitu priore essentialiter: qui in nullo genere cause illum respicit? Et tamen oportet lapidem priorem essentialiter ipso habitu ponere. Si enim relatio sit de essentia habitus; erit prior illo: Quo uero prior est relatio; eo & terminus relationis. Et ita lapis erit essentialiter illo habitu

prior: Immo & omne quod ipso intelligit angelus: Preterea qua ratione negauit species a nobis eadem ego negabo habitus ab angelis. Dicit enim ipse Idcirco species non posse obiectorum esse similitudines eo quod sunt forme quedam intellectum perficientes: Ac si apertius diceret: Nulla forma intellectum perficiens potest esse imago rei scibilis. Et tu sub assume: Sed habitus quos tu in angelis ponis sunt eiusmodi: Et conclude contra eum: Quare non erunt (ut opinaris) rerum scibilium imagines: Et ita non resplendebunt in ipsis cuncta (immo ne ulla quidem) scibilia. Deinde Si habitum illum eiusdem rationis cum nostro posuisset quod uideretur in uere; Tunc etiam in nostro habitu scibilia relucere. Et ita non oporteret eum ad phantasmata conuerti: quom in talibus habitibus essent sibi res sufficienter presentes. **MENTIVS.** Diceret Idcirco nostrum ad phantasmata conuerti intellectum quia a sensibus dependet: non autem angelicum quia sensu caret. Aut quia nostri habitus minus sunt rebus connexi: quia non respiciunt eas secundum essentiam: illi autem essentialiter ad ipsas referuntur. **GEORGEVS.** Contra Frustra conuerteretur ad phantasmata ut obiectum ibi relucens inspiciat: si illud in habitu sibi sufficienter presens intueretur. ¶ Neque possunt habitus nostri minus a rebus dependere quom ab ipsis sine rebus causati & mente impressi. Si quoque nostri & illi sunt dissimiles Igitur inducit philosophum ab re ad habitum loquentem: De alio enim habitu philosophus; de alio uero loquitur ipse. ¶ Preterea contra illam particulam qua dicitur omne intelligibile creatum esse angelo presens per eiusmodi habitum creatum & nullo alio modo sibi posse fieri presens arguo ducendo ad apertum inconueniens: Sequeretur certo illam intellectualitatem longe uiliorem atque inferiorem esse hac nostra: Si namque supernus artifex nudos eorum intellectus condidisset (Hoc autem fieri potuisset) (Accidunt enim eis tales ha-



bitus) tunc ipsi rerum cognitionem propriis uiribus nancisci nequiuissent: Et ita nobis (remotis ab eis accidentibus) inferiores essent. Nam & si nos ter intellectus ut tabula in qua nil sit depictum creetur, uires tamen sibi sunt: quibus nuditatem suam etiam purpureis & bislinis uestibus (hoc est) altissimis & subtilissimis cognitionibus colere splendideque tegere & cooperire nouit. Angelus autem neque se neque aliud ualebit intelligere: Sed erit ut lapis uel planta.

¶ Item Eadem est (ait ipse) ratio imaterialitatis & intelligibilitatis: Quicquid ergo est secundum se imateriale est secundum se & intelligibile. Sed angelus est secundum se imaterialis: Igitur & intelligibilis. Ergo non est opus ullo habitu ad hoc ut seipsum agnoscere possit. Denique probabo si angelus nequeat quicquam cognoscere nisi per talem habitum quod non possit cognoscere existentiam rei: Et probabo sic. Omnis cognoscens per rationem abstrahentem ab utroque oppositorum siue extremorum, neutrum illorum cognoscit per talem rationem: Sed angelus secundum te cognoscit per rationem illius habitus qui abstrahit ab existentia, & non existentia. Quicquid, n. representat, natura id non libere representat. Sit igitur habitus representans, A. Quero an representat, A. fore & non fore simul: & sic representabit contradictoria. Et per consequens nihil. Aut solus representabit, A. fore & prout existit: Et sic non intelliget, A. non existens. Aut e converso representabit ipsum, A. non existens: Et ita non agnoscat illud dum existit, neque ea ratione qua existit. Igitur angelus per illum habitum non cognoscat quando res aliqua existit neque quando non existit.

**MENTIVS.** Diceret quod quauis talis habitus non possit denotare primo nisi quiditate: tamen poterit alia representare secundo. **GEOR.** Significatum quod logici secundum uocant, aut est inclusio in primo essentialiter aut est inferius uel quod si inferius ad illud, sicut homo seu rationale respectu animalis: Quamuis ergo significatum secundum quo est inclusum aliquo modo actuali

in primo uel sicut pars uel sicut accidens possit cognosci cognito illo: tamen significatum secundum quod est inferius uel quasi inferius impossibile representari: per illud quod primum significatum representat nisi illud per aliquid determinet ad illud. Numquam enim animal stabit pro homine nisi aliquid adiungas ut rationale seu risibile, uel aliud eiusmodi. Quiditas autem que secundum hunc doctorem primo representatur habitu illo non determinatur ab aliquo, uel existentiam denotet: Quare alius modus cognoscendi eam inquiratur que per talem habitum.

¶ Dicit quoque iste doctor angelicum intellectum sicut & nostrum nullum singulare per se intelligere quia essentie non representantur cum eiusmodi conditionibus quia scientia non est nisi eorum que sunt necessaria & imutabilitatem sortiuntur: hoc certo est contra ipsum quia tunc per habitum illum non agnoscent omnia cognoscibilia.

¶ Et arguo etiam. Cur inquirendo non agnoscunt singularia? Ratio & enim singularitatis non subterfugit rationem: Deus quoque & seipsum & cuncta singularia intelligit: Neque obstat quod aliqua singularia sunt limitata: quia etiam quedam nature sunt limitate. Multa quoque singularia sunt ab omni materia physica separata ut indiuidua angelorum. Deinde & materia ipsa ens est cur ergo non intelligetur? Preterea secundum opinionem ipsius Ratio cur habitus non representat rem, sicut species, hec est, quia habitus non est natus gigni a rebus absque medio, sicut gignitur species, sed solum habitus gignitur actu intellectus, simpliciter conferentis: Nam ex frequentatis actibus generatur. Deinde ipsemet arguendo contra speciem: Quia ipsa species si aliunde imprimeretur que a re non minus rem representaret. Respondet ponentis talem regulam: Quando aliquid ex sui natura & a sua causa genitum, est tale, a quocumque imprimatur semper erit tale: Sed species ex sui natura & prout a re gignitur est ipsius representatiua, Igitur a quocumque imprimatur erit illius representatiua, Ego simili argumento utar contra habitum, sic



Quando aliquid ex sui natura & natuꝝ a sua naturali causa aliquid sequitur, illud a quocumq; imprimeretur idem sequetur. Sed habitus ex sui natura & ex sui naturali causa productus sequitur simplicium apprehensionem. Igitur a quocumque imprimeretur sequetur illam. Et per consequens non erit propria ratio apprehendendi & intelligendi simplicia. Si ergo in angelis esset habitus res in illis minime reluceret: Quia si relucet, species iam erunt (quas ipse per se sunt) non habitus. Ex quibus concluditur quod omnes rationes propter quas ab ipso negantur species. Propter easdem possunt negari & hi angelici habitus preterea. Dic mihi. Cur nequit angelus essentiam suam intelligere nisi ut in habitu illo relucet? Aut quia essentia non est omnino alio modo intelligibilis: Aut quia non huic intellectui: Aut quia oporteat obiectum esse presens in aliquo accidente potentiam informantem. Non primo modo neque tertio: quia sequeretur quod neque Deus sine tali habitu ac etiam informantem posset intelligere. Non enim potest cognoscere non cognoscibile. Neque modo incognoscibile. Neque secundo. Nam essentia angeli est summe ipsius intellectui proportionata. Omne quippe intelligibile est alicui intellectui proportionatum: quia si nulla ita non erit intelligibilem. Et si alicui sit proportionatum cui magis quam suo: Sibi enim intimum: sibi certo propinquissimum. Cur ergo non causabit vel concausabit suam prolem? Denique si unus habitus esset omnium representatiuus quomodo hec sint infinita uideretur & ipse infinitus: nisi quis dicat scibilia solum eo representari non autem omnia intelligibilia. Scibilia uero finita sunt. Aut diceret ipsum infinitum in representando non in essendo. Seu infinitum habitum concederet forsitan: non autem ens infinitum. Sed omnino sibi erit difficile euadere singula inconuenientia: Neque omnes rationes contra ipsum assumptę sunt demonstratiue: Satis est ut aliqua illarum necessaria & ex necessariis inducat. Sed tandem quero ex ipso. Quo pacto una qualitas numero possit esse imago innumerabilium rerum? Eo enim modo esset sibi facies bouis, hominis, & le-

onis & omnium aliarum rerum: Vnam uero rem tam uariis faciebus siue imaginibus fingere profecto nil aliud est quam Trigelaphos & chimeras inducere & construere. Qualiter preterea iussu & imperio uoluntatis, ille idem habitus. Veluti cameleonta quidem) nunc uultum aquile, nunc ciconi, nunc pecudis, nunc piscis intellectui ostensurus est. Qualiter denique magis hoc respiciet quam illud, si uniuscuiusque sit imago & similitudo quo ad fieri potest ex acta. Absque ratione certo ductu est ut naturaliter ielinet ad ea obiecta ad que uoluntas pro libito conuertit: Natura enim ad unum determinatur uoluntas ad opposita in differens. Et si natura sit ad plura inclinans id erit ordine quodam ut primo ad hoc deinde ad illud: Quo pacto igitur uoluntas poterit illo prout libuerit uti & quod ille natura inclinatur ad omnia absque ullo ordine. **MENTIVS.** Diceret quispiam illum habitum non esse imaginem singulorum (id enim capere mens minime, ut illud idem sit cum uariis, tunc contrariis complete simile) Sed in eo ipso habitum fundari relationes ad singula. Veluti a centro progrediuntur linee plurimę ad circumferentiam per illasque angelicuz intellectuz in cunctis cognitione deuenire. **BENI.** Facile id dictum uidetur quod uniuersas machinas rationum cominuisset. Sed uos angelico preediti ingenio uiri relationes ante terminum sciri haud posse illico percipietis. Nemo enim aliud refert agnosceret nisi ad quid referatur antea sciuerit. Neque igitur angeli relationes illius habitus intelligent nisi res ipsas quas respiciunt preintellegerint. Non itaque relationibus singula, sed singulis ipsas relationes agnoscent. Quo pacto etiam tam uarie tamque multiformes relationes in uno fundamento ponentur? **MENTI.** O quam acute. Sed redeamus & perscrutemur, quo nam pacto ipsi angeli se ipsos intelligant, uel similitudine, quouis modo accepta ut Henricus dicit an ipsa propria substantia & essentia mouente; ut prior opinio tenuerat. **Opinio propria ponitur & solutio rationum in principio inductarum.** **Caput. Septimum. BENIGNVS.**





Ognitio que fit in ipso intellectu / si i-  
genita non fit ex cognoscente & cogni-  
to Aurelio teste gignatur. Est autem  
omnis cognitio creaturarum producta  
& genita / quia ipsius accidentalis forma solius  
namque mouentis immobilis actio & operatio est  
ipsius substantia & essentia. Angeli igitur quom-  
natura sunt intellectuales substantie / nullaque po-  
tentiarum ad actum intelligendi necessarium  
neque agens / neque possibilis eis desit. Sitque illo-  
essentia de genere manifestissimorum in tota u-  
niuersi natura. Absintque impedimenta que in-  
nolis sunt. Neque enim est eis connexio ad uires  
sensituias ut ab eis dependant. Neque opus est ef-  
sentiam abstrahi que ex se summam ad ipsorum  
intellectum proportionem habet: que sibi pro-  
pinquissima / que ueri obiecti uerique intelligibi-  
lis cunctas condiciones obtinet. Vbi cumque au-  
te inquirunt philosophi est agens naturale / ap-  
proximatum sine ullo impedimento patienti &  
suscipienti optime disposito ut sequatur actio e-  
necesse. Et in angelis est essentia / est & intellec-  
tus mentalis proles ueri certique parentes. Quorum  
unus obiectum uel patris nomen (solum namque  
agit) Alter matris (Agit nempe & patitur) (si  
idem sit intellectus / producat & suscipiens ut ple-  
rius putant) nomina sortiuntur. Quomodo itaque u-  
terque parentum adsit / Et certo castissimis ample-  
xibus semper coniuncti sint / Neque sterilis ullus  
sit / absunt namque prepedimenta uel diuersa. Cur  
negabis tam delicate proles generationem que si-  
nu foecundissime matris & excipitur & confo-  
ueatur? **MLASCOGNIVS** Forfan res ne-  
quit nisi specie media mouere intellectum. **BE.**  
Omnes autem speciem uirtute obiecti / relucens  
in ea / gignere cognitionem: Si itaque obiectum ut  
in specie respicit ubi sibi esse ualde diminutum  
& exile producat. Cur non magis ipsum obiectum  
(si in se sit presens & secundum esse perfectum)  
producat & generabit. Veluti enim media spe-  
cie causat / ita si eque adsit & nobiliori modo se  
ipso causabit. **MARTINVS SIVS**. Si obiec-  
tum potius sit causa speciei: Ergo materialis sub-  
stantia poterit absque specie cognitionem causare

cuius contrarium experimento assiduo uidemus  
**BE.** Illa consequentia recte negari posset: Neque  
enim similiter substantia in materialis atque mate-  
rialis sunt intelligibiles: Materialis quippe po-  
tentia remota cognoscibiles. In materialis actu  
siue potentia propinqua / a mente non alligata  
sensibus perceptibiles / cuius gratia ut diximus  
a nobis nunc agnoscere non potest anima nostra /  
quia mens a sensu pendet. Tamen alias declara-  
bitur Angelos atque animam nostram / quomodo in  
telligendo a sensibus non dependebit posse etiam  
cum rebus materialibus absque specie causare in se  
cognitionem. Neque materies obstat: Nam phan-  
tasma secundum non nullos causat actum quo  
intelligimus / quomodo tamen sit accidens corpore-  
um & materiale: Quia si non causet actum intel-  
ligendi / Causat tamen speciem in ipso intellec-  
tu uel saltem comproducat / una cum agente in  
intellectu. **VOLTIVS**. Posset necne Angelus  
suam essentiam per speciem agnoscere? **BE.** Pos-  
set certo / Sed talis notitia esset abstractiua. **RE-**  
**STIVS**. Quid notitia abstractiua? **BE.** Que  
opponitur intuitiue. Intuitiuam autem philoso-  
phi notitiam uocant / quomodo aliud in seipso cogno-  
scitur / non solum quo ad ea que sibi per se & ne-  
cessario insunt sed ad ea que per accidens & hoc  
siue res in seipsa talis uideatur / siue ut theologo-  
addunt in aliquo ipsam eminentius continente  
Veluti que unquam in diuina essentia uidentur / so-  
lum intuitiue cognoscuntur. In ea uero teste Di-  
onysio & omnibus theologis relucet omnis cre-  
atura & habet ex se in creatum. Quod enim fac-  
tum est / omne in ipso uerbo uita erat sine initio  
Notitiam autem abstractiuam dicunt que est rei  
per speciem rei inquam in se prout abstrahit ab exi-  
stentia & omni accidente. Quia autem angelus se  
ipsum ita possit agnoscere / hoc est per speciem  
saltem a cognitione derelictam / qualis est ea spe-  
cies qua recordamur eorum que egimus. Persua-  
detur ex eo / quia omnem cognitionem quaque po-  
test unus de alio habere potest & idem de se ipso  
**LVCHEVS**. Cogitant igitur sicut & nos de  
se ipsis: neque semper seipsos intuentur. **BENI-**  
Dicimus id tanquam possibile / Non asserimus ut ri-



ipsa ita contingat: **LVCAREVS**.  
Thomas uidetur idem astruere. Dicit enim  
Angelum se ipsum propria essentia agno-  
scere. **BENIGNVS**. Sic nimirum sen-  
tit Doctor ille quis in ponendi modo ut au-  
distis a nobis dissentiat. Ille enim totam uim  
actiuam rei agnitæ tribuit putauitque eo mo-  
do intellectum esse productiuum: quo & igne  
ratione caloris calefactiuum. Ita ut ueluti  
remoto calore ignis nullatenus calefaciat: sic  
& obiecto in se: uel in sui similitudine ab in-  
tellectu separato / uniuersis prorsus actiuis  
eneruabitur uiribus. Tertio ex concessis oportet  
tuit ipsum dicere actum intelligendi: eo quia  
est operatio quam in manentem & agentem in  
existentem uocant: non posse produci nisi  
ab obiecto ipsi potentie coniuncto. Oportet  
ergo ut sit uel species rei impressa intellec-  
tui / uel essentia sibi unita. Et eo quidem mo-  
do est opus tali coniunctione: quæ absque ea  
eiusmodi actus produci prorsus nequeat.  
Verum nos intellectum productiuum po-  
nimus. ¶ Neque obiecto totam uirtutem  
conferimus. ¶ Actumque intelligendi ic-  
circo in manere: quia in altero principio hoc  
est intellectu maneat) dicimus. ¶ Posse quo-  
que ab obiecto intellectui non unito com-  
produci. Superior namque Angelus perfec-  
tius agnoscit inferiorem uel non minus per-  
fecte / ipso inferiore / Sed hoc fieri nequit per  
creatam speciem, quæ longe imperfectior ip-  
sa essentia. Quare superior ipsum agnoscat  
per ipsiusmet inferioris essentia quæ tamen  
sibi unita minime. **CABOGVS**. Tota  
dissentio inde oriri uidetur quia ipse solum  
obiectum uel speciem esse actus intelligendi  
causam putauit. Reliqua ut doctum uirum  
oportebat tanquam consentanea illi concessio ad-  
iunxit. **BENIGNVS**. Recte iudicasti.  
Circa namque parentes huius mentalis pro-

lis uariæ opiniones fuere. Quidam enim  
totam uim producendi intellectui / Quidam  
rei concedebant nos utrique. De quibus hæc  
sufficiant. **BABALIVS**. Dixisti Pau-  
lo ante rem esse ueluti patrem / intellectum  
uero assimilasti matri: quom tamen intellec-  
tus uideatur causa potior & uniuersalior.  
**BENIGNVS**. In eo rem ipsam agnitam  
patri comparauimus: quia mouet non mota  
intellectum autem Matri quia nos nisi sci-  
piamus agere non ualemus: ueluti & Ma-  
ter ante quæ recipiat Sperma solum passiuam est.  
Ea suscepta etiam agere uidetur. An autem  
Mater plura conferat proli / non est hic lo-  
cus discedendi. In ipsa conceptione plus uir-  
tutis paternæ concurrat: postmodum Ma-  
tri totum relinquatur / Ipsa fouet. Ipsa nu-  
trit. Ipsa parit. **GOTIVS**. Ad ratio-  
nes quibus Angelos se non posse propria  
essentia mouente agnosceat iam ipse respon-  
dere audebo. Ad primam Nego maiorem  
ut nullum singulare sit per se intelligibile  
aut ratio intelligendi. Ad philosophum di-  
cerem sicuti preceptorem alias respondere  
audiui sensum sicut & intellectum esse uni-  
uersalium. Hoc est nature perceptiuum: sed  
sensus nequit naturam percipere nisi sit hæc  
& singularis. Intellectus uero potest etiam  
ipsam naturam abstractam contemplari. Est  
igitur sensus singularium quia naturarum  
in suis singularibus existentium. Intellec-  
tus autem potest ipsas naturas abstractas  
singularibus considerare. Thomas autem di-  
cit singularium quæ sunt in rebus corpo-  
reis non esse intellectum apud nos (hoc est)  
non intelligi a nobis singularia corporea non  
quidem ratione singularitatis sed ratione ma-  
terie quæ in ipsis est indiuiduationis princi-  
pius. Quare si aliqua sint singularia sine ma-  
d



tertia subsistentia prout sunt Angeli illa nil prohibet esse actu intelligibilia hoc est esse in ultima seu proxima dispositioe ut intelligi ualeant. Est enim actus primus illius quod patitur sicut & illius quod agit. Henricus autem concedit intellectum solum esse nature comunis & non singularis unq̄ uniuersale namque est obiectum intellectus unde Angelus cognoscit per se essentiam suam & queditatem non hanc essentiam nisi ex consequenti & quasi per accidens. PRODA NELLVS. Thomas ex illo innuit primam & comunem rationem indiuiduationis non esse materiam phisicam ponit enim indiuidua sine tali materia. In reb⁹ ergo corporeis materia erit principium sine quo non fieret in illis indiuiduatio: non autem principium absolute. In hoc tamen q̄ materie tribuit non intelligibilitatem nõ placet. Et illa namque ens est: Omne autem ens intelligibile & si existit iactus quidam. Sed de hoc alias deuiat a ueritate maxime Henricus solum uniuersale constituens obiectum intellectus. BE NIGNVS. Thomas forsan intelligit materiam non esse per se intelligibilem ea ratione qua potentia non ea ratione qua ens & actus. Sed imitantur ista hic. GOTIVS. Ad secundam rationem dicendum est animam actu primo & cognoscere & amare, se ipsam unde dum a sanctis ponitur imago Trinitatis ponitur in ea memoria hoc est actus primus perfectus. Est enim ipsa suo intellectu summe presens & ita continet uirtute sui met intellectioem. Similiter & uolutionem est enim ibi uoluntas atque intellectio saltem uirtute sine qua nil uelle potest uoluntas: quia nõ fertur nisi in precognitum. Tota igitur ratio Trinitatis est in anima respectu sui ipsius in memoria seu in actu primo. Ibi enim est reuera actus primus & intelligendi & uolendi se ipsam: sed nõ est intelligētia neque amor a tali actu primo proueniens. Cur autem actus secundi sint impediti declaratum est a preceptore. Sunt ergo impedita in anima que non sunt in Angelo: poterit igitur ille se propria essentia cognoscere. Ad

philosophum autem dicunt quidam illa sententiam intellectus nihil est eorum que sunt ante intelligere sic accipiendam. Intellectus nequit se intelligere anteq̄ alia intellexerit. Que oratio quoz ex logica sit modalis dicitur posse accipi in sensu composito atque diuiso ueluti & illa. Hoc nunc primo est in mortale & sensus compositus ita formetur non est possibile intellectum a se intelligi ante intelligere aliorum. Et hic sensus secundum philosophum uerus est quia ibi illa prepositio ante cum suo casu quem regit equiualeat uni aduerbio determinanti uerbum. Ita ut totuz hoc ante intelligere aliorum sit quedam determinatio illius uerbi infinitiui modi uidelicet intelligi. Ideo dicitur construi cum infinitiui illo significante terminum potentie. Illud enim uerbum intelligi est terminus possibilitatis. Quod enim est possibile: intelligi inq̄. Sensus autem diuisus formetur eo modo ante intelligere aliorum non potest intellectus intelligere se. Et hic est falsa: quia est sensus in conspectu aliorum uel coram aliis intelligi non potest. Immo dum alia contemplatur reflectendo se cognoscit. Hec uariatio est similis illi hoc nunc primo est imortale. Si enim demonstres Adam in statu innocentie falsuz erit. Hec tamen sententia philosophi alium sensum potius habere uidetur ut intellectus nihil sit prorsus rerum intelligibilium anteq̄ eas intelligat saltem actu primo per speciei susceptionez. Non enim oportet ipsum ex omnibus componi ad hoc ut omnia intelligat ueluti prisca illi uatici nabantur philosophi dicentes animam nostram igni / ignem / aera / aere / aquam aqua Terra uero terram intelligere. Verum quia non nulli ex illis uerbis philosophi cocludebant intellectum nullam rem esse actu anteq̄ intelligat sicut neqz materia dicitur actu anteq̄ formam recipiat. Tercio potius ad priorem sensum q̄ hunc sunt illa uerba retrahenda: Et qui ea ille modo intelligunt nõ errāt. Mens tamē philosophi ē ibi ostēdere intellectū esse i mixtū illis que intelligit linea recta / & que sint alia ab eo: un̄ Comē. co. v. ait



Diffinitio intellectus materialis est q̄ est in po-  
tentia omnis intentio formarum materialium &  
non est in actu aliquod entium anteq̄ intelligat  
ipsum. Et philosophus post illa uerba statim  
subdit unde neque misceri rationabile est ipsum  
corpori siue igitur dixeris intellectum non posse  
intelligi a se anteq̄ intelligat alia siue intellectu  
nihil in se continere formaliter eorū que sit intel-  
lecturus anteq̄ ipsorum species suscipiat. Vterq̄  
sensus uerus est: sed alter uidetur magis cōsonus  
testui: prior tamen argumento satisfacit euiden-  
tius: posterior uidet̄ equiuale re illi dicto cogno-  
scentem oportet denudari a rebus cognitis super  
quo tertia ratio procedebat. Ad tertiam ergo ra-  
tionem dico. Si uerba philosophi eo modo acci-  
perentur ut sonant sequeretur intellectum nihil  
esse. Si enim intellectus sit perceptiuus omnis en-  
tis. Et oporteat eū omni entitate spoliari ad hoc  
ut omnia percipiat. Igit̄ ipse nihil esset. Aut cer-  
to dicere oportet intellectum non posse seipsum  
intelligere quom non sit seipso exutus. Quorum  
utrumq̄ falsum est: Mens igitur philosophi nō  
est alia nisi ostendere intellectum rebus intelli-  
gibilibus aliis a se esse imixtum contra illos q̄ dice-  
bant eum ex omnibus compositum cognoscibili-  
bus uel ex principiis omnium puta quatuor ele-  
mentis Aristoteles econtra ipsum esse exutum om-  
ni cognoscibili. Quo omni: Illo inq̄: quo ip̄i eū  
dicebant esse compositum. Illi uero non dixerāt  
intellectum ex se ipso esse compositum. Ergo nec  
ille ipsum seipso spoliari oportere censuit. Dein-  
de antiqui iccirco ex uniuersis intellectum cōsta-  
re cognoscibilibus arbitrati sunt quia credebant  
ad cognitionem esse opus coniunctione cogniti-  
cū cognoscēte neq̄ difficultas eis erat quo pacto  
se ipsum intelligeret quom sibi sit cōiunctissimus  
sed quo pacto alia perciperet que ab eo se iuncta  
Et respondebant nihil est ab eo se iunctum, sed  
est ex omnibus constitutus: philosophus ip̄obā-  
do id concessit cognitum coniungi cognoscenti  
non quidem semper secundum esse propriū: sed  
ut plurimum secundum similitudinum impressio-  
nem. Iccirco ante illam nihil ipsum habere illa-

rum rerum asserit. Habita uero tali impressione  
esse coniunctum ipsis rebus: & eas intelligere posse  
declarat. Neq̄ in hoc reddidit intellectum sensui  
similem immo potius dissimilem. Sensus nanque  
determinatum organū in corpore habet: p̄ quod  
suscipit ipsum sensibile nō quidem in natura pro-  
pria. Sed in specie que satistenuior & immateria-  
lior illa re cuius species dicitur fuisset. Et quia  
expertus fuerat q̄ sensibile supra organum col-  
locatum a sensu percipi non posse. Iccirco existi-  
mauit omne corpus susceptiuum illius forme te-  
nuis. que uulgo species dicitur. non esse susce-  
ptiuum illius rei conuenit seu ut plurimum que  
illam speciem transfundat (dixi autem ut pluri-  
mum propter organū sensus tactus quod oportet  
esse mixtum ex .iiii. qualitibus primis qua-  
rum tamen etiam species recipit) Iccirco neque  
percipit nisi uehementius mouentia. Aut ergo  
carent illa forma cuius speciem suscipiunt. Aut  
certo remissius eam habent. Organum igitur sen-  
sus oportet ex ui uel a toto uel a tanto illius rei  
cuius sensus perceptiuus est. Similiter & omne su-  
scipiens speciem ut corpus diaphanum seu perspi-  
cuum aut transparentes ueluti aer si non sit ultima  
superficie terminatum ueluti uitrum caret illa  
re saltem ingradu perfecto cuius similitudinis  
est susceptiuum. Quod ergo recipit colorem. ter-  
minatum superficie est quod uero speciem colo-  
ris perspicuum & transparentes est. Ex eo igitur  
quia organa sensuum exuta esse rebus sensibili-  
bus oportet. Et sicut sensus habent determinata  
organa ita & obiecta philosophus concludit in-  
tellectum non esse potentiam organicam. Est  
enim receptiuus omnium formarum siue specie-  
rum: neque oportet eum exui re cuius est per-  
ceptiuus. Solius enim organicę potentię ea con-  
ditio est & forsitan non cuiuslibet ut careat illo re  
ipsa. cuius est perceptiua poterit igitur intellec-  
tus & se ipsum & essentiam suam & habitus at-  
que actus proprios percipere & agnoscere. Ad  
quartam rationem neganda est maior ad phi-  
losophum & ad rationem qua probatur dice-  
tur de motu Angelorum si prestolari placet.



Ad quintam rationem quibus quidam concederet illam cognitionem esse eandem sue essentie atque intellectui: neque id est proprium Deo faterentur. Illud tamen magister superius negavit. Et recte si in illa esset eadem foret certo una omnium intelligibilium: que quomodo sint infinita & illa uideretur immensa: Quod absurdum: Dico igitur plerumque conuenire medium cum extremis interdum ut quum medium participat utroque extremorum: quale medium non est proprie cognitio: que est proles rei agnitae & potentiae agnoscentis. Ad ultimam rationem dicitur in antiqua translatione eodem modo haberi: sed in noua illud corrigi ubi dicitur angelos agnouisse proprias uirtutes: uel si antiqua translatio teneatur angeli ignorant suam uirtutem quia prout a sapientia Dei infinita procedit non comprehendunt.

**¶** Quo pacto Deus non cognoscitur ab ulla creatura quouero agnoscitur. Caput Octauum. GONDOLEVS.



Erscrutari deinde libet. An ipsi angeli natura propria Deum gloriosum distincte & sicuti est agnoscere possint: Nos quippe homines per obscuram Dei cognitionem possidemus. Per speculum quidem in enigmate: Et ueluti Nicticoraces quedam fatiginus in solem illum & iubar magnus suscipimus. Qualem igitur cognitionem de ipso Deo angeli habeant scire peropto. BENIGNVS. Quam difficultatem hac in resertis. GONDOLEVS. Hanc inquam quia una ex parte sicut Sole inter uisibilia: Ita Deo inter intelligibilia nil manifestius. Cur ergo ab omni intellectu non colligato: sed a sensibus soluto exemplo tam manifestissimum iubar non uideatur mirer. Altera ex parte Deum inquit Dionysius esse supra omnem substantiam ab omni cognitione segregatum. Et super omnes celestes mentes incomprehensibilis uirtute collocatum. Similiter Quia beatitudinem que in Deo est supernaturalem omnes om-

ni creature dicunt: Nemo ergo poterit cum uidere. Quo pacto itaque summum uisibile penitus sit inuisibile uix capio. BENIGNVS. Ommo ueris non ab re: Neque mirum Nam & precipui Theologi in ea re commouentur & decertant. Verum uidendum primo est in quo conueniunt omnes. Deinde in quo differunt. Consentunt in hoc. Nulla creatura potest propria uirtute diuinam agnoscere essentiam: Intuitiue siue facie ad faciem: Sic enim propriis uiribus beari possent. **¶** Neque uita eterna esset ex gratia: **¶** Et diuina essentia esset obiectum naturale mentis create. **¶** Atque extra se aliquid natura produceret. Que Theologis omnibus preabsurda. Est namque diuina illa natura omnibus creaturis obiectum uoluntarium: ita ut si uelit uideatur. si noluit minime. Conueniunt & in eo. Nulla uirtute creata diuina potest comprehendi natura: etiam si facie ad faciem uideretur. Apprehendi quidem intellectu & mente potest: Comprehendi nequaquam. Est enim ueluti infinitus quidam Mons qui & si tangi possit completi tamen non ualet. GONDOLEVS. Quomodo Deus sit prorsus in diuiduus: Immo unica (ut opinari libet) entitas. Si ergo uidetur totus uidebitur: nilque restabit uidendum. Cur ergo non comprehenditur: quod undique patet: quod totum cernitur? BENIGNVS. Recte miraris: Sed huiusmodi admirationi trifariam fieri posset. Vno quidem modo: Quia in illa essentia resplendet uniuersae creature que multitudine infinite & a uirtute creata haud permeabiles: Creatus namque intellectus nequit distincte cognoscere infinita. Secundo modo: Quia ille dicitur comprehendere qui excedit omnis intelligentes: a nemineque exceditur: & limpidius inspicit: Et si namque Michael cunctas diuinae nature cerneret perfectio: res: cunctaque in ipsa reuerentia uideret: ita ut nemo plura intueri ualeret: ob id tamen non comprehenderet: quia infinitus intellectus illa eadem clarius intueretur. Tertio modo Quia & si uidentes Deum rem immensam uideant non tamen uiderent illius rei infinitatem. Et ita non comprehenderent. GONDOLEVS.



Hec mihi molestior ceteris: Quomodo enim uidebitur Deus immensus non uisa ipsius immensitate: ¶ Quo pacto res unica partim uideri partim non uideri poterit: ¶ Quo pacto uoluntas quietabitur in bono infinito si mens non percipit illud tanquam bonum infinitum: ¶ Beati quoque aut nullo modo Deum agnoscent infinitum aut credent esse infinitum per inde atque uiatores. ¶ Et si nil sciunt de sua immensitate uisionis nobis sunt: Si solum credunt Ego fidei habebunt in patria de quibus hic uidetur haberi de monstratio. ¶ Reliquas duas tollerare: Ex prima tamen sequi uideretur Deum in se comprehendere posse: Sed quo ad illa que relucet comprehendere non posse: Et quod aspicientes infinitatem ipsius non comprehendunt: aspicientes uero ad multitudinem creaturarum infinitam comprehenderent: & tamen non ideo Deus est immensus: quia continet immensa. Sed potius econtra: ideo in numeris continet: quia ipse immensus. Secunda mihi placet preter alia. Ex illa tamen sequitur non solum Deum: sed nullam creaturam a creatura mente comprehendere posse: Solum enim Deus rem quam intelligit comprehendit: & ita non solum Deus incomprehensibilis: BENIGNVS. Tuo egregio acumine me compellis ut illis modis iungam & quartum: Deus solum se comprehendit: & a se solo comprehenditur: quia nullum intelligibile aliud tali intellectui adequatur: nullusque alius intellectus nature diuine equiperatur. GONDOLEVS. Is mihi modus supra modum placet. Recte itaque scriptum est Deus: nemo uidit unquam natura uidelicet propria & comprehendendo: Et nemo nouit filium nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius aut equalis filio. BENIGNVS. Hucusque conueniunt Theologi. Aiunt namque uniuersi Deum natura uideri non posse ab ulla creatura neque comprehendere: Sed cur ab angelis non uideretur tanta claritas nulla forsitan ratio est nisi quia non placet illi: qui condidit etiam ipsos angelos

¶ Recte opinari contra multos angelos omnes a principio Deum agnouisse distincte per spe-

ciem concreatam: & soluuntur rationes contrarie. Caput. Nonum. PRODA NELLVS.



Ccepi nullam creaturam posse natura uidere gloriam magni Dei. An itaque notitia abstractiua & per speciem ipsius angeli agnoscant distincte: posset inuestigari. BABALIVS. Quibusdam uidetur specie diuine nature fieri non posse: ¶ Nulla enim similitudo: nullumque exemplar ipsius creati potest: Nempe aut sibi adequaretur: & ita aliquid Deo equale foret: aut non adequaretur: & ita non esset exemplar distincte representans. Deinde infinite rei infinitum exemplar fieret: hoc autem repugnat creature. PRODA NELLVS. Rationes ille facile soluuntur. Adequabitur namque exemplar in ratione exemplaris non in rei natura: ueluti & lapidea Cesaris. Imago distincte presentabit Cesarem: quis in esse longe distet ab illo: Representabitque non quidem quantum a diuino intellectu noscibilis est: Sed solum quantum a Creato. Neque incongruum uidetur finito representari infinitum si cuti nec paruulo maximum. ¶ Nonne actus uidendi est imago eius quod uidetur: Et quis negabit uisionem finitam in beatis esse illius essentie que infinita: Nobis igitur nullum inconueniens uidetur si specis siue Idea siue Exemplar diuine nature alicui cōcrearetur. ¶ Paulus certo uas electissimum optimi Dei in raptu illo Aurelio perhibente uidit diuinam maiestatem: Nec tamen tantę uisionis etiam post quartumdecimum annum oblitus fuit. Et si forsitan illa similitudo memoratiua sit alterius rationis ab illa que cognitionis causatiua. Namque in sensu etiam subiecto differunt: Illa enim qua cognoscimus in uirtute imaginatiua siue quamuis alia qua apprehendimus. Altera Immemoratiua existit. Recordabatur certo Paulus: illius uisionis: ratione alicuius speciei derelictę. Consentaneum profecto rationi est illos celestes spiritus tali uiuere a principio creationis fuisse donatos: quo suum atque omnium conditorem propria sub ratione agnoscerent: Ipsumque si uellent summe amarent: & in gratiarum actiones prorumperent.



Quicquid enim creato intellectui: decorum aut  
 prestans sine repugnantia conuenire potest: id  
 summis illis concedendum spiritibus tanq̄ pri-  
 mis. post primum. Hoc sensisse uidetur Augu-  
 stin⁹ super Genesim ponens illos Sex dies in co-  
 gnitione angelica: Et cognitionem matutinam  
 uocans eam que est uerbo / Vespertinam autem  
 que in genere proprio: Et prius fuit Matutina  
 q̄ Vespertina quia a Vespertina iterum rediret  
 ad Matutinam unde factum est uespere & ma-  
 ne dies unus. Per notitiam itaq; Matutinam ui-  
 detur accepisse abstractiuam cognitionem Dei  
 perfectam & distinctam: Est quippe abstracti-  
 ua confusa & distincta. Hęc non confusa sed di-  
 stincta fuit: & qui nouit Deum distincte potest  
 distincte agnoscere quecumq; reuoluet in eo / li-  
 cet per exemplar / & notitia abstractiua cogno-  
 scat. Ita namq; subiecta scientiarum q̄ n̄ intue-  
 mur uideēt cōtinere uirtute omnis proprietates ue-  
 luti si intuitiue agnoscerentur. CHROSIVS.  
 Augustinus notitia matutina uidetur intellexit  
 se notitiam beatificam que in uisione uerbi siue  
 diuine consistit nature non istam quam ponit  
 exemplari. BE. Dicit quedam quibus ita intelli-  
 gere uidetur: Verum si matutina illa cognitio a  
 perta uisio fuisset ipsius Dei: tunc inter angelos  
 creationem & beatitudinem nulla mora incidit  
 set. Cuius contrarium paulo post ostendetur.  
 Loquitur forsan de naturali angelorum beati-  
 tudine. Naturalis enim angeli beatitudo in Deo  
 ita noto consistit. GHROSIVS. Qui diuine  
 nature exemplaria negant: quo pacto Doctor  
 benigne angelos ante beatitudinem Deuz agno-  
 uisse ponunt? BE. Vident Deum non quidem  
 in essentia sua: neq; aiunt in specie: sed quasi in  
 speculo. Est enim essentie angeli impressa ima-  
 go Dei quam inspiciendo Deuz in ipsa inspicit  
 quia ipsa natura angelica est quoddam speculū  
 diuinam similitudinem representans. BONDIVS.  
 Thomas est qui loquitur: Memini namq;  
 prime partis. Differt quoque nostra cognitio ab  
 illa. Nostra enim est prout reuoluet diuina maie-  
 stas in singulis creaturis: Angelica uero prout  
 reuoluet in ipsismet angelis: Vtraque tamen se-

cundum ipsum specularis appellari potest. RE-  
 STIVS. Prius dixerat eam assimilari illi co-  
 gnitioni qua uidetur res per speciem ab ea acce-  
 ptam. Paulo post addidit q̄ magis se tenet cum  
 speculari utriq; ergo assimilatur: Sed magis spe-  
 culari. CHROSIVS. Non est congruum  
 ut Angelicus de Angelis non angelicę loqua-  
 tur. CERVINVS. Si subtilis non subtili-  
 ter (ut ipsi quandoq; dicunt) loqui potest: & a-  
 gelicus non angelicę: Hęc ioco. Sed ad rem.  
 BENIGNVS. Si species diuine nature abi-  
 gatur ab illorum intellectu uel quia fieri nequit  
 uel quia Deus non concreauerit: adhuc tamen  
 angeli longe clarius longeq; limpidius Deum a-  
 gnouissent sub ratione: infiniti entis & summi bo-  
 ni atque uerissimi & omnium cause. q̄ homo q̄  
 uis etiam in puris naturalibus (a moto peccato)  
 existens. Precellit namq; Angelicus intellectus  
 humanum presertim diu hac mortali aura po-  
 titur ueluti lunam sol: & stelle firmamentum.  
 Sic & angeli angelos / ut stella stellas in clara-  
 te precellunt. Quod quidem ratione eorum na-  
 ture dicimus / Aut etiam gratia diuine ordina-  
 tionis & meritorum precedentium. Nobilior au-  
 tem effectus / clarius agnitus / in clariorem co-  
 gnitionem cause condat. Vide autem quo di-  
 stat naturalis cognitio absq; specie / Angelos  
 quam de ipso Deo habent a nostra cognitione /  
 eo inq; distat creaturarum cognitio nostra & ip-  
 forum. Hęc angelorum de Deo cognitio quam  
 Thomas ponit / neque Scotus improbat si recte  
 intelligatur est uere naturalis. Illa per exemplar  
 concreatum partim naturalis / quia concreata /  
 partim super nature uires: quia non propriis ui-  
 ribus acquiri ualet.

¶ Disputatur an singulis similitu-  
 dinibus singula cognoscant  
 angeli & ponitur opi-  
 nio Henrici Ga-  
 dauensis.  
 Cap.  
 .X.  
 SORGIVS:





Veri etiam solet An ipsi angeli cuncta  
 creata suis propriis & singulis agnoscat  
 similitudinibus utque inquisitio clarior  
 euadat Quid sint hec similitudines prius  
 aperendum esset. BENI. Querunt sapientes quod  
 pacto notitia rerum generetur in animalibus. Lu-  
 gatur enim cognitum cognoscenti: neque tamen se-  
 cundum substantiam iunguntur. Non est quippe  
 lapis aut rosa in anima: neque anima transit in  
 illa ut eis copuletur. Cognitio tamen fit per assi-  
 milationem: A similitudine namque cognito cogno-  
 scens: nihil uero agnoscente transit in re: cogno-  
 tam. Oportet ergo ut a cognito ad cognoscentem  
 similitudo transfundatur. Quod quidem in his  
 que uisu percipiuntur liquido constat. Vidisti  
 scpe numero in basilicarum atque edium pauine  
 tis rubeum & uiridem colore: a uitreis fenestris  
 eiusmodi colore ornatis: solis transitu deriuatum  
 non quidem ut sol transiens sit deriuationis: ad  
 equata causa: sed ita forsitan specierum uisionis.  
 Sic sic nimirum omnis color: atque quicquid lu-  
 cet: producat in medio suam similitudinem quam  
 speciem siue formam siue exemplar appellant.  
 Hec denique similitudines concatenatim admodum  
 pyramidis multiplicatque: deueniunt ad pupillam  
 (ita ut conus pyramidis pupillam contingat: ba-  
 sis uero sit in ipsa re que uidetur) tandem in me-  
 dia fronte (ut multis placet) ubi duo se interse-  
 cant: nerui fit (ex tali & specie & ipsa potentia que  
 uisus dicitur) uisio: siue actus uidendi. SOR-  
 GLVS. An una species aliam causet uel omnes  
 a re ipsa ordine quodam causentur non declara-  
 sti. BENIGNVS. Si tanta uirtus obiecti fuerit  
 ipsa uniuersas producat species non quidem una  
 per aliam: sed unam post aliam: Ita ut prius na-  
 tura sibi propinquiore posteriori remotiorem  
 causet. Si quoque uirtus obiecti eo usque non at-  
 tingat: neque in producendo preueniat: poterit spe-  
 cies gigni etiam a specie. SORGLVS. Plato ui-  
 sionem putauit fieri extramittendo. Ex oculis e-  
 nim egreditur uirtus & obiecta ipsa contingit:  
 Et ita uisio gignitur. BE. Visio est in uidente non  
 in re uisa: obiectum ergo non in se sed in uiden-  
 te imprimunt uisionem in media specie ad ipsum tra-

ffusa. Cuius signum est: quia uidente in tenebris  
 existente & obiecto illustrato uideri poterit: eo  
 quia obiectum illustratum transfundit de se ima-  
 gines etiam per tenebras: Ipsum autem si in te-  
 nebris sit & oculus in lumine non fiet uisio quia  
 uirtus de tenebris: uisionis causatiua: emergere  
 nequit. Aut ergo & uidens & uisum in lumine:  
 aut uisum solum oportet esse ad hoc ut uisio gi-  
 gnatur: Si utrumque sine lumine sit uel obiectum  
 solum: uisio prorsus gigni non poterit. Ob re-  
 uerentiam tamen Platonis dici posset ab oculis  
 quoque uirtutem quandam transfundi ad obiecta  
 sed non ea uirtus species est aut forma uisionis cau-  
 satiua. Egrediuntur certo ex oculis siue spiritus  
 siue uapores: quidam qui in menstruo fluentibus  
 specula clara maculis tingunt. Suntque malefici  
 quorundam oculi (ut aiunt) atque fascinatores.  
 Sed mittantur hec. Hec igitur similitudines siue  
 imagines rerum: ad cognoscentem transmissis: siue  
 dum in sensu sunt sensibiles: dum in intellectu  
 intelligibiles siue intellectuales dici solent. Et pu-  
 to hic esse errorem: Non enim sunt dicende spe-  
 cies sensibiles: aut intelligibiles: sed potius sen-  
 sibilis in casu genitio aut sensibilibus similiter  
 intelligibilis seu rerum intelligibilium. Sine his  
 neque sensu neque intellectu quicquam percipere possu-  
 mus. Has autem in sensu: sola obiecta uel speci-  
 es alia: in intellectu uero fantasma cum agente  
 intellectu conficiunt. Et eo modo hec forme in-  
 ter sese dunt: quo & res ipse a quibus progrediuntur.  
 Plato autem censuit eas a nostris concreatas.  
 Quam nunc scire reminisci quoddam credidit. Que  
 opinio necessaria suis principis erat: Quis itaque  
 an Deus opifex sumus: angelicos intellectus puros  
 & nudos (ueluti pathetica imo & christiana opi-  
 nione nostros) creauerit: An plenos formarum &  
 exemplariorum quibus cuncta creata noscere possent.  
 Et an potuerit eos nudos creare. Hec te inquirere  
 puto. SOR. Id certo inquirere. Et in ea re opinionem  
 Henrici iam accepi Qui unico habitu usus cuncta  
 posse creata intelligi arbitratus est. Sed rationes ipsi  
 us neque bene capio: neque soluere scio. Inducit pri-  
 mo per se Tria sunt in quibus in anima & a simili  
 in angelo potentia: passio & habitus: Sed ratio intelli-  
 gendi angelis non est potentia neque passio. Igitur habitus  
 diuini



L.

**S**ecundo Non est conueniens angelum esse nudum, quod esset alium / si ex sese ueluti nos per frequentes actus generaretur habitus in ipso. Oportet ergo ut ipsis concreatur. Tertio. Tunc homo perfectissime agnoscit quum ex habitu nouit. Igitur habitus ponendus est in angelis. Consequencia hæc probatur Dionysii dicto. Suppre- mum inferioris iungitur infimo superioris ut ubi desinit homo: ibi angelus incipiat. Quarto habitus absque specie sufficit: Species sine habitu ad perfectam cognitionem de re habenda non sufficit. Relinquatur ergo tanquam superflua hæc. Ponatur in angelo habitus. Quinto uoluntas non eget specierum pluralitate ad hoc ut uelit hoc aut illud: Igitur neque intellectus perfectus. Qualis est angelicus. **BENIGNVS.** Prima ratio probat solū habitum esse rationem intelligendi ex his quæ sunt in anima. **S**ecunda ostendit illam oportere concreari. Tertia dicit esse ponendum necessario. Reliquæ duæ species ab angelis excludunt. Ac si argueret aut specie cognoscunt angeli aut habitu. Sed non specie. Igitur habitu. Quæuis ultima etiam ostendat non indigere illum intellectum pluribus habitibus ob sui perfectionem. Sic rationes ipsius procedunt. **SOR.** V in rationum delibauit: ut etiam eas solueres & opinionem ut iam cooperisti improbares cuperem.

**H**enrici opinio improbat & ipsius rationibus respondet. Cap. xi. **BENIGNVS.**

**R**ia sunt in anima subintelligere que manent potentia que anime eadem: habitus qui pene in delectabilis & passio hoc est species que etiam incorruptibilis. Unde & in principio per her. nomine passionis conceptus & species intelligendum innuit. Quando autem ea que in uoce sunt notæ earum passionum que in mente. Plura tamen illis sunt in anima transseuntia ut actus & dispositio (quæ nos in predicamentis nostris eam operatione & actum posuerimus) Passio quoque consequens actum ut uoluptas & dolor non diu manent. Negatur ergo passio hoc est species non sit ratio intelligendi. Enim uero philosophus sibi nomine passionis non accipit speciem: quia subuectat. **Affectus** au-

tem seu passiones uoco cupiditatem / iram / metum / audaciam / desiderium / emulationem / Tria igitur sunt in anima operationum humanarum principia. Aliqui enim operantur consuetudine & habitu / aliqui passione: omnes certo potentia. Species solum est causa intellectionis non autem actionum moralium. Idcirco pretermissa est ibi a philosopho. Potest etiam dici Habitum nomine ibi denotari duo & speciem ipsam / & exactibus reiteratis acquisitam qualitatem: Nam & philosophus primum actum sciendi scientiam & habitum uocare uidetur. Sicut namque habitus ita & species mentalis indelebilis / immo & magis. Ideo notent Scotum auditores sui. Dicit enim habitum esse uniuersale per accidens ipsius speciei quia predicatur de specie rationem talis indelebitatis quam importat seu cõcernit philosophus nepe (ut in predicamentis constat) omnem qualitatem dicitur nam & uix delectabilem uocat habitum. Esto itaque habitus talem indelebitatem importet: que accidit speciei / & aliis pluribus: predicatur utique de specie per accidens. Tunc ad rationem Henrici Concedimus habitum hoc est speciem esse rationem intelligendi. Secundo eius fundamento respondeo ita. Ad euitandum illud inconueniens fat est angelum habere species rerum omnium impressas. Videtur quoque in ratione illa innuere / habitum infusum esse similem hitui acquisito / cuius oppositum nos ostendimus. Tertii argumenti consequentia negatur: Neque bene probat Dionysii auctoritate. Nepe Maximū inferioris non est minimū superioris formaliter / putat uero in inferiori reperit. Sic namque est aliud tale in Deo: quæle est in nobilissima creatura. Quod ipsi abhorrent. Oportet quæ supremam perfectionem bruti forma ipsa collocare in homine. Quod dicitur non licet: Ita. n. anima nobilissimi bruti est in homine. Sat ergo est ut eiusmodi perfectio inferioris sit eminenter in superiori. Ita ut gradus intelligendi perfectissimus inferiori sit infimus superiori: nec tamen oportet hunc gradum eo modo esse in superiori quo est in inferiori. Deinde probatio illa non conducit probanti. Nam secundum ipsum angeli neque se neque alia / natura propria / per essentiam agnoscunt / sed ille habitus est eis



ratio cognoscendi omnia. Quare supremū nobis erit supremum (nō autem infimum) etiam illis Sor. Vicisti certe & aperte improbasti. BENI. Quarta ipsius ratio premitit falsum ut habitus ille sine specie ad perfecte cognoscendū sufficiat. Habitus enim ex illis generatur actionibus quas species comproducit: Quas deinde etiam si ipse comproducat: minus tamen principalem. Aut ergo sola species cum intellectu sufficit: Aut habitus ut agens minus principale requiretur. Ad quintum negetur sibi similitudo Appetitus nāq; sequens cognitionem: non habet opus alia presentia rei ab illa que cognoscentis. Appetimus enim solum cognita. Et res ut cognita est: summe Appetui presens. Mouebit ergo: nec opus erit ulterius approximatione. Neque uerum est ut uia specie cognitionem causante uoluntas possit ferri in uniuersa: ut ratio sua pretendere uideatur. Immo uarie cupit uoluntas sicut uarie nouit intellectus potentie igitur (que norunt) uarias habent species & uarias cognoscendi rationes.

¶ Quinta ipsius ratio duo includere uidetur. Nā inuit quod sicut uoluntas absque specie quam recipiat potest ferri in omnibus nec tamen ob id caret habitu: Immo potest habitu freta esse & nō specie: Sic & Angelicus intellectus. Inuit quoque una ratione moueri uoluntatem ad omnia. Quorum posterius manifeste falsum: prius illud peccat in eo: quia similem potentiam arguit rei cognitiuam potentiam, qualem & ad appetiuam Aduertant ad id qui Scotice incumbunt doctrine. ZAMAGNIVS. Solutiones rationū illarum satis patent benigne doctor. Et opinionem illam iam improbasti. Solum cuperem scire An ipsi Angeli habeant uel habere possint habitus acquisitos prout distinguunt a speciebus. BENI. Si ipsi sint summe ad intelligendum dispositi & sine ulla difficultate intelligant frustra ponent in ipsis tales habitus sicut ponere habitum in re graui quo facilius descendat uel leui quo facilius ascendat superuacaneum esset. Nō est ergo opus habitu his potentiis que ex sui natura prompte operant: neque illis que nullo modo operari queunt. Idcirco lapis etiam si centies proiciatur

sursum: nūq; ascendere assuescet. Si habitu egente potentie que operari quidem possunt non tamen sine difficultate. Habitus itaque in nobis perfectio est: non quidem absolute sed supplens in perfectionem. Nequire nāque sunt labore intelligere imperfectionis est: que imperfectio ipso habitu uel ex parte auferit. Vbi ergo potentia perfecta ibi quid opus habitu. ZAMA. Lumen glorie & charitas habitus sunt. ¶ Et in angelis ponunt. Non ergo ab eis habitus amouendi. Sunt quoque habitus concausatiui actuum: & in alio genere quā potentia uel obiectum. Cur igitur talis ratio cauendi qua adiuncta exactior erit actus ab illis remouebit: BENI. Si obiectum & potentia aut alterum illorum supplere posset uicem habitus possent eo tunc remoueri ab Angelis habitus. Et ex ea parte qua solum faciliorem & promptiorem reddunt cognoscentem ab angelis non iniuria: remouent. Ex eo uero quod sunt comproductiui & intensioris operationis causatiui reponunt. Verum non sunt eam ob rem ponendi: ut sint rationes agnoscendi rerum: & exemplaria que daz ut ille opinabatur. ZAMA. Poterimus ergo in ipsis angelicis spiritibus & species siue formas rerum & habitus simul ponere. BENI. Vt ita ponatur ratione sufficienti persuasimus. ZAMA. Hos habitus aut acquisiuerunt angeli aut possident istos declara. BENI. Aspira superne spiritus quod huic Terreno spiritui iamque excelsa potenti respondere ualeam: inspirasti (speroque & reliqua inspirabis) ut etiam habitus magnis illis spiritibus dicam concreatos. Si nāque conditor supernus eos perfecto (sicut & de primo homine suo modo legitimus) condidit: nil pretermisit quod ad ipsorum perfectam cognitionem pertinere uideretur. Infudit ergo angelis omnium rerum formas infudit & habitus ut formosi: ut perfecti a principio: ab ortuque suo existerent. Si tamē eos absque habitibus creauisset: non sequitur. Ergo in potentia essentiali hoc est nudi & primo carētes complete actu creati fuissent. Species nāque cum intellectu Memoriam fecundam & primum constituit actum. Habitus illis ut coadiutor quidam quo magis egregium opus reddat iungit. ZAMA



Scire uellem quid Thomas de specierum cōcrea-  
tionem senserit.

**P**onitur opinio Thomę cum quibusdam ob-  
iectionibus contra ipsam. Ca. xii. BENI.



**O**ncedit ille philosophi clarissima stri-  
ctus sententiis quas memoriter omnis  
tenebat. Species non dico intelligibiles  
sed intellectuales potius. Vel speciem intelligibi-  
lis scilicet rei. Aut species intelligibiliū. s. rei. Et  
eas angelis concretas recte asserit. Sed addit (ob  
quod orta est tempestas ualida) Angelos quo  
natura inferiores eo pluribus similitudinibus,  
que superiores eo paucioribus intelligere. Confir-  
mat id primo Dionysii. Ac etiam procli in libro  
de causis Testimonio dicenti superiores angelos  
scientia pollere unius saliori. Deinde rationibus.  
Quę sunt inquisens priora / oportet primo enti  
esse propinquiora non solum in essendo: sed etiā  
in intelligendo. Sed Deus qui est ens primum uni-  
uersa intelligit unica ratione uidelicet sue essentię.  
Tota enim plenitudo diuine cognitionis cōtinetur  
in uno / uidelicet essentia diuina: per quam Deus  
omnia cognoscit. Quare quanto angelus fuerit  
superior: tanto per pauciores species uniuersita-  
tem intelligibilium apprehendere poterit. Et po-  
nit exemplum in nobis. Sunt enim quidam qui  
ueritatem inquit capere non possunt nisi eis arti-  
culatim per singula enucleetur / & hoc ob debili-  
tatem ingenii. Alii uero acutioris intellectus ex  
paucis comprehendunt multa. Confirmat alibi.  
Quanto species est in subiecto magis a materia se-  
parato: tanto est actualior: & tanto in represen-  
tando uniuersalior. Patet de specie insensu: fan-  
tasia: & intellectu fantasma quippe uniuersalius  
designat quę species insensu exteriori. In intellectu  
autem solum uniuersale notat: causa est autem qua  
receptum est in recipiente per modum recipien-  
tis. Sed angeli superiores sunt magis a materia se-  
parati quare & species in illis susceptę erunt ra-  
tiones plura cognoscendi. Hęc sunt beati Tho-  
mę. BENI. Scotus arguit contra eam / ponens  
conclusionem oppositam sic. Nequit inueniri una

ratio creata que distincte representare possit plu-  
res rerum essentias & quiditates: & illam conclu-  
sionem probat ex cuius ueritate infert alterius opi-  
nionis falsitatem. Probat autem eam trifariā pri-  
mo sic. Quicquid ponit una ratio cognoscendi  
plurium / opus est illi rationi correspondere unū  
obiectum adęquatum in quo includant omnia  
cognoscibilia per rationem illam. Hoc probatur  
nā si ratio cognoscēdi sit una plurium quę posterior  
ē obiecto cognoscibili / & hęc se ad obiectū ut mē-  
suratū ad mensuram suam quando talis ratio nō  
est ens per essentiam sicut est essentia diuina: quā-  
to magis ipsum obiectum a quo dependet talis ra-  
tio erit unum plurimum: pro illud & asimili. Et  
circo enim diuina essentia est ratio / plura & infi-  
nita intelligendi: quia est obiectum plura conti-  
nens & infinita. Ratio ergo una / pręexigit obie-  
ctum unum. Nunc autem nullum obiectum crea-  
tum est cōtinens omnia uel plurima cognoscibi-  
lia secundum omnem rationem: cognoscibilitatis.  
Hoc addit quia & si ens contineat omnia ratione  
entitatis & animal cunctas suas species in eo quo  
sunt animalia / non tamen secundum omnem ra-  
tionem qua illa sunt intelligibilia: non enim ens  
aut animal continet homines prout discipline ca-  
pax aut risilis est) Quare nulla etiam ratio erit  
una omnium uel plurimorum cognoscendorum.  
Secundo probat conclusionem illam eo modo  
cuiusque rationi cognoscendi oportet correspondere  
actum adęquatum quo id cuius illa est ratio co-  
gnoscatur & si una est plurium ratio cognocen-  
di in aliquo / in illo debet esse & unus actus illa plu-  
ra intelligendi probat. Quia memoria perfecta (que  
in re nostra nil aliud est quę intellectus cum  
specie illa tam ampla) potest habere intelligentiā  
sibi equalem. Sicut memoria infinita Dei patris  
producit notitiā infinitam: Verbum. s. suum  
ęternum. Si ergo una esset ratio cognoscendi mul-  
ta / unus etiam posset esse actus intelligendi illa.  
Consequens est falsum ergo & id ex quo sequit.  
Nunc enim falsum inferre recte ex uero: Quod  
quidem esse falsum / maxime constat apud eos.  
Et consequentia probata est per rationem memo-  
rię & intelligentię. Tertio sic: Quicquid sine con-



traditione potest actu uel habitu cognoscere unum sine reliquo puta G. sine K. aut A. sine B. ille non opus ut intelligat per unam rationem G. & K. siue A. & B. Hec patet quia posse illa seorsum habitu siue primo actu cognoscere. Et necessario simul primo actu cognoscere. Infert ea oportere simul & non simul agnoscere ubi est expressa contradictio. Si omnis intellectus creatus potest noscere unam rem alia non agnita & habere actu primo cognitionem G. sine K. & A. sine B. Hoc assumptum patet. Nam quemadmodum non contradicit angelum nil etiam primo actu siue habitu cognoscere. ita & unum sine altero ut cognoscat contradicit minime. Qui enim potest omni cognitione carere potest & aliqua carere. alia non carendo. Neque res cognoscibiles sunt in ratione cognoscendi colligate ut dicamus Triangulum cognosci non posse sine hyacinto. aut Rosam sine lapide & ligno. Nos quippe unum illorum absque alio & habitu & actu nouimus neque ergo intelligenti. neque rebus agnitis sic seorsum intelligi aut cognosci repugnat. Confirmatur autem enim potest sibi infundi cognitio unius absque cognitione alterius. Et habere quod intendimus. Aut non potest & sic neque Deus ipse cognitionem Rosae absque cognitione lapidis infundere ualere quod nefas est homini christiano cogitare. Hec ex mente Scoti. Aduertant auditores per hec enim agnoscent ea que obscure ipse posuit. CHROSIVS. Prima suarum rationum propositionem falsam uidetur posuisse forma namque solis est unica ratio producendi dissimillimas. ualdeque inter se res diuersas neque tamen habet unum obiectum adequatum in quo contineantur omnia atali forma producibilia. Secunda etiam ratio peccare uidetur quia eadem forma solis non oportet ut habeat unum actum sibi adequatum sed plures. Simile non oportebit unam rationem cognoscendi habere unum obiectum primum siue presupponit ratio secunda neque unum actum adequatum. BENI. Negatur ab illo talis similitudo. Forma enim solis est uis illimitata ad plures effectus & ipsorum est causa equiuocata: et ratioque operatio sua in materiam exteriorem licet

ipsa non dependet a rebus circa quas operatur sed potius e contra. Ratio autem cognoscendi a rebus dependet & uniuoce producit. Est enim uniuocatio in completa tamen. Similis namque est species actu. Et similis est tam actus quam species rei cognite. Et unitas utriusque ab unitate rei dependet. Similiter forma solis non habet obiectum unum sibi adequatum: saltem extensiuue ut non possit in aliud Memorie autem adequatur intelligentia: tam intensiuue quia perfectiorem operationem nequit quam in ea producere: tam extensiuue quia extra illam nil ualet producere. BONDIVS. Vincit ergo scoti argumenta. Duo mihi abste nunc declarari cupio. Primum est an tu sentias cum Scoto & an Thomas quoque defendi possit. Deinde quid ad Thomae argumenta Scotus dicit.

Rationes Thomae primum soluuntur. Deinde controuersia inter ipsum & Scotum excluditur. Ca. xiii. BENIGNVS.



Videt hac in re ego sentiam perspicies. Si primo quam facile Thomae soluunt rationes considera. Ad auctoritates illas ita respondet. Superiorum esse scientiam uniuersaliorem: quia limpidiorem. clariorem & perfectiorem: que scientia apertius excerpitur ex ea translatione que est Linconien. Neque illa dictio scientia uniuersalior ex uocabuli denotat nisi id quod plurimum sit scientia superiorum. non tamen quod per unam rationem. Et hic uidetur mens ipsius ut superiores & plura uideant & eadem clarius intueantur. Ex quo soluitur ipsius ratio prima. Sat enim est ut ipsi angeli sint primo eam ratione propinquiores & similiores quia exactius cuncta intuentur & perfectius agnoscunt omnia. Quid malles tu: una ratione cuncta agnoscere sed non clarius illo qui pluribus: an pluribus & totidem sed longe limpidius. BONDIVS. Quid iuuat uno uel pluribus uti incognoscendo. si tanta facilitate: tanta uelocitate tantaque claritate agnoscat ille una & hic pluribus rationibus. Nunc multitudo specierum onustiorum & grauiore reddit intelligentem. BENI. Concedo ergo cuncta per unicum. K. intelligentem aut per K. & A. non esse perfectiorem eo qui per mille rationes intelli



gūt: nisi limpidius & exactius agnoscat. Tanti  
nāque est Nobile siue regale Britannicum quāti  
plures aurei Italici. Et tantūdem Pauli secundi  
pontificis maximi (in cuius creationis initio itra  
ui dulcem & magnam Italiam adolescentulus  
ingenio non paruo & aspectu potius uenusto q̄  
grau) ingens aureus, quanti triginta comunes.  
Neque ditior est hic uno q̄ ille multis. ¶ Quod  
etiā dicunt Deum essentia sua unica cuncta p̄spi  
cere / passim non solet concedi. Alia enim ratione  
inquit Augustinus doctor egregius cuius hoc  
anno festa hymbrium & fulminum plena cele  
brauimus post lungam nāque siccitate; adduxit  
pluuias que tamen salubres ipso peccatore acce  
dente) conditus est homo alia bos alia equus. Et  
plerique ideas ex natura rei indiuiua essentia di  
stingui putant. Esto tamen quo diuina natura  
unica sit ratio cognoscendi infinita, non sequit̄  
ut angeli ei propinquiores paucioribus specie  
bus agnoscant, si una species pluriū esse nō possit  
Immo potius sequeretur angelos sua essentia plu  
ra & pauciora cognoscere. Sicut enim Deus infi  
nita / Ita superiores plura sua essentia & inferio  
res pauciora intelligere concluderentur. Soluta  
prima ratione Scotus respondet obscure ad exem  
plum Thomę quod nos quidem induximus ipse  
uero non induxit / dicens. Si uelotior intellectus  
hūanus & tardior / totidem speciebus intelligat /  
quo pacto unus ex paucis multa capiet nisi quia  
eisdem unus acutius & limpidius inspicit / citius  
componit & facilius discurrit. Hoc igitur nō pro  
uenit expaucitate aut pluritate specierum: sed ex  
maiori limpiditate & uelocitate. Quare exemplū  
illud potius est contra opinantem q̄ pro opinio  
ne. Respōdet quoque ad auctoritatē libri de cau  
sis quam Thomę ponit ipse pretermisit. Et ui  
detur eam contemnere / Que tamen simul cū illa  
Dionysii ē soluta. CHRO. Gratissima ista erūt  
doctrinę Scoti insudantibus obscurior nāque in  
arduis est: & codices incorrecti. MENTIVS.  
Neque Thomę sectatores ab orrebunt. BENI.  
Ad rationem alibi additam. Concedimus speciē  
susceptam proportionem habere ad subiectum  
suscipiens & ea de re aliā speciem ponimus i sen

su. Aliam forsan ifantasia? Aliam omnino i ipō  
intellectu. Hęc enim abstrahit omnimode ab uni  
uersis conditionibus materialibus ( ut aiunt phi  
losophi ) Sed negamus ipsam speciem uniuersa  
lius aut particularius representare gratia subiecti  
in quo est / Nam si species intellectualis esset in  
sensu uel quouis alio subiecto semper ex sui na  
tura ē esset eiusdem representatiua. Sicut species  
nostri intellectus si reponantur i angelico & spe  
cies angeli inferioris si ponantur in superiori ex  
eo solum non euadunt pluriū representatiue sed  
eorum dicitur neque igitur intensius eiusdem /  
neque extensius plurium erunt representatiue si  
sint eiusdem rōnis. Quamuis ergo fantasma ubi  
cūque poneretur eodēmodo representaret quia  
natura sua non mutatur ex mutatione subiecti ut  
supponimus / tamen secundum condiciones spe  
cierum receptarum dantur eis subiecta / materia  
lia quidem materialibus / In materialia imateria  
libus. Et quēadmodum nulla essentia species re  
cipiens / est perfecte continens omnem aliā essen  
tiam aut plurimas / ita neque species suscepta po  
test esse ratio pfecte representandi omnia aut plu  
rima. CHRO. Videtur falsum ut species aut  
essentię angelorum superiorum sint magis a ma  
teria separate / Nam ex eo uideretur angelos infe  
riores imo & superiores ( quibus minus ) materiales  
esse. BENI. Omnes materię expertes ponimus /  
non tamen potentię: Ex actū nāque & potentiā  
omnis creatura cōstat. Quo tamē superiores sūt  
eo actui primo propinquiores & a potētia remo  
tiores. Vnde primus angelus nil potentię secun  
dum rationem entis finiti includit: sed est purus  
actus creatus ita ut nil eo pfectionis creatę desit  
secundum naturā. Solū ratione qua ens est caret  
infinita pfectione. Magis ergo superiores dicū  
tur a materia separate: quia magis a potētia remo  
ti. GEORGEVS. Species quoque superiorum  
actualiores uidentur speciebus inferiorum & ita  
non eiusdem sed alterius rationis. Concedā ergo  
& ipse q̄ si species angeli inferioris ponatur in su  
periori idem eodēque modo representabit. Ratio  
autem illa i superioribus alterius rationis spēs col  
locat que sint plurium representatiue. Non duz



ergo soluta uidetur. Neque Thomas uictus. Cō  
 cilia uel alteram funditus dissipa. BENI. Duo  
 bus modis Thomę opinio ( arbitratu modo) acci  
 pi pōt. Vno quidē mō ut species una sit plurimo  
 rum in superioribus angelis ostensiuā & represen  
 tatiua ex natura qua species talis est. Altero mo  
 do ut intellectus angeli superioris per unam spe  
 ciem possit plura comprehendere nō quia species  
 plura ostendat: sed quia ipse suo acumine suaqz  
 mēte sagaciori ac solertiori ex illa siue in illa plu  
 ra ( ut auicenne utar uocabulo ) suffodit: uel enu  
 cleat. Sicut nos alias tenuimus eadem specie sen  
 sum exteriorem agnoscere colorem & figuram &  
 extimatiuam utile ac nocens coniuicere. Priori mo  
 do accipiēdo illam opinionem recte a Scoto in  
 probatur. Nam tales uidentur debere esse illę spe  
 cies quales essent si ab obiectis causarentur. Si au  
 tem ab obiectis defluerent non posset unum ob  
 iectum speciem transfundere / aliis & sibi dissimi  
 libus / assimilatiuam. Aut ergo non erunt ille  
 species in se / rerū distincte representatiue. Aut  
 si erūt. Vnaqueqz sue rei representatiua erit. Quo  
 enim pacto fingemus rerum cum distinctarum  
 cum sibi contrariarum eandē prorsus imaginē?  
 Qua ratione inducimus in cre uel auro formam  
 nasi simi & aquilini formam bouis & leonis?  
 GEOR. Dicent forsan illas species non esse rerū  
 imagines aut similitudines. BENI. Si rationem  
 cognoscendi / non oporteat cognito assimilari /  
 tunc non uideo repugnantiam quin una ratio cog  
 noscendi possit esse plurium / uel etiam omniū  
 cognitorum non tamen infinitorum / ne arguat  
 ipsa quoqz infinita. Et eo pacto ratio Scoti pri  
 ma non probat conclusionem / Negabitur enim  
 sibi ut non possit una ratio esse multorum nisi  
 quorum sit & obiectum unū. Et approbationez  
 dicetur qd hęc ratio cognoscendi non est poste  
 rior obiecto siue re cognita ut mensuratum mē  
 sura: neqz a rebus dependet sed est sicut uniuersa  
 le quoddam ante rem. Et uidetur ex mente augu  
 stini super genesim duplicem ratione cognoscen  
 di ponere quarum utraqz rem precedat / unā qui  
 dem in uerbo que est ratio & causa rei / Alteram  
 uero que sit ratio solum cognoscendi ordinę na

ture rem ipsam cui est ratio precedens. Ita enim  
 Augustinus ibi ait. Sicut ratio qua creatura con  
 ditur / prius est in uerbo Dei q̄ creatura que con  
 ditur / Sic & eiusdem rationis cognitio prius fit  
 creatura intellectuali: ac deinde est ipsa creatura  
 cōdita. ¶ Neqz uidetur sequi necessario quo ad  
 secundam rationem ipsius ut sicut est multorum  
 simul memoria / ita simul sit multorum itelligē  
 tia: Nam memorie non repugnat esse plurimorū  
 siue una specie siue pluribus. Intelligentię forsan  
 repugnat: quis melius esset cōcedere etiam simul  
 angelos plura itelligere posse de quo alias. Ter  
 tia ratio pbat angelico intellectui forsan ex natu  
 ra sui non repugnare unum illorum agnoscere si  
 ne alio / repugnat tamē habenti tales species oport  
 teret etiam probare tales species posse sibi nō con  
 creari. Quod certo Theologo probabile est. Di  
 catur ergo qd talibus speciebus stantibus non po  
 test unum illorū primo actū agnoscere sine alio  
 & repugnat ea de re quia species illa ducit suapte  
 natura i multa posteriori seu altero modo acci  
 piendo opinionem Thomę posset dici similiter /  
 rationes illas contra eam nō ualere. Nam nō erit  
 species multorum ratio ostensiuā sed intellectus  
 ex uno ostenso propria uirtute plura compren  
 det ueluti patet i exemplo suo de nobis homini  
 bus acutioribus & ebetioribus. Sentio igit opi  
 nionem Thomę probabilem esse siue accipiatur  
 priori siue posteriori modo. Sentio & argumēta  
 Scoti ualida / si ille species essent similes illis que  
 a rebus accipiuntur. Ita ut essent quedam rerum  
 cognitarum imagines. Sic enī una nequiret esse  
 ratio plurium rerum. Si quoque potentie omniū  
 sint eiusdem rationis quomodo acumina uel nō  
 sint uel esse non possint equalia non uideo.

¶ Propria in hac re opinio: Et neua opinionis  
 Thomę defensionē solutionibus multis. Ca.  
 xiiii. BONVS.

**S**atis abunde cōtrouersiam Thomę &  
 Scoti absolu st. Quid in retu teneas de  
 clara / quia te nō minorem ipsi i genio  
 iudico. BENI. Caue ne sis nimis placid⁹ qa for  
 san adulator mecum esse nequis quom nil ex me  
 lucri prestolari possis dicam tamen quid teneam



Quom certum sit angelos secundum Theologos non intelligere res alias a se per essentiam propria. ¶ Et omni intelligenti sit opus assignare rationem qua intelligit. ¶ Angelos quoque suis rationibus res intelligere & absentes & que non sint oportebit. Agnoscebant enim res antequam fierent & agnoscunt multa que ab eis distant & quorum non habent notitiam intuitivam in genere proprio. ¶ Et hoc fieri nequit sine aliqua talium rerum similitudine impressa siue infusa. ¶ Neque illa similitudo est habitus qui nascitur ex sepius elicitis actionibus (precedit enim omnem actionem) & mentis operationem. Que tamen similitudo habitus dici potest & gratia sue indelebilitatis & stabilis permanentie: Erit ergo species intellectualis representans obiectum distincte ut imago ipsius & quo ad fieri potest perfecta similitudo. ¶ Quo fit ut diversarum & contrariarum rerum non possit esse eadem similitudo: sicut nec est una res a qua summat talis ratio que in quibus res contineat talia plura. ¶ Tot ergo sint eiusmodi similitudines tam in superioribus quam inferioribus quot & res diverse aut opposite & que nequeant eadem similitudine ostendi oportebit. ¶ Rationes illas res cognoscendi que natura sunt prece-dentes rerum essentias & que sint uniuersales & plurimarum rerum non compellor ulla ratione ponere quam quis neque ponentem (si eo modo quo diximus intelligat) euidenter improbare ualeam: BONVS. Si angeli Deum distincte agnoscerent ratione unica similitudine uniuersa intelligerent? BENI. Concessa specie distincte diuinam naturam ostendentes: concedere poterimus omnes angelos unica specie uniuersas rerum naturas intelligere. Ducit enim illa in cognitionem omnium; quando ducit in cognitionem Dei distinctam; in ipso enim uniuersa eminentius & limpidius quam in seipsis continentur. Concludamus ergo angelos omnis pluribus rationibus plura intelligere: uel unica omnis cognoscere omnia. Et creata & in creata. Hec sunt que in hac re nos sentimus. BONVS. Pulchre admodum conclusisti. Verum uidentur quoque angelis una specie obiecti creati cuncta prospicere posse. Si enim species sint sicut

numeri ut dicitur octauo diuinorum suprema species continebit cunctas qui ergo similitudine perfecta illam agnosceret & omnia inclusa similiter intelligeret: Veluti perfecte agnoscens numerum maiorem agnosceret & minorem. Confirmatur quia res sese continent ueluti figure quedam; ut habetur secundo de anima de intellectiua anima: sensitiua atque uegetatiua nostra enim alias duas; sicut quadrangulus Triangulum & biangulum (quam sit rogato) continet. ¶ Preterea nihil re materiali imperfectius potest esse perfectio angeli qui omnino caret materia. Sed similitudo rei materialis est imperfectior ea quia est uel potest esse effectus ipsius. Igitur non potest esse perfectio angeli qui omnino imaterialis. Quod enim imperfectiore imperfectius; nequit esse perfectioris perfectio. Omnis autem species & ratio rem cognoscendi est ipsius intellectus quidam perfectio naturalis. ¶ Deinde sicut cognoscunt seipsos propria essentia; ita unamquamque essentiam sicut & propriam se ipsa mouente agnoscent & unaqueque res erit sibi ratio cognoscendi. Et exactiori modo quam per speciem. Causa enim prima plus influit quam secunda; plus ergo influet essentia lapidis quam species ad suam cognitionem. Confirmat propositiionum principale per exemplum Thomae: Nam sicut intellectus noster perspicacior plura deprehendit ex una ratione. Sic & angelicus. CHROSIVS. Ad hec breuibus illud quo species assimilantur numeris dico philosophum ibi ut nonnulli aiunt loqui de speciebus sub alternis quod ex eo constare ualebit quia in prima proprietate numeri dicitur numerus resolui tandem ad indiuisibilia. Id est ad unitates similiter & specierum diffinitiones. Quod uerum est de speciebus subalternis. In quibus oportet deuenire ad ultimum quid & ultimum quale. Sunt quoque re ipsa species uniuersimiles numeris quia nunquam due reperiuntur eque perfecte. Neque tamen superior continet omnem perfectionem inferioris. Non enim omnem entitatem leonis includit homo aut uaccinii Rosa. Neque species uniuersimiles solis negationibus differunt aut entitatum additionibus; sed etiam suis propriis differentis. Et concedimus animas sese habere ut figuras quasdam; non tamen



ita concedimus de quibuscūque. Forſan etiam  
numerus ſuperior includit inferiorem materiali  
ter non formaliter. Similiter & figura plurium  
angulorum eam que pauciorum ſolum quo ad  
materiam includit unde neque paſſiones Trian-  
guli contineri uideatur in quadrangulo. Nō enim  
habet angulum extrinſecum æquiualentem duo-  
bus oppoſitis intrinſecis. Ad ſecundum dico ſpe-  
ciem rei materialis eſſe perfectionem Angeli in eo  
quod eſt nature intellectuales. Et eſt tibi perfec-  
tio accidentalis. Nulla uero perfectio accidenta-  
lis eſt excellentior absolute ſubſtātia qua perficit  
omnis enim ſubſtātia ex. vii. diuinorum nobilior  
eſt accidente. CHROSVS. Verum eſt quod  
dicis. Sed ego miror quo pacto poteſt quod eſt  
ſe perfectio etiam accidentalis / illud quod uilius  
eſt infima natura: ſubſtātia uidelicet corporea /  
aut ipſius accidere puta colore uel albedine. BENI.  
Species ſubſtātie materialis in animatę / ac  
que omnium accidentium / aliqua ex parte nobi-  
liores ſunt / eiufmodi ſubſtātiis / Et earum acci-  
dentibus longe præſtāntiores. Neque enim ſunt  
effectus illę ſpecies talis ſubſtātie aut talium  
accidentium dumtaxat / ſed etiam intellectus an-  
gelici / poſſibile non eſt effectum præſtāntiorem  
eſſe altera ſuarum partialium cauſarum uel abſo-  
lute uel ſecundum quid. Hęc nāque ſpecies ſunt  
perfectiores uitales / & ea ratione præſtāntior eſt  
ſpecies lapidis ipſo lapide / & longe præſtāntior  
ſpecies coloris ipſo colore. CHRO. Sicut nemo  
dat quod non habet ita neque pluſquā habet / quo  
pacto ergo ſpecies coloris effectus ſuſcipit illam  
excellentiā que non eſt in ſua cauſa. BENI.  
In quantum ab illa cauſa ſpecies dependet non e-  
certo / ea præſtāntior ſe in quantum ab altera ui-  
delicet intellectu. Verum hic progreſſus perfec-  
tionis eſt ſecundum quid. Neque enim Angelus  
absolute perficitur tali ſpecie / ſed ſolum acciden-  
taliter: neque talis ſpecies absolute ſua cauſa par-  
tiali ſemper præſtāntior ſed tali modo. CHRO.  
Diximus illas ſpecies concreatas angelis / cur er-  
go dicis eas concauſari a rebus. BENI. Quia ni-  
ſi inſuſcepſſent cōproduci ut uidebis poterant.  
¶ Ad tertium concedimus Angelos res natura

earum concauſante intelligere poſſe. Sed quo ip-  
ſis etiam abſentibus aut non exiſtentibus intelli-  
gere queant inſundunt eis earum ſpecies. Ad exem-  
plū illud iam reſponſum eſt. CHRO. Thomas  
in queſtione ſequenti articulo ſecundo ex mente  
Auguſtinus inducit angelos habere ſimilitudi-  
nes omnium rerum tam materialium quā imateria-  
lium. Ea enim que in uerbo Dei ( ut Auguſtinus  
inquit ſuper gene.) ab æterno perſiterunt: dupli-  
citer ab eo fluxerunt: Vno modo in intellectum  
Angelicum alio modo ut ſubiſtarent in propriis  
naturis. In intellectum autem angelicum proceſ-  
ſerunt per hoc quod Deus menti Angelica impreſſit re-  
rum ſimilitudines: quas in naturali eſſe produxit  
In uerbo autem Dei ab æterno exiſterunt non ſo-  
lum rationes rerum corporalium ſed etiam ſpiri-  
tualium: unicuique ergo ſpiritualium crea-  
tura-  
rum a uerbo Dei impreſſe ſunt omnes rationes re-  
rum omnium. Et uidetur dicere quod ratio proprie ſpe-  
ciei ſiue nature & impreſſa unicuique ſecundum  
eſſe naturale & intelligibile ſimul ita. ſ. quod eadem  
natura & ſubiſtāntia & ſe intelligant: Aliarum ue-  
ro naturarum rationes eis ſolum ſunt impreſſe ut  
eis intelligant non autem ſubiſtānt. Aduertant  
ad hęc auditores ſui. Ecce quod clare uocat ſpecies ſi-  
ue rationes illas rerum ſimilitudines. BENI. Rec-  
te notaſti. Itaque hæc eadem uidentur eſſe rationes in  
omnibus angelis niſi forſan ſuperiores paulo pau-  
cioribus ob excellentiā in intellectu indigeant: pu-  
ta ſi imaginemur ſuperiores per unam ſpeciem ſi-  
ue rationem intelligere omnes ſpecies ſub alternas  
uſque ad generaliſſimum includendo. Inferiores  
uero alia ratione agnoſcant hominē / alia uiuens  
alia ſubſtāntiā. Et hi quoque non omnes totidē  
ſpeciebus iſpiciant. Omnes tamen ſpecies rerum  
diſtinctas propriis intelligant rationibus. Hęc  
opinari congruum & conueniens eſſet. Sed non  
ut omnium in ſupremo ſint duę tres uel quatuor  
ſpecies dumtaxat. Quia rerum diſtinctarum oportet eſ-  
ſe rationes diſtinctas. Ecce alia conciliacionem.  
CALIXTVS. Tu ſicuti & alii modernorum po-  
nis rationes plures pluriū / uel unam omnium illā  
in quā que de diuina natura eſſet: & non ponis An-  
gelos omnia præſentiā propriā agnoſcere. Quod



quidem & contra primum philosophū & contra  
primum Theologum est. Aristoteles nāq; xi.  
metaphisice & 3. de anima dicit. In rebus sine ma-  
teria idē est intellectus & quod intelligere. Ergo idē  
erit intellectus & quod est ratio intelligendi. Et  
in .xii. metaphisice intelligentias omnis per suas  
substantiam omnia cognoscere uidetur asserere.  
Dionysius autē. vii. de diu. no. ait Angeli sciūt  
ea quę sunt ī terra secundum propriam naturam  
mentis. Et. iiii. eiusdem inquit Deus tota in totis  
congregat hoc est omnia ī omnibus ut sit sensus  
in quocūq; Angelorum congregat cognitiones  
omnium ita ut essentia uniuscuiusq; in se conti-  
neat omnia. BENI. Quęadmodum una forma  
naturalis nequit complere totum appetitum ma-  
terię: eo q; nulla forma continet omnes formas  
appetibiles. Ita quia nullum intelligibiliū crea-  
torū continet omnia intelligibilia. Etiam creata  
Ad omnia uero intelligibilia intellectus extendi-  
tur. Et nulla natura creata omnia continet qua-  
re nulla natura talis poterit esse ratio cognoscen-  
di omnia. Et ita neque essentia Angeli poterit ra-  
tiones omniū intelligibilium continere. ¶ De intel-  
ligentiarum cognitione alio modo q̄ nos loquitur  
philosophus. Et Aueroy's comentator suus. Nā  
forfan per essentia superiorum inferiores agno-  
scunt superiores ac etiam se ipsos ut quidā addūt  
& per essentiam propriā agnoscunt inferiores. Et  
forfan etiam se ipsas. Sed christiani non tribuūt  
intelligentiis creatis tantam dignitatē, quantaz  
peripateticorū quidā. A deo nāq; non nulli eas  
magnificant ut quosdā Deos putent. Dionysius  
autem non dicit Angelos propria essentia cūcta  
intelligere sed res creatas naturaliter concipere. Et  
in eis Deus agregare omniū rerū similitudines.  
Vnde ibidem dicit Angeli rerum illuminantur  
rationibus. CHRO. Et si nulla res creata cōpre-  
hendit ī se omnia posset tamen forfan cōprehen-  
dere multa: & ita saltē aliqua posset Angelus sua  
essentia cognoscere. BENI. Pōt ea q̄ includit for-  
maliter (ut aiunt) & realiter: qualia sunt supio-  
ra & proprietates. Forfan etiā dicere possemus an-  
gelos aliqua etiam alia a se propria sui essentia

agnoscere posse sed non omnia. Et superiores ie-  
circo pauitioribus pollere similitudinibus: quia  
plura per sui essentia agnoscunt. Concludamus  
ergo Angelos omnia per sui essentia agnoscere  
nō posse ut tamen quedā per illam agnoscant nō  
repugnare.

¶ Altercatio inter Thomam & Scotum an An-  
geli scientiam a rebus accipiant. Ca. xv.

#### PRODANELLVS.



Vamuis ex his quę supius attulisti opi-  
nari uideris Angelos a rebus sciam ac-  
quirere posse: & eos intellectu agente  
preditos esse. Id tamen eget amplioris perscuta-  
tionis. Iecirco in quiro an Angeli possint accipe-  
re sciam a rebus. BENI. Hic quoq; concertant  
duo illi nominati uiri & posteris suis ppetui cer-  
taminis hereditatē relinquunt: & utinam gratia  
ueritatis indagandę (Socratis antiquo documē-  
to) & non proprii fastus gratia bodie decertare-  
tur. Mibicerto Thomas non minus charus Sco-  
to. uterque enim prestans: uterq; doctus: uterq;  
sacrę fidei ualidus ppugnator ubi ualuerit illos  
cōciliare id facere enitar. Nō post ponēdo Alexā-  
drum priorem illis & de his qui philosophica  
miscuerunt Theologicis primum: neque Scūm  
doctorem Minorum bonauenturam & si qd mi-  
hi ratione euidenti: aliter uidebit neutri parcam  
magis enim amica philosophis maxime sacris ue-  
ritas q̄ homines difficile tamē admodū est a neu-  
tro illorum disentire: elegerunt nāque ex multis  
honorabiles partes. Nam & ante Thomę &  
Scoti tempora utriusq; opinio erat: priores sunt  
& antiquiores opiniones quas tenent ipsi. Verū  
quia hos posteritas magis collit: ipsis etiam opi-  
nionum talium nomen tribuit. Fuerunt igitur a  
multis seculis de Angelis ī re proposita due opi-  
niones. Vna tenens Angelos a rebus notitiam ac-  
cipere non posse & hanc sequit Thomas. Altera  
Angelos a rebus cognitionem accipere ualere &  
hanc tenuit Scotus. Conclusio Thomę est hęc:  
Species per quas angeli intelligunt: non sunt a re-  
bus acceptę sed ipsis connaturales. Et probat eaz  
sic. Talem oportet intelligere distinctionem & or-



ditatem spiritualium substantiarum qualis est & corporalium. Nunc autem uidemus corpora supra habere potentias in sua natura totaliter per formam completas. Inferiora uero nunc unam suscipere formam: nunc aliam. Quare modo con similia inferiores substantie intellectuales. Anime uidelicet humane complecti successiue accipiendo species a rebus sensibilibus. Superiores uero uidelicet angeli natura complecti speciebus connaturalibus ad omnia intelligenda que natura cognosci possunt.

**E**t eandem conclusionem statim iterum sic probat. Qualis est modus essendi substantiarum spiritualium talis & intelligendi. Sed anime nostre in esse sunt affines corpori quia eorum forme. Angeli uero totaliter a corpore absoluti: quia materiales & in natura pure intellectuali subsistentes. Quare anime nostre suam perfectionem intellectualem per corpora sortiuntur. Angeli uero per intellectualem effluxum a Deo species rerum cognitarum simul acceperunt. Et quasi probans consequentiam quo ad sui primam particulam ( uidelicet hanc: Anime in essendo a corpore dependet igitur & intelligendo ) addit. Alioquin frustra corporibus unirentur. Tertio Paulo post subiungit de extremo in extremum non peruenitur nisi per medium. Sed esse forme in imaginatione est medium quoddam inter esse forme que est in materia & forme que est in intellectu. Nam forma in imaginatione est sine materia: non tamen sine conditionibus materialibus: forma uero que in mente est abstracta ab omnibus conditionibus eiusmodi. Quare intellectus angelicus quantumcumque sit potens. si ponatur summe actiuus non posset formas materiales reducere ad esse intellectuale nisi prius reduceret eas ad esse imaginabile. Hoc autem sibi impossibile quod careat ipsa imaginatione. BENI. Ista tertia ratio me nil mouet. Nam esse forme sine materia non autem sine conditionibus materialibus est ueluti quid imperfecte abstractum esse autem ipsius etiam sine conditionibus materialibus est ueluti complete abstractum. Et ita forma priori modo abstracta includitur in forma posteriori modo abstracta. Et accidit illi forme in complete abstracte esse in uirtute imaginatiua ratione cuius uidetur

opponi illi sequenti ea ratione qua est in mente. Quauis ergo angelus careat sensu / ut tenemus / potest tamen illam abstrahere speciem uirtute intellectiua que complete sit a materia separata & continentem illam que in complete talis. Sicut producatens formam perfectam ut octo producat formam ut sex quia sex continentur in octo. Concedatur igitur prior sue argumentationis propositio loquendo de uirtute creata & medio per se requisito & distincto ab utroque extremorum. Nam forsitan uirtus infinita poterit in extremum mouere non mouendo per medium. Similiter si medium sit accidentale poterit etiam a uirtute creata per terminari. Sicut potest sensus uidere sine medio aque. Diximus etiam ut medium non sit inclusum in extremo: quia tunc non prius peruenitur in medium quam in extremum sicut producatens. Quadrangulum non prius producat triangulum sed simul. Altera propositio sibi negatur non enim esse in imaginatione est medium ad esse in mente nisi per accidens. Neque probatio ualeat: quia accidit forme in complete abstracte esse in imaginatione: non quidem quia in alio subiecto reperitur que sensu: sed quia ratio ne sua ipsa non includit subiectum. sicut neque color. Illudque medium est solum intellectus coniuncti non autem separati. Quia obrem ita quidem dicere non ab re possem ut imaginabile sit medium per se inter sensibile & intelligibile accipiendo sensibile sub ratione qua sensibile. Nunquam enim sensibile / ut tale est / deuenit ad intellectum nisi prius fiat imaginabile uel imaginatione. Sed nulla corpora sunt angelis sensibilia: sed solum intelligibilia. Color enim animali bruto solum sensibilis: Deo & angelis intelligibilis tantum. Nobis uero utrumque. **VOLTIVS.** Recte uideris rationem illam soluisse. **GATALDVS.** Cur igitur Thomas illam tanquam euidenter concludentem posuit. **BENIGNVS.** Omnes sapientum rationes non demonstrant nisi forsitan sibi formatam ab eis ea ratione qua dicuntur sapientes. Neque Thomas credidit se ea ratione id demonstrasse. Quod quidem aperte uidetur nam illico subdit. Dato etiam quod posset angelis abstrahere species a rebus materialibus: non tamen abstraheret: quia non indiget



geret eis. **BINCIOLVS.** Concedit forsan tãq̃ impossibile apud ipsum. Quo tamen cõcesso ad huc remanet alia ratio per quam probat eiuſmodi abstractionem esse uanãz nihil autem Deus & natura frustra & uanum facit. **BENIGNVS.** Sic quoq̃ (ut aís) accipi snã illa potest. Mibi tamen uidetur illum uirum uidisse rationis illius solubilitatem & forsan etiam precedentium: atq̃ illius que alibi additur (uidelicet quicũq̃ caret agente intellectu) nequit species a rebus abstracte. Sed angeli eo carent quia non habent fantasmata; neque intellectum possibilem q̃ quandoq̃ sit in potentia; ubi autem non est cuius est omnia fieri ubi neq̃ cuius est omnia facere & econtra) Iccirco ultimo resoluit se in hoc certuz aliis pretermiſſis dicens. Si et habeant uirtutẽ abstractentem ut probabile est; nõ tamen abstractente quia frustra fieret talis abstractio quom eis sine in nate species. **BOCIGNOLVS.** An alie sue rationes necessario cõcludat & si i aliquo peccet edidisse. **BENIGNVS.** Omnis ratio bene formata etiam si falsa proponat concludit necessario prima tamen ratio Thomẽ potius est quidã modus rem persuadendi q̃ probandi. Inducit enim assimilari in spiritualibus sicut est in corporalibus. Qua similitudine negata extinguitur tota argumentatio que tamen similitudo re ipsa tenet. Ita enim uniuersi concedunt Theologi Deum ipsuz illis spiritibus omnium rerum intelligendarum natura ab ipsis (saltem uniuersalium) species cõcreasse; neq̃ tamen sequit Deum illas necessario cõgnitionem habere potuisse aut ut arbuta quedã uel insensibile & omnino inanimis truncos remansisse. Eadẽ modo & subiecta eius ratio pcedit de clarando & modum degustãdi insinuando. Ita ut sicut noster animus quia iunctus corpori a corpore in intelligendo dependet; ita angelicus quia nõ iunctus a corpore nullatenus dependet. Similimodo q̃ sicut habentes intellectum agentẽ possunt abstractere; ita nõ habentes nequeunt Scotus econtrario arguit. Angeli habent uirtutẽ agentẽ & possibilem. Igitã a rebus cognitionẽ suscipere sunt idonei. Anõs probat quia nulla pfectio aig

quo ad intelligere est remouenda a priori intellectu creato; agentem autem habere intellectum potius gloriẽ est & decoris q̃ ignominie & dedecus. Similiter omnis intellectus receptiuus est possibilis non obstante q̃ a principio & in primo instanti receperit. Sed tamen habent angeli. Igitur habent intellectum possibilem. Cuius autem est possibilis illi & agens. Neque omnis uirtus agens abstractit a fantasmatibus. Neq̃ angeli semper actu illud idem intelligunt. Semper enim aliquid intelligunt nõ tamen omnia sed modo hęc modo illa nisi possint uniuersa simul cõplecti. Quod ut plurimum non conceditur. ¶ Primã etiam rationem ducit ad oppositum opinãtis sic. Nil necesse eã Deo solo causari nisi quod ab alio causari nequit sed cõgnitio angelorum potã a rebus accipi siue solus intellectus causet siue et res materialis cõcauset quã causam partialem nõ opz semp nobiliore esse pserit minus principalem neq̃ re causata siue pducta neq̃ re patiente aut suscipiente. Corporũ at cõlestium qualitates nõ est possibile ab ulla creatura suscipi. Quare has oportebit Deum qui nõ deficit i necessariis illis tribuere; illas uero cõgruũ est ut tribuat at nõ necesse. Et ita perimit similitudinez de primis corporibus & de primis creatis spiritibus. Secũda quoq̃ ratione cõtra ipsuz utit eo modo. Omnis intellectus carens ex sui natura re intelligibili dependet aliquo modo ab illa. Sz intellectus angelicus ex sui natura caret multis intelligibilibus nõ enim habet in se corpora. Igitur ad hoc ut illa intelligat aliquo modo pexigit ea & indiget eis. Ita q̃ quis Deus suppleat eiuſmodi idigentiãz circa aliqua obiecta pspecierũ creationẽ: ipse tamẽ ex sui natura idiget obiecto tali ad intelligẽdum; si essentia sua nõ contineat eminenter omnia intelligibilia ut omnes Theologi fatent. Sola nãq̃ diuina essentia i mensa continet omnia intelligibilia & solus illẽ uileſceret intellectus si aliqd quod nõ est ipse ad sui pfectionẽ pre exigeret. Anima itaq̃ duplici mō a corpore dependet et in intelligẽdo angelus unico. Anima certo & pexigit corpus intelligibile: ad hoc ut intelligat & pro statu uicẽ dependet a corpore qd iformat i cognoscẽdo: Necesse n. est intelligẽtẽ ad



fantasmata conuerti: & cognitionē intellectuā ortum habere a sensitua & quo ad hoc bene cōceditur modum itelligendi correspondere modo essendi. Quia. n. aīa est forma & actus corporis icirco itelligit deseruiente sibi corpore. Angelus minime. Sed nō sequit̄. Igitur itellect⁹ q̄ nō est forma corporis nō dependet a corpore ut obiecto intelligibili. Sed bene ut organo uel istrumento cognoscendi. Neque tamen aniua frustra unīē corpori ēt si absq; illo itelligeret. Sicut erit ī beatitudine ubi aīa absq; medio fantasmātū attinget diuinam essentiā in se & omnia q̄ itelliget uel attinget absque medio uel saltē attingere poterit. Vnitur. n. corpori ut illud pficiat: ut illi uitā tribuat ut refuset hō totus ex p̄tium unione. Anīa namque sine corpore uiuere & operari pōt. Corpus sine anima nō pōt anima sine humanitate nō solū uiuere sed ēt beate uiuere potest, hō absque anīa neque beate neque omnino uiuere aut eē pōt. Vide q̄ quātaque bona corpori hūano hominiquē ipsi pp̄ animē corpori unione obueniunt. Anīa igitur & sine corpore organico existens a corpore ut obiecto dependet, & in corpore manens nō per corpus itelligere ualet. Nō ī cōuenit itaque angelos a rebus noticiam accipere posse.

Angelos a rebus noticiam accipere posse & singularia percipere. Ca. xvi. PVTEVS.

**V**id ex his concludēdum & quē opinio potius sequēda / an quoque angelis species omnium singularium sint cōcreate & inuestigandum. BENI. Si angeli talem haberent essentiā ut ipsa mouente cuncta saltem inferiora cognoscere possent ut nōnulli philosophorū putauerē tūc nō oporteret eos a rebus noticiā acquirere: nūc autē q̄ id Theologi respuūt oportet dicere alterū duob⁹. Aut species omnium rerū eis necessario cōcreari aut eos a rebus sciam capere oportere / absurdissima quippe res mihi uideēt opinari / eos si sibi dimitterent uiliores nobis esse nos. n. pp̄riis uirib⁹ scientes euadimus angeli nil scire ualebunt nisi eis in primā. Hoc certo quia opinari nō ualeo cōfiteri erubesco. Neque uideo ullā necessitatē cōcreandarum sp̄erum aut nāque illē sunt ab eis re distinctē. Et tunc poterit Deus

eas nō cōcreare. Creetur igitur angelus purus & nudus / creetur & anima ī humano corpore / p̄stantior erit hō angelo. Habet. n. uirtuē acquirē de scīe angelus p̄petuo sine ulla cognitionē manebit. Quis id cogitare quis opinari aut dicere audebit: aut illē spēs nō sunt ab angelo re distinctē: & ita necessario cōcreabunt & nō medicabit neque rebus creatis indigebit: sed tunc sequēt angelos p̄ essentiā propriā cuncta itelligere / si species omnium sint idē sibi realiter. Sed hoc nefas putant Theologi. Thomas igit̄ ita nunc se habere asserit ut angeli a rebus noticiam nō accipiant eo q̄ eis rerum spēs cōcreate existunt. Nam Augustino teste quē ītra angelo sunt ita creant̄ ut prius fiāt incognitione itellestualis creaturē deinde in genere proprio. Si ergo iterum eandē coguicionē a rebus acciperent frustra id facerent loquendo de notitia abstractiua Scotus autē loquit̄ de possibili: possent. n. spēs rerum si eis de essent adipsi. PVTEVS. Lētor nō parum de tam enucleata cōclusionē. Et addo angelos ēt re ipsa noticiam intuitiuam a rebus accipere. Nulla. n. spēs cōcreata ēt si illa sit essentē diuine p̄bet de rebus cognitionē ituitiuā. Et ut id lucidius appareat quēto iterum an singularia & contingētia agnoscant Angeli & quo pacto & uidebit an in scia siue cognitione pficiant / & de nouo aliquid itelligāt BENI. Negauit Auerro. & pleriq; ipsum secūtur itelligentias singularia horū inferiorū agnoscere contra quos arguit Thomas primo Theologice quia omnes sunt administratori spiritus pp̄ nos missi: providere autē singulis hominibus nisi eos agnoscerent nō ualerent. Deinde philosophice. Nam ponunt in philosophia orbium celestium motores & q̄ mouent intellectu & uoluntate & motum illum dirigunt ī bonum & salutē horum inferiorum. Quod sine cognitione fieri nequid ab eis qui dirigunt & nō dirigunt. Deinde quia talis est ordo rerum ut quo sunt superiores eo habeant uirtutē magis unitā & ad plura se extendentem sicut patet de sensu comuni respectu sensuum exteriorum / Eodē mō quia angelicus intellectus est superior humano / agnosceat unita uirtute & uniuersalia & singularia q̄ homo agnosceat



diuersis uirtutibus que. n. sunt sparsa in his inferioribus uniuertibus unde & philoſo-  
phus pro in conuenienti habz ut litem impedecli  
nam quaz nos ſcimus Deus ipſe ignoret. Modus  
aut ponendi patet ex auguſtini uerbis. Ea. n. q̄  
in uerbo Dei eternaliter pſtiterunt duplr ab eo  
fluxerunt, uno mō in angelicum intellectuz alio  
modo ut ſubſiſterent in ppriis naturis effluit at̄  
a Deo nō ſolum natura comunis. Sed et̄ ea q̄ ſūt  
indiuertionis principia. Et uideēt ita arguere  
omne qd̄ effluit a Deo ut ſubſiſtat uel ſit / eſluit  
prius in angelicum intellectum ut auguſtinus te-  
net: Ergo et̄ cognitio ſingularium & inuit ſimi-  
litudines rerum que angelis concreantur deriuari  
a diuina eſſentia que eſt ſimilitudo oleum / ita ut  
res fluat in angelicum intellectum & et̄ in ſui exi-  
ſtentiam. Et dictum philoſophi intellectus ē uni-  
uerſalium dicit eſſe intelligendum de noſtro itel-  
lectu ſolum: additqz illas ſimilitudines nō eſſe in  
finitas / quia angeli cognoscunt ſingularia p̄ for-  
mas uniuertales quia eadem ſimilitudine plura  
poſſunt cognosci & hoc uideēt probare ſic: Sicut  
eſſentia diuina cognoscunt tam uniuertalia q̄ ſin-  
gularia ita & ſpecie illa a diuina deriuata eſſentia  
hęc ſunt Thomę. PVTEVS. Henricus parū  
ab eo differunt p̄ illum. n. habitum unicum aſſe-  
rit angelum cognoscere omnia et̄ ſingularia. Nā  
ipſe dicit ſingulare nil addere ſuper uniuertale &  
comune niſi ſola negationē communicationis ſiue  
in comunicabilitatē. Ponit tñ habitum illum pri-  
mo preſentare naturam / ſecundo ſingulare & q̄  
noſter intellectus ſit ſolum uniuertaliū. Sed quid  
ſentit Scotus? BENI. Omnes in eo conueniunt  
Theologi / Deum & omnes angelos ſingulariuz  
notitiā diſtinctā poſſe habere. Sed i hoc ab aliis  
differunt Scotus: quia dicit nō poſſe eodē habitu  
ſiue eadē ſimilitudine cognosci uſq; & ſingulare di-  
ſtincte & q̄ ſingulare addit aliquā entitatem ad  
uniuertale contra henricum / & q̄ nō opz omniū  
ſingularium ſimilitudines angelis concreari ſz q̄  
poſſint aliquorum ſingularium notitiā i dies acci-  
pere: & q̄ etiā noſter intellectus pōt intelligere di-  
ſtincte ſingularia quous forſan nō pſtatu uie. Hęc  
itaqz ſunt ipſius conſiſiones: prima eſt quam in

ſpeximus in ſuperioribus omniū naturarum ange-  
lis ſpecies ſunt concreatę q̄ tñ ſi creatę nō fuiſſent  
acquiri potuiſſent quia nature rerum ſunt finitę  
ut omnes teſtant. PVTEVS. Spēs numeroſiuz  
& figurarum ab eunt in infinitum. BENI. Nō  
ſunt numeri aut figure ſecundum ſe ſumptę na-  
ture rerum: uel ſi ſint forſan nō differunt ſpecie /  
unde & plato numeros augeri uſq; ad denarium  
tñ cenſebat deinceps replicari eadē: uel ſi differat  
ſpecie tuncialis p̄greſſus in iſinitum erit ſolum  
imaginarius. Secunda cōcluſio ſingularia addit  
ad uniuertalia ppriaz entitatē que n3 eſt materia  
illa que altera pars cōpoſiti / n3 quantitas: n3 ex-  
trema neq; cōgregatio ſeptē accidentium / ſz que  
ſic ſe habeat ad naturā ut eam contrahat & i tali  
eſſe cōſtituat. Verum hęc alibi probantur. Ter-  
tia cōcluſio angeli poſſunt habere naturā diſtinc-  
tam cognitionē ſingularium / ſed nō p̄ ſolas ſpēs  
uniuertalium. Cognitio nāq; inferioris ducit i co-  
gnitionē ſuperioris & nō e contra. Quarta conclu-  
ſio angelos utroq; intellectu tam agente q̄ poſſibi-  
li fretos eſſe nō eſt ambigendum. Quinta conclu-  
ſio res materię annexas poſſe concreare notitiā  
in angelis ut cauſas minus principales in notitia  
quidē abſtractiua concreando ſpēs: i notitia ue-  
ro intuitiua cōproducendo cognitionē / Sexta cō-  
cluſio Spēs & ſimilitudines omnium ſingulariū  
et̄ eorum que Deus nouit notitia uiſiōis (ut aiūt)  
nō oportet angelis concreatas fuiſſe forſan. n. id  
priuilegiū ſolius aīę chriſti. PVTEVS. Quid  
nomine notitię uiſiōis eſt accipiendum. BENI.  
Illa dñr cognosci a Deo notitia uiſiōis q̄ agno-  
ſcit ut extremam in aliqua parte tēporis habentiā  
q̄ uero agnoſcit ut poſſibilia nō at̄ ut p̄ntia p̄-  
terita aut futura illa ſimplici notitia dicit̄ appre-  
hendere. Septima cōcluſio Spēs concreata reddit  
rem ſolum notitia abſtractiua cognoscibilē. Ie-  
circo nō ſequit̄ diuina eſſentia eſt rō cognoscendi  
tam uſq; q̄ ſingulare & notitia intuitiua igit̄ & ſpēs  
illa concreata / quia arguit̄ a maiori ſiue p̄fectio-  
ri affirmatiue qd̄ logici nolunt. Sicut nō ſequit̄  
rex poteſt expugnare oppidum ſiue ſol illuſtra-  
re uniuertum. Igit̄ & miles ſiue noctiluca. BO-  
CIGNOLVS. Videēt id rationi conſentaneum



iccirco. n. Theologi negant angelos per essentiaꝝ omnia intelligere ne Dii quidam putentur nunc autē tribuunt habitui siue speciei eam uirtutem presentandi quę propria diuinę essentię. Cogno scere. n. uel omnia uel plurima & cognitione perfecta atq; intuitiua / unica representate / nil aliud est q̄ illam rem continere eminentius cognoscibili illa illa q̄ sint in se / Hoc autē nil aliud est q̄ dicere illa esse exemplaria sup eminentia. Quod Theo logi diuinę essentię attribuit dumtaxat. Quare si res creata id facere possit n3 contra dicat sacris scriptoribus ut res creata ualeat eminenter conti nere alia / dicam essentiaꝝ angeli rem talem esse q̄ alias eminenter contineat. BENI. Motiuū tuuꝝ uincit ēē subtilium rōnes excusauimus iam su pra quo ad fieri potuit opinantē n3 de his plura.

**C**oncludamus ergo angelos notitia intuitiua creaturā agnoscere nō posse nisi illam uel in se uel idiuina essentia uideant. Vel si in creatura possit intuitiue alia uideri creatura / tunc ī essentia pro pria āgeli uideri poterit s3 id nō cōcedūt.

**C**oc tauerat conclusio & si angelis essent concreate simili tudines omnium singularium saltē pro aliquo tē pore existentium / quia id possibile est / Neq; n. existent innumerabilia / adhuc tamen nō cogno scerent rerum existentias pro tali tēpore; patet id Theologo qui rerum creatarum esse / subicit di uinę uoluntati contingenter causanti & rebus esse tribuenti pro bene iplacito suo. Nona conclusio speciebus ēē singularium concreatis / nequit intel ligi predicatum accidentale & contingenter ī be rens quod uidelicet ad esse & ab esse rei ualet ipsa manente in sui essentia integra & sine diminutio ne. Quis. n. p species cognoscat nauale bellum su turum imo pns aut preteritum / quom Deus ipse n3 p essentiam suam nisi forsan in quantum eter na / n3 p ullas ideas / seclusa sua uolūtate eiusmo di contingentia euidenter agnoscere possit? Deci ma conclusio si posse angelis cōcreari hęc omnia cauillando quis teneret uel id unuꝝ teneri nō pōt ut cognitionē ī tuitiua p eiusmodi spēs habeant Ille nāq; uniformiter pntāt siue res existat siue nō existat: & talis cognitio est eis possibilis quoz ēē uirtuti inferiori uidelicet sensitīue. Sit possibilis

& est nobilissimum genus cognitionis. Quare nō solum decet sed ēē opꝝ angelicos spūs a rebus ali quam notitiā accipere q̄ saltē singularium / aut saltē existentię & pdicatorum accidentalium aut saltē notitię ī tuitiue ī genere pprio. PVTEVS Satius est a rebus ēē uilibꝝ notitiā accipere / q̄ ea omnino carere n3 habere posse. BENI. Dignifi cando uilificāt q̄ eos notitia priuant eo q̄ a rebus uilioribus recipere & pati nequeāt. PVTEVS. Sicut nobis meliꝝ est quędā nō uidere sic illis quę dam nō itelligere. BENI. Omnis uisio pficit ui suꝝ licet nō similiter nūq; ergo nō uidere meliꝝ s3 forsan nō uidere muscā melius q̄ nō uidere homi nez. PVTEVS. Philosophus nō ita sentit: quę daz nāq; īquit melius est nō uidere q̄ uidere. BĒ NI. Modus uidendi nō uisio est ī culpa / q̄a mo ueri a tali re uile est / eā uidere nō uile. PVTE VS. Ergo uile est angelis a rebus eiusmodi noti tiam accipere. BENI. Vile inq; si totaliter pate rentur / nunc uero ita est q̄ ī tali cognitione aut tota est actio angelorum; aut principalior. Nos itaq; uisibile specie uel potius rei uisibilis nullo modo producimus angeli totaliter uel principali ter pducunt nobilior ergo eorum uisio q̄ nostra Quāuis dictuꝝ philosophi posset sic construi an dicemus ut sicut nobis qdā melius est nō uidere q̄ uidere eo q̄ multa uisibiliuꝝ terra nobis & hor ribilia & nos q̄a corporei sumus īficientia sic & Deo; q̄si dicat minime. Multa. n. uisibilium ho minibus nocēt & melius est basiliscū non uidere imo n3 ab eo uideri q̄a uisu ( aiunt) īterficat Deo nihil nocere nihil rerum creataruꝝ displicere pōt Diligit. n. omnia & nihil odit eorum q̄ fecit: om nis certo artifex diligit opꝝ suuꝝ magis q̄ ab ope re diligat si tale opus diligere posset.

**C** Quo pacto angelus proficit ī scientia & fit in medio iter Deum & hominem & an futura co gnoscat. Ca. xvii. GEORGEVS.



X his iam accepi angelos in scia rerum & cognitione pficere posse / primo qui dem quia concessio ut eis sint concrea te species omniuꝝ naturarum adhuc ta men possunt eas uidere in genere pprio & inspi cere notitia intuitiua ī singularibus existentibus



L.  
Quamuis. n. notitia abstractiua ita distantius & non existentium habeant notitiam sicuti & presentium atq; non existentium / non tamen in notitia intuitiua / Secundo quia & si plene sint intelligentie formarum uniuersalium non tamen singularium neq; ipsorum existentie / neq; predicatorum accidentalium / adde post notitiam actualē remanet spes in memoria Recolimus. n. nos sic intuitos fuisse: sic considerasse / Sic & angeli per species concreatas non recordant se ita missos / aut loquutos. Aut contemplatos. ¶ Restat quo ad hoc unum dissoluere nodum: angelus namq; medio modo se habet inter Deum & nos / Nunc autem ita est quod Deus intelligit omnia sua essentia & non per aliquam speciem / Nos omnia per species a rebus acceptas. Igitur angeli per species concreatas ut sit reperi re omnes rationes intelligendi possibiles. Quo quidem modo arguēdi & philosophus utit & Theologus. BENI. Angelus ea de re non est in medio quia intelligit per species concreatas. Nam ille possent et animis humanis concreari & possent angelicis intellectibus non concreari. Concedimus quoque omnes rationes intelligendi in uniuerso reperiri: sed hominem atq; angelum pari passu accedere uel in hoc / quia uterq; potest & concreari & acquiri uti speciebus. Est autem angelus in medio quia limitius nobis obscurius Deo intelligit: in eo quod eius uirtus efficacior est nostra / minus efficax diuina. Est quoque in medio quia Deus non a sensu non a rebus notitiam accipit nos ab utroque angeli a rebus solum non autem a sensu. MENTIVS. Scotus dicit est in medio: quia Deus nulla cognitione a rebus suscipit nos omnem. Angelus aliquam. scilicet naturarum non accipit in quo dicitur ab anima: & aliam quam accipit in quo conuenit. GEOR. Melius est priori modo ipsum ponere in medio. Nam hic quem Scotus ponit est accidentaliter / posset. n. uirtute diuina ille ordo peruertere ut nos intelligeremus per species inditas & angeli per acquisitas. Sed redeamus possunt angeli proficere in cognitione futurorum. Ignorant. n. futura quia scriptum est annuntiate nobis que uentura sunt in futurum & sciemus quod Dii estis uos. MEN. Ego dixi Dii estis & filii excelsi omnes. Non ergo remouet angelos a futuro

rum cognitione pre Astronomi & prophetę cognoscunt futura immo Diuinatores: magi & arioli. Igitur & angeli. Deinde in li. de causis scribitur parificat intelligentia eternitati ex quo accipit angelos supra tempus esse. Tunc sic. Quod est supra omne tempus non limitat in intelligendo ad certum tempus sed complectitur omnia tempora. Angelus est talis. Quare. Confirmat quia intelligit per species in differentes ad omnia tempora. Et cognoscens distans sed locum: uidetur posse cognoscere distans secundum tempus: per christum quod paulominus ab angelis minoratus cognoscebat omnia futura atq; preterita. Igitur & angeli. BENI. Et si philosophi futurorum quedam semper & necessarios: quedam ut plurimum. Quedam raro siue casu aut fortuito / quedam ad utramlibet partem & libere euenire affirmant Theologi tamen omnia futura respectu ipsius Dei ad utramque partem contingētia fatentur. Quo fit ut ita sit hec contingens Sol oriatur aut occidet Trinus aspectus Iouis erit ad lunam infra dimidia horę: sicut & hec intestina bella heu uideo erunt florentie in urbe dilecta & iam florida: Siue petrus sedebit & regnabit. Quorum itaque diuina uoluntas solum sibi sit nota quia nulli nisi Deo natura cognita: ipse solus futura euidenter agnoscat sicut solus sue uoluntatis conscius. Solus eternus rez pro qualibet parte sue periodi simul uidens: non quidem tam res ipsas ut in se existentes attingat: quia futura non existunt sed quia ipsas sua eternitate per omni tempore simul prospicit. Que alias luculentius Sigismundo Iunii de Georgis siluano patricio ingenio certo angelico prebito qui nunc mecum disputat de clarauimus ipse nostram opinionem conscripsit diligentissime. Verum quia quedam futurorum Deus gloriosus fato conclusit & celesti uirtuti commisit. Ipsos primum celos ipse aspectibus sepius difformes uniformiter conseruans. Idcirco quibus nota est uirtus celestis habent futurorum cognitionem certam & euidentem stante diuino decreto: in se autem fallibilem & incertam. Hoc modo angeli quibus notissima est natura celorum pariter atq; elementorum cognoscunt natura / omnia futura in celesti uirtute conclusa. Astronomi inter contingens & necessarium iudicant & potius de uni



uerfalibus q̄ singularibus quod iudicium longa experientia celestium aspectum coniunctionūq̄ didicerunt. Sed quia & uita breuis & ars longa in numeri enim stellarū fixarum aspectus & uirtutes & experimentū fallax. Iccirco iudicia Astro nomorum debilia. Neque tamen omnino despicienda aut postponenda presertim medicis qui sine arte astronomie casu sanant & ut ceci ambulantes nō offendunt. Sed pro dolor nostri tēporis medicorū pleriq̄ omnia p̄ter medicos esse uolunt. Ac uent in utraq̄ philosophia acunt & in christiana Theologia ingenia sua / & philosophias atque Theologis pares esse contendunt / medicine uix uniuersalia principia Astronomie nulla tenent. Talem non uocabis aegrotum tuum. Tali ne comittas uitam tuam / prophetę autē diuino afflatur numine. Magi naturales pollēt p̄fecta philosophia. Alii forsan angelorum medio multa docentur. MEN. Lacerant te pater benigne nōnulli propter opusculum quoddam ad ubertinum Geri de resalitis confectum: uideris enī propheten quēdam nouum Hieronymum uidelicet Ferrariensem fratrem ordinis predicatorum a Deo afflatur astruere / & prophetias eius approbare. Quod te uirum doctum & in orbe nominatum / facere (aiunt) non decebat: quom prophetię ipsius nunc exposē sint: nil enim eorum quę predixit adimpletur. BENI. Me illa in re lacerare iuste pōt nemo. Immo potius comedare naturę meę ī natam probitatem facile poterit: q̄ de aliis in uita morū bene iudicem & p̄ summā quousq̄ manifeste appareat contrarium. Quis. n. a uiro perito: & celibem uitam actitante / tam perniciosam mendacia excogitari credere potuisset. Ego itaque quod non auderem / neq̄ alios audere puto. Sicut. n. facile opinamur de aliis quę uolumus ipsi / & facile credimus alios facere / quę nos ipsi data oportunitate faceremus. Ita econtra quę nos respicimus & contemnimus alios quoq̄ respicere & contemnere iudicamus. Et quia nullus genus peccati illo uirulento: diuinamq̄ maiestatem sibi arrogante mendacio execrabilius semper censi. Iccirco in eo libro conclusi. Si tale quid ī illo homine fuisset q̄ primus lapidem mitterem atque

ignem succenderem. Et ipsum Iuda proditore horribiliorem putarem. MENTIVS. Ad obiectiones i ductas respondebis facillime. BENI. Facillime ad primum quidem constat ex iam dictis annuntiantem futura lumine certo aut Deum esse aut ab ipso Deo illustratum. Astronomi & arioli quo pacto coniciāt ostensum est. Ad sequens concedo angelos parificari eternitati per quam nos intelligimus eum de quo angelorum euo postmodum inuestigabimus. Vbi etiam uidebitur an complectatur omnia tempora & an cognitiones angelorum euo mensurentur tempore quodam discreto. Per species autem quę sunt naturalium in se / non potest cognosci respectus tamen contingens quo denominantur tales nature future. Et concedimus ita eos cognoscere futura si cut & secundum locum distantia / Cognoscunt enim naturam illorum quę futura sunt non tamen cognoscunt ea ut futura. Sicut & naturas secundum locum distantes per speciem agnoscunt nō tamen ea rōne qua distant. Capiunt itaq̄ angeli p̄fectum cognitionis ī futuro reuelationibus nesciūt. n. forsan numerū saluandorū. Nesciūt sinez hominū qualis futurus sit nesciūt forsan diē uniuersalis iudicii q̄ scribit neq̄ āgeli de die illo & hora sciunt. MEN. Addit ibi nō filius. s. a se sic neque angeli ex sui natura / aut Astroꝝ uirtute sed solum diuina reuelatione. Dixisti tamen angelos nescire finem hominū hoc ē an ī gratia uel absq̄ illa sint decessuri. Quā ita uidet esse nisi Deus omnium p̄spector reuelet. Inquiro iam an possint scire abscondita cordis nostri cogitationes uidelicet atq̄ uoluntates humanas.

An ualeat unus angelus alterius uel hominis uel angeli natura cogitationes & appetitiones cognoscere. Ca. xviii. BENIGNVS.



Ic quoque decertāt Thomas & Scotus. Prior uerba scripturę prout sonant accipit Ieremias autē propheta ita loquitur. Prauus est cor hominis. Et inscrutabile: & quis cognoscat illud? Ego dominus scrutans corda / & renes. Et sepius in scripturis replicatur dominus esse scrutator cordium & renum. Vnde & primo regum scribitur homo uidet quę



parent / Dominus ac intuetur cor & Paulus apostolus nolite iudicare quo ad usque ueniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum & manifesta faciet consilia cordium. Ex quibus scripturae sanctae dicitur sequi uidetur Deum solum agnoscere secreta cordium hoc est hominum cogitationes atque affectiones. Dicit ergo Thomas. De cognitione & affectione cordis humani / possumus bifariam loqui uno modo prout in se. Alio modo prout est in signo siue effectu considerant. Sit ergo haec conclusio cogitatio & affectio humana prout sunt in corde hoc est uoluntate & mente hominis soli Deo est nota probatur. Quia uoluntas humana soli Deo subiacet & ipse solus potest in ea operari siue in primere quaeque uult tanquam principale obiectum eius & ultimus finis. Quae ergo in uoluntate sola sunt & quae ex illa solum dependent soli Deo sunt nota: constat autem actualem considerationem a sola uoluntate dependere quae habitibus scientiarum & speciebus utitur prout uult. Confirmat id apostolus quae sunt (dicens secunda ad cor. primo) hominis nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est. Altera conclusio est affectio & cogitatio humana non solum ab angelo / sed etiam ab homine cognosci potest in signo & effectu: & eo acutius quo effectus fuerit notior / probatur. Nam cogitatio cognoscitur per opus quod facit immo & per imitationem uultus & medici sepius per pulsus nonnullas animi affectiones agnoscunt sicut desponsio Agnes beatissime: scribitur amor a medicis aperire. multo magis multoque subtilius id facient angeli. Et inducit ad id Augustinus in libro de diuinatione demonum dicentem aliquando hominum dispositiones non solum uoce prolatas. uerum etiam cogitatione conceptas quum signa quaedam in corpore exprimitur ex animo tota facilitate perdiscuntur. BASILEVS. Probatio prioris conclusionis mihi nil concludere & quaedam falsa inmiscere uidetur. Arguit enim solus Deus potest imprimere & operari in uoluntate humana / igitur solus potest nosse uoluntatem humanam quae consequentia non ualet. MIRA. n. cognoscimus ab aliis impressa: & quae alii operantur: & non solum cognoscimus quae ipsi operamur Deinde concludit quae in mente sunt homi-

nis soli Deo esse nota & ita excludere uidetur ipsum hominem / postmodum testimonio pauli solum hominem dicit cognoscere ea quae sunt in homine. Et ita excludit Deum Deinde mirum esset cur eis species horum tantum non essent concretae. Et si per species solum intelligantur in natis non a rebus acceptas quid sibi de modo cogitationes & affectiones causandi aquocumque enim causetur in esse nil refert. GEOR. Scotus tenet angelos posse natura uideri nostras cogitationes nisi Deus prohibeat & rationes suae / mihi concludere uidentur. Si namque intellectus angelicus potest attingere omne ens creatum existens & sibi praesens: cur hoc solum attingere nequebit? Cognoscit praeterea entia sublimiora nostris cogitationibus cognoscit & uiliora non ergo cogitationes ignorabit tanquam essent in proportionate sibi per excessum aut defectum. Sicut nos maxima entia & minima difficiliter uidemus intelligere eo quod a nobis illa per excessum haec per defectum distare uidentur. Denique uidens essentiam & inspicies ipsas animi potentias quomodo non uidebit accidentia in existentia / in herentia / defluentia / a potentiis / & ipsas mirum in modum decorantia: Sed quaedam stulti putant cogitationes inuolutas in potentia ueluti nummos in oculis quomodo tantum non magis sine cogitatione incluse aut intime quam habitus & species & potentiae ipsi. Haec tamen omnia uidebuntur affectio & cogitatio non uidebitur. Tota anima uidetur intus & incute. Et non sicut corpus in sola superficie inspicitur. Quomodo ergo non uidebuntur accidentia ipsam decorantia / uenustantia & quodammodo uestientia: Si itaque uidens animam & potentias & habitus ac species in existentes uideat & operationes ipsius nulla admiratione afficiat. Si omnia superius commemorata uideat & illa postrema non uideat / non admirabor modo / sed est obstupescam nullam causam aut cecitatis in cognoscente aut uelationis & obuolutionis in re cognita reperiens. BENI. Audite uiri egregii doctorum hominum acuti defensores utraque opinionem & Thomam si recte intelligatur & Scoti ueritatem consentaneam esse. Conclusio nempe Thomae ut ex ipsa probatione constat intelligit angelos nequire cogitationes & affectionis uoluntatis uirtualiter in uo-



luntate inclusas cognoscere / Scotum uero posse formaliter in existentes agnoscere que ualde sibi distant potest cognoscere actu inherentes cognitiones: & non potest cognoscere uirtute inherentes & que possent inherere / Et hoc innuit probatio Thomæ: quia solus Deus potest operari in uoluntate: ideo ipse solus potest certitudinaliter agnoscere quecumque in ipsa uel ab ipsa fieri possunt & ipse homo solus cognoscit appetitus sibi uirtute inherentes inter creaturas / neque tamen etiam ipse id nouit infallibiliter. Si ergo aliquid homo uelit angelus qui eius intima prospicit id eum uelle uidere potest: sed an in uolendo perseverabit an mutabitur id inscrutabile est. Similiter an hoc uolet aut illud ignotum est certa scia etiam ipsi homini quæuis satis sibi constant uota futura in quantum firmiter aliquid proponit nescit tamen euidenter & hoc modo rem illa Thomæ bona est neque contradicit sibi ipsi: unde respondendo ad tertium dicit / quia appetitus brutalis non est dominus sui actus sed sequitur impressionem alterius cause: ita circo illa que sunt in tali appetitu sciri possunt: & etiam appetitus humanus in quantum procedit in actum sequendo impressionem alicuius cause potest agnosci. Vbi innuit etiam actum uoluntatis humane agnosci posse: in quantum homines sequuntur motiones rerum corporaliu uel spiritaliu. Et hoc pacto Astronomi multa predicunt de moribus hominum. Aliter tenedo quæ diximus nil aliud est quæ Thomam & eius doctrinam flopendere. Ex quibus potest conici Thomam non negare angelos a rebus aliquarum notiarum posse accipere: si enim solum per spiritus inditas agnoscerent cur potius affectionem & imaginationem bruti agnoscerent: quæ hominis cogitationem & desideria. Sciunt ergo si nos uideant que uolumus sed nesciunt que uoluntati sumus. ¶ Neque si uolendo pseruabimus. ¶ Neque forsan sciunt si ea que uolumus nolumus aut que nolumus uellemus / pleraque enim homines que nollent ut merces proicere uolunt & multa que uellent ( ut gaudium & uoluptatem ) nolunt sicut illi quos delictorum penitet / quæ penitendo que amant respuunt / & que respuunt amant. Deus

autem solus est scrutator & iudex cordium. Itcirco nulli sub Deo licet pro affectibus aut cogitationibus prauis quepiam plectere. Et omnis iudex creatus pro eiusmodi facinoribus multando / mittit falcem in messem alienam.

¶ An cognouerint angeli omnia mysteria fidei christianæ. Ca. xix. GATALDVS.

**A**N cognouerint omnia mysteria gratie que christi populo & prophetis omnibus fuerunt reuelata: iam esset inuestigandum. BENI. Placet & id inuestigare / Sed afferant que uos mouent primum & quod uos in sacris codicibus reperisse meministis. GATALDVS. Legi ego angelos mysteria fidei christianæ ignorasse Dionysius namque iducit quosdam celestes essentias ex ipso domino Iesu querentes & ab eo addiscere cupientes diuinas eius operationes / Et Iesus eos absque medio docente iuxta illud Esaiæ querentibus angelis quis est iste qui uenit de Edom: tinctis uestibus de bosra. Respondit Iesus / ego qui loquor iustitiam: nesciebant ergo ascendentes in celum: paulus quoque ad Ephesios ita scribit mihi omnium sanctorum minimo data est gratia illuminare omnes que sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in Deo qui omnia creauit ut innotescat principibus & potestatibus in celestibus per ecclesiam: multis sapientia Dei secundum predefinitionem seculorum quam fecit in christo Iesu. Ex quibus colligitur quod principatus & potestates nota habuerunt multa mysteria fidei nostre per ecclesiam. GEORGEVS. Quom omnia mysteria fidei sint in euidentia ex principiis & ex terminis complexio eorum omni intellectui creato erit neutra. Quom etiam ueritas talium complexionum a sola diuina uoluntate contingenter dependeat aperte constat nemini ea esse nota nisi cui ille reuelauerit. Que sua uoluntas latere non potest. GATA Noui & ipse ita esse sed auctoritates iducte dicere uident Deum angelis hec nostra mysteria non reuelasse:



hac ratione quidam Gabrielem uel primum uel inter primos connumerandum censent: quia hæc mysteria plene agnouerit quæ principatibus & potatibus abscondita erant. **GRADIVS.** Cōtrarium mihi uidet nam scribit facta est cum angelo multitudo militiæ celestis exercitus laudantiuꝝ Deum & dicentium gloria in altissimis Deo: & in terra pax hominibꝝ bonæ uoluntatis. Ergo principatus & potates ante prædicationem apostolorum & ascensionem christi mysteria incarnationis nouerant. Neqꝫ Gabriel presertim si talis ac tantus sit absqꝫ mirabili comitiua angelorum ad uirginem diuina fecundandam prole missus est immo innumera cum multitudine accessit ad uirginem desponsatam magno uiro styripis Dauitice. Quæ et uallauerat altissimus ingenti agmine angelorum custodientium thalamum regis omnium & plasma toris uniuersorum. Sciebant atque thesauruꝝ commissuꝝ custodiret: præsertim si prophetæ nouerant cur non angelis? Nam & ipsi medio angelorum ea didicerunt. Is quoqꝫ qui legem Moysi in monte Sinai dedit (ubi maximo cum honore corpus beatissime & gloriosissime sponse christi Chathærinæ martyris ab angelis collocatum quiescit) angelus fuit & ille similiter quæ eisdem in rubo apparuit: & dominum Deum ut nuntius uerus iduerat ideo se Deum Abraam Isaac & Iacob neminabat. Si ergo Moses ab angelis docebat princeps legis & prophetiæ multo magis alii confirmat id & ipse Dionysius. Quæ autem prophetæ omnia nouerint: per illo Amos. Non faciet dominus uerbum nisi reuelauerit secretum suuꝝ ad seruos suos prophetas. **BENI.** Misteria fidei sciri nequeunt absqꝫ diuina reuelatione quæcūqꝫ tamen prophetis reuelata sunt & angelis et omnibus reuelata fuere: quorum ruina recuperanda erat & qui subiecti non modo Deo sed et homini discerent: ex eo namqꝫ forsitan boni maxime meruerunt & mali demeruerunt. Omnibus igitur incarnationis misterium reuelatum fuit. Et modum acutius alii aliis cognouerunt. Si quoqꝫ omnes sunt administratorii spiritus missi in ministerium propter eos quæ hereditatem capiunt salutis Salus autem hominum procurari non poterat absqꝫ cognitione saluatoris. Sciebant ergo

aduocati & procuratores salutis salutem & saluatore sed forsitan omnis modos saluandi & omnia ad salutem pertinentia omnes non percipiebant immo fortassis aliquid erat quod nulli a principio fuit reuelatum. Poterant et admirari non propter ignorantiam sed propter magnitudinem rerum poterant et addiscere omnia mysteria postquam completa sunt: non quidem ac si ea futura ignorassent: sed ea in genere proprio contemplantes ueluti & astrologus uidet nouam eclipsem quam tamen preuenerat futuram. Sic innotuit principibus & potatibus gratia fidei sic apparuit angelis sicut & Astronomo inotescunt effectus siderum: & apparere incipiunt. **GRA.** Augustinus super gene. illud pauli ad ephesios aliter construit ut sit sensus ita fuit absconditum quod tamen potestates & principatus non latuit sed eis innocuit. Similiter & illud ad Timotheum apparuit angelis scilicet a principio. **BENI.** Quauis illo modo posset construi: potius tamen sensus licere priori modo accipiendus: Et qui ergo tenet eos ignorasse potest excusari: quia uel modum ignorabant uel non omnia concurrentia ullus sciebat. Vel quia nemo in genere proprio antequam complerentur ea norat: Et qui eos sciuisset asserit a ueritate non deuiat. Omnes. n. salutem in saluatoris nomine procurabant omnes cui perpetuo subesse & parere debebant agnoscebant. **GRA.** Non fuit ante tempora apostolicæ predicationis notum an circumcisio esset euacuanda per baptismum: & an cibus gentiliuꝝ esset licite utendum & an gratia spiritus sancti & inationes esset effundenda: De his enim facta est longa disputatio inter apostolos. Quare non omnia (ut recte asseris) omnibus & semper ac equaliter reuelata fuerunt sicut & sanctis ita & angelis siccirco forsitan plura Gabrieli quam inferioribus reuelata. An tamen superior cuncta reuelat sibi subiectis quæ nouit alias. Sed differendum est de noticia angelorum matutina & uespertina: Quæ sit & cur taliter nominetur.

¶ De noticia quæ uespertina & matutina dicitur. Ca. xx. **PRODA,**  
**NELLVS.**



**D**istinctio matutine noticie & uespertine ab Augustino sumpta est. Ille enim sex diebus quibus dicitur Deus cuncta creasse non accipit hos uisitas dies qui Solis circuitu peraguntur quom ipse Sol quarta die creatus ibidem legatur, sed illis sex diebus unum diem cognitionem uidelicet angelicam sex uariis rerum generibus presentatam intelligit. ¶ Et quemadmodum in die artificiali & consueto est accipere mane & uespere tamque principium & finem diei ita primordialis cognitio angelorum qua res uidentur in uerbo dei matutina. Illa uero que respiciunt easdem res in propria rerum natura dicitur uespertina. ¶ Ecce exemplum inspiciamus prima dies est cognitio lucis quam habebat angeli mane dici est cognitio lucis in uerbo uespere est cognitio lucis in genere proprio & hec duplex cognitio lucis constat ex mane & uespere & coficitur die primam sic dicitur de reliquis diebus. Et iter mane & uespere nil intercludit. Mane enim diei usque ad meridiem uespere totum residuum. Et iam diximus Augustinum per matutinam cognitionem non posse intelligere uisionem uerbi dei: quia cognitio hec matutina fuit in omnibus angelis & ante beatitudinem atque eorum casum. Fuit igitur cognitio ipsius essentie diuine per speciem cocreatam. ¶ Vel si omnino forsitan ob stomachi debilitatem tale cibum ab horreas dicitur notitiam matutinam fuisse per speciem cocreatam & a uerbo effluentes uespertina in genere proprio sed talis matutina non uidetur perfectior uespertina. Concedes enim angelos a rebus ipsis notitiam intuitiuam accipere. Aut si hoc non placet: tunc Augustinus ignorauit uocem propriam: uel tu defendito. PRODA. Mane & uespere uidentur comiseri tenebris quibus falsitas aut error importatur que peculiariter ab angelico intellectu. BENI. Tenebris non solum error sed et ignorantia negationis denotatur: imo minor lux respectu maioris tenebra dici potest. Omnis ergo cognitio creature aut matutina, aut uespertina quia nulla limpidissima est nisi in uerbo ea fiat. Solius igitur dei cognitio meridiana. Quauis quidam eam cognitionem que angelus deus per spiritum agnoscunt uocet matutinam eam uero qua ipsum in se aspiciunt meridianam. Sed melius est solius dei cognitionem (que ab omnibus tenebrarum nubilo remota: & sola pura, sola sin-

cera sit) appellare meridianam sicut & omnis sua est intuitiuam: angeli autem habent & abstractiuam & intuitiuam. Et intuitiuam perfectam atque imperfectam BONDIVS. Que intuitiuam perfecta: PROCV. Que de presenti extrema rerum, LVCHEVS. Que imperfecta. PROCV. Que de preterita ut quum recolo alicuius existentie transactae. PAL. Quidam quoque ponunt notitiam mediam inter intuitiuam & abstractiuam eam uero que est quiditatis existentis & presentis contemplantis qui tamen eam absque existentia contemplant. CAB. Aliqui et eam cognitionem quam diuina essentia res uidemus uocant non intuitiuam sed super intuitiuam. BENI. Non in utiles noticie distinctiones. Vti ergo illis poterit pluris tamen existimande sunt res & rerum cognitiones: minoris uocabula: que tamen quo purius denotant & sincerius, eo & consuetiora sunt oportet. BVCHIVS. Miror cur ab aliquo non sit posita nocturna cognitio. BENI. Illa est ponenda uideetur & posita fuit in malis angelis. Nam secundum Augustinum boni angeli cognoscentes creaturas non figuntur ibi quia id esset tenebrescere & nocte fieri. Sed eam cognitionem referunt in laudem dei, quare post uesperam non ponitur nox, quia non sinit in rebus creatis sed mane, ita quidem ut mane sit finis diei & initium ut a deo incipiat cognitio nostra & in ipsum a quo incipit redeat ut ipse sit. alfa. & o. principium & finis. Idcirco factum est uespere & mane dies unus sic & secundus ac reliqui. Omnes autem qui sistant in creaturarum contemplatione tenebrescunt & nocturna potius cognoscunt. A qua homini christiano qui in gloriam summi conditoris omnia refertur. ¶ Due questiones proponuntur an angeli plura simul intelligant & an in eorum cognitione possit puenire ullus error. Ca. xxi. BINCIO. X bis sequi uidentur angelos plura simul intelligere posse si eis simul sit matutina & uespertina cognitio. BOCIGNOLVS. Non plura simul intelligunt sed eadem pluribus cognitionibus. Lucem enim bifariam cognoscunt. BINCIO, LVS. Ergo saltem eiusdem rei duas cognitiones simul optinent & ita duas actus intelligende sibi habere uidentur. Quero ergo siue sequatur



ex dictis siue nō an. Angeli possint simul mltā ī  
 telligere. BABA. Quia etiam dictum est ange-  
 lorum cognitionem sub esse errorem. Ego quoq3  
 quero an ulla cognitio angeli possit esse falsa &  
 erronea. Si. n. ignorare possunt & nescire ut ma-  
 nifeste Dionysius tenet purgantē & enim inter se  
 se possunt ergo & errare. ¶ Similiter quicūque  
 componit & diuidit: pōt ea q̄ nō sunt ī re compo-  
 nere aut diuidere. Hoc autem est falsitas & error  
 Sed angeli cōponunt & diuidunt: ubicūq3 nāq3  
 est multitudo cognitionum & componibiliū ibi  
 potest esse compositio. Sed angeli diuersarum re-  
 rum habent diuersas cognitiones. Cur ergo illa  
 diuersa diuersis cognitionibus cognita compone-  
 re aut diuidere nequeant non uideo. ¶ Quando  
 etiam locuntur hominibus cōponunt & diuidūt  
 Sicut autem quis ītelligit ita & loquitur & econtra  
 potius. BENI. Ad priorem q̄stionem dicat quē  
 admodum ad unitatem motus ex. v. phisicorum  
 requirit unitas termini. Ita ad unitatem operatio-  
 nis unitas obiecti circa qd̄ uersat̄ operatio. ¶ Et  
 hoc sit unum dictum secundū uero quod sequi-  
 tur. Contingit idem accipi ut unum & ut plura.  
 Sicut si partes alicuius cōtinui seorsum & omnes  
 simul accipiunt. Tertium sit hoc quēcūq3 p̄ unā  
 speciem cognosci possunt cognoscunt ut unum ī  
 telligibile q̄ uero p̄ diuersas ut diuersa conclusio  
 quēcūque p̄ unam speciem cognosci possunt aut  
 ut unum illa simul una opatione ītelligi possunt  
 Sicut partes ī toto: p̄dicatum & subiectum prin-  
 cipium & conclusio. A ltera conclusio quēcūque  
 diuersis sp̄ibus & ut plura concipiunt illa simul  
 una operatione ītelligi nequeunt. Corollarium.  
 Quom beati p̄ unam speciem hoc est diuinā essen-  
 tiam cuncta agnoscant: cuncta simul cognoscere  
 possunt. Vnde Augustinus nō erunt ī patria uo-  
 lubiles nostre cognitiones ab aliis in alia euntes  
 atque redeuntes sed omnem scientiā nostrā simul  
 uno cōspectu uidebim⁹. Recte igit̄ philosophus  
 z. topi. Contingit multa scire sed unum solum in-  
 telligere quia & si multa intelligant̄ simul illa  
 ut unum simul ītelligunt̄ & unica opatione plu-  
 ra igit̄ imo & omnia possunt simul intelligi. Sed  
 plures ītellectiones non possunt esse sū. Hęc sunt

beati Thomę. ARANEVS. Contra id ita  
 moueor: actus intelligendi est imago rei quę ītel-  
 ligitur & figura eius. Ideo perfecta rō trinitatis  
 in creatę ī creaturis ponit̄ dum Dei meminerint  
 Deū ītelligāt atque ament: & ēt rerum imagines  
 in mēte negauit nemo: qa cognitio fit p̄ assimila-  
 tionem sicut & nutritio p̄ dissimile quidē ī prin-  
 cipio motus. p̄ simile uero ī fine: sp̄es at̄ negaue-  
 runt multi. ex quo colligimus operationes uita-  
 les esse apud omnes rerum imagines. Iccirco dicū-  
 tur a philosopho ī principio per her. notę rerum  
 Si ergo cognitio est imago rei cognite quopacto  
 diuersarū rerū poterit esse eadē imago: hoc at̄ il-  
 le dicit q̄ plura & uaria unica opatiōe cognosci  
 posse cōcedit. SARA. Ipse tibi ad id rōdebit. Si  
 cut unū corpus p̄ unā figurā pōt sū multis cor-  
 poribus assimilari: sic & intellectus p̄ unā sp̄em si-  
 ue aliā figurā mltis rebus. ARA. Cōtra id aliud  
 est eadē figura assimilari mltis aliud at̄ eē figurā  
 uel imaginē dissimilium. Quomō ergo aqlam &  
 serpentē eadē itellectione ītelligā: quom talis sit  
 distinctio īter actus q̄lis īter obiecta: Neque igit̄  
 tur unica sp̄e dissimilia representari. n3 una opa-  
 tione ītelligi poterūt. nisi forsan representatū il-  
 la dissimilia ī se cōtineat eminētē: quom ergo plu-  
 ra & uaria unim⁹ cōiungēdo quīs cōiūgi neq̄ant  
 ī re. aut diuidim⁹ sepando ut lignū a lapide & li-  
 lium a saphiro: ea simul uariis tñ opationibus &  
 cognitionibus agnoscamus & plura igit̄ sū p̄ plu-  
 ribus operatiōibus agnoscerē & nos & angeli faci-  
 lius possum⁹. BENI. Si rei imago sit cognitio si-  
 cut cęsar̄ talis figura q̄ reluceat ī aīa sicut ī quo-  
 dam speculo hoc at̄ erit si cognitiōes distinguāt̄  
 p̄ obiecta & si cognoscēs assimileē rei cognite: nō  
 poterit una cognitio esse pluriū & dissimiliū tāq̄  
 primorū obiectorū posset tñ un⁹ ut primi obiec-  
 ti reliquorū ut secundorū. SARA. Quid est pri-  
 mū obiectū. BENI. A quo emanat cognitio &  
 cui cōfigurāt̄ siue cui⁹ ē imago: ut qd̄ mouet po-  
 tentiā p̄ se primo. SARA. Quid secundū. BE-  
 NI. Quod terminat solū cognitionē mouēte alio  
 nō ipso p̄ se primo. Quodq3 nō op3 esse simile co-  
 gnitioni. Cogniti itaq3 siue uisio btōrum diuine  
 nature assimilat̄ & ab illa defluit: & ideo ipsa est  
 primum obiectum quēcūque uero in ipsa relucet



cent ipsa mouente & presentante & nō ipsis agni-  
tis dñr obiecta secunda & ualebunt eadem cog-  
nitione cognosci simul. Hoc uidet̄ inuere Thomas  
qn̄ dixit q̄ per unam speciem cognoscuntur & ut  
unum sunt. s. put continent̄ in uirtute unius pri-  
mi. Neq̄ puto ipsum plures intellectiones simul  
posse esse negare nam alia cognitio uidet̄ esse pa-  
ternitatis alia filiationis quom differant specie si-  
cut & obiecta. ¶ Alia principia alia conclusiōis  
quia hęc sc̄ia, illa intellectus nuncupat̄. ¶ Vi-  
dens quoq̄ Deum pōt uidere rem in se ipsa & in  
genere pprio / quo nō pōt esse eiusdē rōnis uisio.  
¶ Manente quoq̄ cognitione matutina pōt ī eē  
cognitio uespertina. ¶ Fiuntq̄ uidentibus Deū  
nouę reuelationes: q̄uis si eodē mouente tunc pos-  
set esse noua determinatio ipsius actus / nō autem  
nouus actus. ¶ Deniq̄ intelligimus rosā p̄spe-  
ciem / Et hoc nos intelligere experimur. Quz ro-  
sam in absentia considero / notitia abstractiua ē:  
quim ipsum considerare rosam / intueor / notitia  
experimentalis. Duę igit̄ notitię simul. Neq̄ ea-  
dem cognitione considero rosam / & intueor con-  
siderare rosę / nisi actum abstractiue notitię & ī-  
tuitiue eundem existimare uelis. Differt igit̄ ac-  
tus reflexus ab actu recto: possunt itaq̄ angeli &  
plura cognoscere. Et cognitionis philosophus si-  
mul habere. Et lōge p̄res q̄ nūc hoīes. CHRO.  
Cōtra id ē sn̄ia algazelis. iiii. sue metaphisice sit  
dicentis sicut unū corpus nō pōt simul figurari  
diuersis figuris ita q̄ intellectus diuersorū obiecto-  
rū similitudinibus. PROCVL. Negatur sibi  
illa similitudo. Spēs. n. atq̄ actus intelligendi nō  
sic se habent ad inuicē sicut circulus & triāgulus  
ut perficiant secundum extremitates. Aut ut mu-  
tuo repugnent: quia ex. vii. diuinorum rōnes op-  
positorum nō sunt oppositę ī mente. CHRO.  
Contra iterum igit̄ nō repugnabit aliquid esse si-  
militudinē plurium obiectorum qd̄ paulo añ ne-  
gasti. BENI. Aliud est plures obiectorum ima-  
gines simul esse in mente aliud uero unā imaginē  
eē plurium obiectorum. Si tamen illa ratio Al-  
gazelis ualeret / sequerēt̄ q̄ n̄ plures spēs diuer-  
sarum rerum simul possent esse in eadē aīa seu in  
eodē intellectu.

¶ Angelos in secunda operatione errare posse &  
in tertia nō recte concludere nunq̄ tamē bonos  
potentia propinqua id facere posse. Ca. xxii.  
BABALIVS.

**B** Vic te iam fecisse satis uideo. Et quidē  
elegāter: mibi iā ut respondeas ex eodē  
fonte p̄cupio. BENI. Si uelimus nosse  
an falsitas sit unq̄ in cognitione angelorum & er-  
ror iuestigemus quid sit error & falsitas & ī qua  
nostri animi operatione siue actione consistat: fa-  
cileq̄ quod inquirēt̄ constabit. BABA. Quid ē  
error: BENI. Error est uera pro falsis: Falsaq̄  
pro ueris aprobare: qd̄ Aurelius inqt̄ nō esse na-  
ture institutę s̄z poti⁹ destitutę. BABA. Quid  
falsum. BENI. Falsum est idē qd̄ rebus difor-  
me sicut uerum qd̄ conforme. BABA. In qua il-  
lud animi operatione: BENI. Intertia q̄ discus-  
sus / non pprie est falsum quid: aut erroneum:  
nāq̄ bene & acute quēpiam discurrere aut cōclu-  
dere dicimus uere at̄ non dicimus: alium male &  
grosse / non at̄ falso: Et adhuc potius diceremus  
male inferentē errare q̄ falso p̄cedere: In prima  
quoq̄ animi operatione errat nemo n̄z falsum di-  
cit nisi uirtute. Iccirco uetus dictum cōmendaē  
quo dicit̄ intellectus hoc est simplex intelligētia  
semper est uerorum. BABA. Quid est falsuz uir-  
tute: BENI. Quim repugnantia siue sibi non co-  
herentia concipimus ut si quis bouem rōnalē aut  
aīal terrestre uolabile concipiat falsuz uirtute nō  
formaliter cōcipit. Tale inq̄ falsum pōt esse ī pri-  
ma operatione. BABA. Omnia extrema oratio-  
nis simplici itelligētia cōcipiunt̄. Sed dicendo oīs  
rosa est flos / est oīo uera / extremū est oīs rosa est  
flos / qd̄ ē uerū formaliter. Similiter si dixerō oīs  
rosa est lilium est oīo extremū est formaliter falsuz  
ergo ī prima operatione erit formaliter falsuz. BE-  
NI. Prima operatio sicut pōt sup se ip̄az reflecti  
& se habere pro obiecto ita ē & alias: Concedi-  
mus ergo ī ea tāq̄ obiecta esse falsum & ueruz for-  
maliter ac ē uirtualiter qd̄ nota tāq̄ n̄uz dogma  
In ea in se nulla falsitas aut ueritas neque uir-  
tualis neque formalis sed solum apprehensio uel  
non apprehensio / aut attingentia obiecti uel non  
attingentia / Quę apprehensio & attingentia



solet dici ueritas: quia in apprehensione quidita-  
tis non decipit intellectus sicut non sensus appren-  
sione proprii sensibilis. Restat igitur error & falsita-  
tes ut et philosophus testatur in peripateticis ac sex-  
to diuinorum proprie in compositione & diuisione con-  
sistere. Si ergo angeli componere & diuidere possunt  
putabitur: multa in re composita disiungere & mul-  
ta disiuncta componere ualebunt. Si uero componere  
& diuidere nequeant in eorum cognitione nunquam fl-  
tas: non ueritas sibi: circa idem opposita erit. BA-  
BA. An igitur angeli componant & discurrant antea  
uidendum. BENI. Angeli dicuntur a Dionysio me-  
tes celestes quia sicut celi prima corpora ita ange-  
li primae substantiae spirituales. Et ueluti corpora ce-  
lestia a principio iditas habent eorum perfectiones  
alia uero corpora per motum & mutationem eas ad-  
piscuntur. Sic homines per motum & discursum in co-  
gnitionem ueritatis deueniunt. Ex uno. n. uel po-  
tius pluribus notis (quia ex uno termino ac et ex una  
propositione nihil sequitur) progreditur in aliud de ducendo  
& eliciendo. Angelus autem sine tali motu cuncta prospici-  
cit. Confirmatur: nam quod procedit discurrendo ni-  
si quia in principis & primis a principio conclusio-  
nes non respicit: quas si in principis illico perspexit  
nullum in sua cognitione progressum siue discursum  
habuisset: hac de re angeli dicuntur intellectuales  
quasi simplici cognitione omnia intelligentes: homines  
uero rationales eo quod ratiocinando & discurrendo ue-  
ritatem attingunt. Eodem quoque modo in circulo homines  
componunt & diuidunt quia cognoscendo res ali-  
quam non agnoscunt subito quantumque ei conueniunt  
angeli uero in circulo non componunt quia notis quidi-  
tatis rerum cognoscunt ex tempore quantumque eis in-  
sunt. Est. n. angelus speculum purum & clarissimum  
ut ait Dionysius angeli est eodem prohibente: non con-  
gregant diuinam cognitionem sermonibus diffusis. Et  
uirtus intellectualis angelorum resplendet perspicua  
simplicitate: ex quibus inuit eos neque discurre-  
re: neque componere aut diuidere. BABA. Sic acci-  
pio sicque intelligo rem propositam angelus intelligendo  
hanc rem totum intelligit simul & partem & hanc  
complexionem omne totum est maius sua parte: Et  
similiter quod quaternarius est maior binario. Non  
ergo componit neque discurret: sed ob uelocitatem

L  
intellectus agnita ratione totius in ipsa omnia haec  
intuetur. PRODANELLVS. Certum mihi  
est angelos prius substantiam & quantitatem com-  
cipere: quam hanc negatiuam substantiam non est quan-  
titas & prius hanc negatiuam quam illam Rosa non  
est linea: ergo uidetur in illis omnis animi actio pri-  
ma uidelicet secunda: actertia: & quis simul tunc  
non tamen simul sunt natura. CALIX. Opus est  
ad hoc ut secunda a prima & tertia a secunda dif-  
ferant prioritate temporis. BENESSIVS. Ideo  
esse opus tali prioritate potest patere ex eo: quia  
etiam uelocis ingenii prudens atque artifex & qui  
cumque habitu pollent integro: non discunt neque  
consultant nisi in tempore in perceptibili: imo absque  
ullo tempore in instanti discernunt & iudicant. Sic  
uidetur mihi de angelis dicendum. BENI. Acci-  
pite hac in re facile conclusionem. Si teneatur com-  
positionem & diuisionem atque discursum oportet  
re intelligi cum tempore & una actione prius tem-  
pore alia a se: melius est dicere angelos neque dis-  
currere neque componere ut Thomas tenet. Si ue-  
ro haec omnia simul tempore fieri ualent: Ita ne  
discurrere sit hoc ex hoc non tamen post hoc in ser-  
re & componere sit duo subito in intelligenti iun-  
gere aut separare tunc angelos componere & dis-  
currere non in conueniet. GRA. Quid potius illis  
nominibus denotatur? BENI. Famosius discursus  
priori modo accipitur: acutius altero: utroque re-  
te: sed posteriori modo ut mihi uidetur rectius.  
Discunt itaque componunt simul & simplici intel-  
ligentia agnoscunt: neque tamen discunt aut compo-  
nunt: per ea ipsa uocabula conueniunt tempus. BE-  
NES. Multi tenent Deum posse agere in tempore ea que  
agit in instanti. Est. n. agens liberum in circulo potest ac-  
tionem suam ita temperare ut tempori correspondeat  
nonne sibi & angeli habentes simplicium intelligentiam  
possent illa que apprehendunt in tempore: componere: &  
habentes compositionem principiorum possent conclu-  
siones ita deducere ut talis deductio alicui tempori  
corresponderet? BENI. Quod admodum uelocissimi  
ingenii atque lingue acutissime homo potest tardiuscule  
& loqui & formare argumentationem sola libertate  
uoluntatis non necessitate nature. Sic & angelus  
ut possit contradictionem non uideo. Confirmatur namque  
cognoscit extrema orationis ut unibilia & ea sibi



unire si uoluerit non repugnat: quia nulla causa repugnantie potest assignari nisi quia cognito uno extremo cognoscit quicquid de illo dicibilia. Sed hoc non obstat. Quia non dicimus eum componere in tempore ad hoc ut addiscat: sed quia placet uel quia uult docere hominem cuius cognitio potest dependet a sensu est cum continuo & tempore. Idcirco quando format enuntiationes sensibiles in tempore ut quando dixit uirgini. Ave gratia plena dominus tecum Videtur eas sic successiue & mente componere: quous simul et de Deo dicere ut prohibito uoluntatis possit componere & discurrere. Quod tamen nemo dicit: BENI. Forfan posset & de illo dici si non sit in perfectio ulla. Si autem sit imperfectio ut uidetur: tunc illa remouenda necessario a Deo optimo. Ab Angelo non remouenda impossibile certo est Deum non intelligere simul & unico actu omnia angelum at non est impossibile; non itaque sequitur quod inferebat cuius & si natura nobilior: & potentia forfan acutior: non tamen ut alias ostendimus alterius rationis: nisi & uisus aquile differre a uisu hominis specie uelimus tenere. Verum de diuino intellectu alias. GRA DIUS. Noster intellectus: quomodo sit totius entis sicut & angelicus: & beatitudinis eiusdem capax cuius & ipse: & gratia non natura capax: & actu nouo atque accidentali obiectum beatificum attingat. Et sit conciuus & proximus atque frater quidam & germanus angelorum non uidetur differre ab intellectu angelico nisi sicut & angeli inferioris ab intellectu superioris. Et sicuti operationes non potius pauciores in superioribus angelis sic neque pauciores quam in hominibus. Solum. non. uelocius & limpidius intuentur superiores. Si tamen inferiores componant & discurrant & superiores: uelocius tamen forsan uel acutius & limpidius: prohibito quoque possent componere & discurrere tardius ut recte ostendisti. BENI. Quidam negant compositionem & discursum esse in sensu: atque brutis contra quos aliquando ita ratiocinatus sum. Bruta certum est multas complexiones cognoscere ut hunc esse inimicum: illud amicum. Hoc esse foenum: illud ordeum: Aut ergo componendo ea cognoscunt. Et habere propositum aut simpliciter intuitu illa omnia prospiciunt: & ita erunt bruta perfectiora hominibus: nam talis pro-

spectus ob nobilitatem uirtutis cognoscentis ab omnibus attribuit Deo a multis et angelis. CER VINVS. aH ab ab conclusisti ratione aperta. Sed rideo quia precipio illos qui negant: uita componere & discurrere incidere in scyllam dum cupiunt uitare caribdim. Ne namque ea hominibus adequante Deo adequante: neque uident. O in becilitate humani ingenii dum peregrinat a domino. BENI Redeamus nos uiri preclari ad nostra & an error possit cognitioni angelice sub esse primum inspiciamus. Deinde an falsitas. Tertio an discursus prauitas. ¶ Quicquid certo nescire potest si sibi reliquat: potest & errare. Si. non. ignoret illius complexionis ueritatem cuius terminos apprehendit: poterit existimare uerum esse quod falsum est & quod uerum esse falsum. Sed angeli multa nesciunt quorum terminos apprehendunt. Secus periret reuelationes. Igitur angeli sue nature derelicti possent errare. Aduertendum tamen hunc errorem non posse esse nisi in contingentibus. Nam ueritates necessarias apprehendunt absque errore propter inditas. Si tamen eis species non essent create: sed eas propriis uiribus acquirerent tunc dubitari posset: an errare ualerent in cognitione necessariorum sicut & nos. Nunc ita est quod in talibus angeli non errant. Sed neque in ueritatibus contingentibus uidentur re ipsa errare presertim boni. Non. non. errat ille qui putat solem ad tot horas oriturum neque tunc oriatum uel solis aut lune eclipsim ad tot momenta futuram neque tunc fiat si illud sub conditione nisi Deus aliter disposuerit: putauerit: & si quod putat non euenerit: non dicitur errasse quia cum conditione putauit. Similiter neque falsitas est in eorum cognitione que non uidetur differre ab erroribus: nam aut idem sunt aut falsitas est ea ex qua necessario sequitur error quia non putant determinate aliter quam sit in re: cognoscunt tamen complexiones falsas & opinioniones erroneas cognitione uera: PROCV. Si prout ut lubet componere possent: in re sibi non coherencia: componere & ita compositio illa esset falsa. BENI. Stare eo ut componere prohibito ualeant: prout falsas enuntiationes formare: sed illas iudicant ut falsas: & ita non decipiunt. VOLTIVS. Spiritus quos demones appellamus nesciuisse christum iesum esse ab initio filium Dei legimus: & maria matrem eius scribitur: idcirco desponsata fuisse: quo sacramentum illud dyabolo celaret poterat igitur iudicare determinate



L.

christum esse purum hominem & Mariam esse matrem puri hominis & non esse uirginem. Et ita decipi. **BENI.** Concedo angelos ex quo nesciunt omnia decipi posse: labi atque errare. Concedo item malos re ipsa interdum decipi. Concedo tandem bonos neque decipi unquam neque errare. Non enim ex proteruita assentiant complexionibus. Sed iudicant omnia ut decet & de ignotis non ferunt sententiam neque dubia pro certis accipiunt. Dubitare autem & nescire non est errare aut falsa affirmare. **SORGIVS.** Sunt quidam domestici spiritus quos lares & genios appellant sunt quoque in regno Dardaniæ quod nunc Bosna uocatur. Sunt & in Miscia inferiore quam seruiam siue Rasciam moderni uocant (que sunt regna Illiricæ a Siluana hac urbe) plurimi ut ferunt incubi quidam etiam subcubi spiritus. Quorum etiam in Italia mea, est numerus grandis presertim apud Nouisiam & pedem montis: qui sepius dicuntur fuisse ab hominibus decepti nam docuerunt quedam que contra eos erant. Quedam namque puella sepius a spiritu subagitata ex eo petit quo pacto posset alium spiritum a se repellere fingens de alio quom alium non haberet quam etiam ait ipsum docuisse uirtutem contra hæc esse psalmum Qui habitat in adiutorio altissimi. Quo facto au fugit miser ille. Seque proprio telo cruentatum perspexit. **CERVIVS.** Non sunt nobis aniles fabule recitandæ & nymphe ubi siue lamiarum monstrum inuestiganda. **SORGIVS.** Crebro hæc homines comemorant: fama etiam platoniorum ea in re celebris de quibus & priori congressu plura fuere dicta: tu nil credere uideris nisi quot ipse uideris. Sicutmodi genus spirituum siue animalium reperiatur. Alterum eduobus asserere oportet: aut angelos non esse longe acutiores hominibus imo interdum tardiores. Aut esse aliud genus entium ab angelis quod intelligat, neque tamen sit homo. Ita quidem ut paulo superius sit homine inferius uero angelo que sunt excludenda & tertium christiano homini potius tenendum ut eiusmodi incubi & subcubi angeli mali sint: in alienis corporibus: & alieno semine furto ablati concipientes aut procreantes. Qui astutia &

dolo in nato fingant se ab hominibus decipi: ut facilius decipiant: & ebetiores essent acutus uirus: sue nequitie difundant.

**¶** Angelos non contradicit actu nil intelligere: semper tamen aliquid percipiunt. **Ca. xxiii.**

#### TVDISSIVS.

**¶** E cognitione Angelorum nescio quid ulterius sit perscrutandum nisi hoc dumtaxat an angeli semper actu intelligant: an quæ sint in potentia. **VOLTIVS.** Hoc est dictum est nam angeli dicuntur intelligentie quia semper actu intelligunt intelligentia enim denotat intellectum actu intelligentem. **TVDISSI.** Non est declaratum quo pacto semper actu intelligant. **BENIGNVS.** De his ita est dicendum: primo angeli dicimus non repugnare nil scire nilque intelligere. Sed esse sicut tabulam in qua nil sit depictum: hoc patet. Nam Deus species rerum eis contingenter concreauit. Secundo angelum re ipsa semper fuisse in actu primo intelligendi. Habuit enim species concreatas. Tertio angelum non posse naturaliter aliquid non cogitare. Neque enim unquam dormit & experimur nos quoque mente hanc & inde uagari etiam in somnis aliqua cognitio uiget. Et quis uoluntas possit aqua uis particulari cogitatione auertere: non tamen ab omni. Quarto stante specierum impressione non contradicit angelum nil actu cogitare nam si contradiceret tunc neque Deus ipse posset omnem actum eius suspicere. Quinto angelum non oportet omnia aut eadem semper cogitare aut contemplari. Sed prout mouetur intellectus uel a speciebus uel a uoluntate. Sexto intellectus angeli boni semper est in actu Deum uidendi ex quo cepit beatus esse: unde Augustinus sup gene. Angeli ex quo creati sunt hoc est paulo post creationem ipsa uerbi eternitate sancta & pia contemplatione perfruuntur. **VOLTIVS.** Contra desiderium est boni nondum habiti sed expectati. Angeli autem uisionem uerbi desiderant dicente petro in quem desiderant angeli prospicere. **¶** Similiter dicitur in li. de causis intelligentia intelligit secundum modum sue substantie: sed substantia angeli habet actum permixtum potentie ergo & cognitio sua erit mixta



potentię pconsequens nõ erit semper in actu itel  
ligendi aut uidendi. ¶ Deinde quicqd mouetur  
est prius in positio q̄ i actu qa motus est actus  
existentis i potentia tertio phisi. Sed intellectus  
angelici in itelligēdo mouent̄ sn̄a Dionysii. Er  
go qñqz sunt i potentia. TVDIS. Ego ad hic re  
spondebo ad primū quidē cupiunt āgeli uisionē  
qa sine fastidio amāt cupiunt uisionē quo ad no  
uas reuelationes. Cupiunt uisionē i choatuz ppe  
tuo cōseruari. Ad secunduz dicerē ip̄m posse esse  
i potentia essentiali & qñqz eē i potētia respectu  
alicuius actus secundi. Ad tertiū dico mētes āge  
licas posse moueri & ad primū actū & ad secūdū  
Sed re ipsa ad primū pene nūq̄ mouent̄ qa hñt  
spēs iditas. Ad secūdū iterdū mouent̄ qa qñqz  
nō hñt talē actū secūdū. BENI. Cognoscūt bo  
ni angeli summū bonū & uident. Vidēdo amant  
amādo possidēt & fruunt̄ cuius fritionis & nos  
participes simul cuz ipsis efficiat Iesus filius Dei  
qui in Trinitate pfecta uiuit & regnat Amen.

FINIS.



Dibus superius memorati anni & men  
sis ciues Siluanę urbis plurimi p̄sertim  
illi qui īgenio excellentiores ad eandē  
sacram Basilicā nõ modo causa deuotionis eiusdē  
uirginis uerum ēt cupientes angelorū earū condi  
tionum cuncta mysteria cognoscere cōuenerunt  
In quo quidē iam tertio congressu ea quę secun  
tur fuere publice ostensa & declarata.

¶ Capita tertiū libri.

- Voluntatem esse ponendā i angelis. Ca. primuz.
- Voluntatē distingui a natura & intellectu. Ca. ii.
- Voluntatē continere uiz irascibile & concupisci  
bilem. Ca. iii.
- Volūtatis libertas i q̄b̄ cōsistat q̄due sit. Ca. iiii.
- Volūtatis angelice libertas differt a libertate uo  
luntatis humanę secundū Thomę & Henri  
cum quę opinio improbat̄. Ca. v.
- Libertatē angelorū esse rationis eiusdē & illius q̄  
hominū & soluuntur rationes cōrarię. Ca. vi.
- Proponit̄ altercatio grādis an manētē scia actu d̄  
pticulari agēdo uolūtas possit n̄ agere. Ca. vii
- Declaratur & disputatur idē. Et propria opi  
nio ponitur. Ca. viii.

De triplici amore & qd sit amor naturalis. Ca. ix  
Qz amore naturali semp āgeli sese amēt. Ca. x.  
An amore naturali angeli diligant̄ Deum plusq̄  
seip̄os. Ca. xi.

INCIPIT LIBER TERTIVS.

¶ Proponuntur disputanda & uoluntatem i an  
gelis esse ponendam probatur. Ca. primum.

PRODANELLVS.



Atis disuse diebus superioribus de an  
gelorum cognitione disputatuz est: or  
do rerum iam exposcit ut de ipsorum  
amore & dilectione disputeēt. Amor enim cogni  
tionem sequit̄ & uoluntas itellectum: Et qa ope  
ratio presupponit potentiam: Quero ego primū  
an in angelis sit uoluntas potentia illa qua uolu  
mus & amamus. Et an sit distincta a natura & i  
tellectu & quia uoluntas proprie libera dicit̄ i  
circo etiam inuestigandum an in angelis sit liber  
tas i & qualis i & in quibus consistit. Quia etiam  
ea quę forsan in sensu sparsim ponuntur congre  
gantur i appetitu superiore. Et quia i appetitu  
sensituo differt uis concupiscibilis ab ea quę ira  
scibilis. Voluntas autem n̄ra equiualeat utriqz ic  
circo posset ulterius inuestigari an i angelorum  
uoluntate sicut in n̄ra contineat̄ uis concupiscibi  
lis atqz irascibilis. Et hęc de appetitu iuestigare  
sufficiet post hac de multiplici angelorum amo  
re. BENI. Angelum uoluntate pedituz esse ex  
multis constare poterit apertissime. Primo quidē  
quia uoluntas est appetitus cōsequens necessario  
itellectum: quē esse i angelis ostensuz est. Omnē  
autem cognitionē pprius sequit̄ appetitus. Secū  
do quia angeli i bonum tendunt. Omnia. n. bo  
num appetunt: Et nõ soluz eomodo quo lapides  
& plantę quę i natis quibusdā igniculis i bonuz  
feruntur atqz uehunt̄ neqz id i qd ferunt̄ agno  
scunt. Appetunt. n. qd ignorant: Neqz ut bruta  
sensituo appetitu quom sensuz corporeuz ab ip̄is  
excluserimus. Tendunt igitur i bonum qd men  
te agnoscunt & percipiunt. Tertio quia nos nil i  
tellectu & uoluntate nobilius cogitare possumus  
qd alicui nature attribuere ualeamus. Cur ergo  
nobilissimā uirtutē āgelis adimem⁹? Quarto qa

f



imago deificę Trinitatis in mente siue memoria  
 intelligentia atq; uoluntate consistit. Angeli autē  
 & ipsi ad imaginē Dei creati sunt. Quinto: quia  
 nisi fruere beati esse nequirent. Fruere autē abque  
 uoluntate pōt nemo. PRODA. Cōclusioni pro  
 bate sunt impedimento hęc. Voluntas est appeti-  
 tus qdam ex tertio de ania. Appetitus autē est mo-  
 uens motum ut ibidē dicit. Appetibile. n. mouet  
 appetitum. ¶ Et appetitus est respectu nō habi-  
 bilis. Et an uoluntas possit ex certa malitia flagi  
 tiuz perpetrare ratione recte dictante & uolunta  
 te male eligente uertitur ī dubium. Circaque hoc  
 fuit triplex modus dicendi. Thomas tenet q<sup>u</sup> ma  
 nente dictamine particulari & in actū / uoluntas  
 nūq<sup>u</sup> eliget oppositum. Tamen ante primum pec  
 catum non fuit error in mente primo peccantis:  
 sed quedam in consideratio & ī aduertentia. Hen  
 ricus autem opinatur uoluntatem posse contra  
 dictamen rectum & in hoc discordat a Thoma /  
 tamen subito uolendo contra instinctum ratiois  
 obtenebratur mens & ut ait excecatur & adueniē  
 te peruerse electione / recedit rectum & accedit  
 prauum iudicium Scotus uero probat uoluntate  
 posse ferri in oppositum dictaminis actualis &  
 posse uoluntatem esse prauam stante rectitudine  
 in ratione uoluntas tamen potest dici propter  
 dicta sanctorum excecere intellectum bifariam  
 priuatiue quidem auertēdo eum a consideratio  
 ne recta: praua nāque uoluntas n<sup>o</sup> sinit intellec  
 tuz diu stare in tali dictamine cuius contrarium  
 eligit illud tamen si ab intellectu quasi furtim &  
 clanculum consideretur semper rectum putatur  
 si sic de ilis que rationi ex natura sui recta uidean  
 tur. Et positiue quia precipit intellectui ut ratio  
 nes suis cupidinibus & malis uotis fauentes ad in  
 ueniat: quibus bonum esse quod ipsa p<sup>r</sup>sequit<sup>r</sup>  
 ostendatur ut absque remorsu ullo uoluptatem  
 capiat ac omnē procul abigat dolorē & ueluti ex  
 dictāinib<sup>9</sup> rectis prudētia / ita ex prauis stulticie  
 hitus generat<sup>r</sup> quo p<sup>r</sup>op<sup>r</sup>e dirigit<sup>r</sup> uolūtas ad elec



tionem malam / Et sepius proponit uera : & sub  
 assumit falsa / ut quicūq; seruit & prodest proxi  
 mo legem adimplet. Sed quicūq; mutuū dat ad  
 usuram uel foenus facit seruit & prodest pximo  
 igitur legem adimplet. Intellectus ergo nō errat  
 circa moralia ex se nota / sed uoluntatis iussu reci  
 pit falsa pro ueris / Noluit enī intelligere ut be  
 ne ageret / Potest autem uoluntas prefigere sibi  
 finem in bono neque existenti / neque apparenti  
 & ita potest aliquid uelle quod ratio nolendum  
 ostendit. Et uidetur hic doctor in dubio sepius  
 relinquere an uoluntas aliquid possit uelle sub ra  
 tione mali. Pro certo tñ tenet eam posse nō uelle  
 etiam illud obiectum in quo nulla ratio mali. Et  
 nō respuere in quo nulla rō boni / Potest enī &  
 si non odio habere / tamen non amare ē summū  
 bonum & non respuere miseriam / Pōt ergo secū  
 dum uiam quā tenet uoluntas oppositū cuiusq;  
 dictaminis: oppositum inq; hoc est contradicto  
 riuū dictaminis semper pōt de contrario uero du  
 bium est. Si. n. dicit intellectus summum bonū  
 amandum uoluntas poterit non sequi dictamen  
 potest enim amorem non elicere: neq; tamen for  
 san poterit nolle aut respuere. Et in hoc contradi  
 cit Thomē ut uidet / Neq; tamen execat intellec  
 tum quin semper si consideret etiā uoluntate nō  
 amante dicit & agnoscat summum bonum esse  
 amandum ut Henrico uidebat. LVCHEVS.  
 Quid hac i re tibi uidet scire gliscimus. BENI.  
 Vbi tres precipui altercantur Theologi difficile  
 est iudicare / difficile certo nobis sententiā dare:  
 CHRO. Videris seraphicum tuum doctorē / &  
 illum qui eius preceptor fuit / Et pene ante om  
 nes iuniores Theologos nobis notos scripsit / A  
 lexandrum irrefragabilē / floccipendere & poster  
 gare tres nāq; precipuos aseris doctores Theolo  
 gos. BENI. Alexander uir peritissimus uia scri  
 bendi posteris ubertate doctrinē suę reliquit. Bo  
 nauentura ubiq; corda in flammā & in supernū  
 ardorem cuncta reducit. Richardus aliiq; ex no  
 stris doctores prestantissimi ut sydera relucēt qa  
 tamen parum inter se & cu; Thoma (qui eiusdē  
 temporibus quibus & Bonauentura claruit) di  
 scordāt eorū una puto doctrinā. Et nomine Tho

mē quia doctrina sua familiarior hodiernis tem  
 poribus ( Grauis enim ac solidus incedit ) omnis  
 illos & eis consimiles in uo / Henricus successit &  
 solemniter noua dogmata promulgauit sub cui  
 alis Godfredum & alios cōplures repono / Ioan  
 nes dunsiensis ( quem subtilem appellant ) acuta  
 plurima ingenio acutissimo disputauit. Quē Frā  
 ciscus. Landulphus p̄simaq; caterua Theologo  
 rum sequit & sicut posterior tempore ita & inge  
 nio acutior uidetur. Cuius doctrina si uenuste &  
 debita cum cautela illi quē Thomē est iungatur  
 p̄fectum Theologum imo & philosophum nō  
 mediocre reddet. Quid autem ipse ī proposita  
 questione sentiam aiaduertite. Notū primo uni  
 uersis est uoluntate nō ferri nisi in p̄cognitum  
 ¶ Atq; iuxta secundi & nonagesimi post cente  
 simum articuli sniam clarum est / Neq; obiectū  
 neq; appetibile ipm esse totam rōnem motus uo  
 lun tatis siue ipsius operationis / sed ipsam uel to  
 taliter uel principaliter esse causam operationis  
 suę. Tertio quoq; p̄suppono ipsam contingen  
 ter & libere sua operatione rei alicui ad herere uel  
 non adherere hoc eligere uel non eligere. Hęc. n.  
 est ratio libertatis. Quintoq; etiam p̄mittit intel  
 lectum interdū unum solum & sub una ratione  
 considerare atq; dictare. Interdum plura & plu  
 ribus uel una ratione / Aut unum sub diuersis uel  
 oppositis rationibus intelligere & dictare potest  
 nāq; simul instigare ad liberalitatem exercenda  
 & auaritiam fugiendam / Aut liberalitatem gra  
 tia comparandōz amioz in Deo exercendā / gra  
 tia uero glorię inanis euitandę fugiendam uel p̄  
 termittendam / potest deniq; rōnes p̄imas affer  
 re ob quas stuprum sit summopere fugiendum  
 & simul ostendere quanta sit uoluptas q̄q; itensa  
 in stupri cōmissione & q; talibus in hac uita per  
 frui sit iocundissimum ueluti suauis ille poeta de  
 Medea scribit. Potest tandem intellectus aliquid  
 ostendere ut bonum uel malum neq; tamen dic  
 tare ac etiam potest ostendere aliquid quod ama  
 ri posset nil ostendens aut considerās de directio  
 ne talis amoris in amore summi boni uel non  
 directione aut nil considerans de aliqua circū  
 stantia necessario requisita ad amorem sicut qui  
 da; dicit angelū cōuersū fuisse ad p̄priū bonū



absque ordine ad regulam diuine uoluntatis. Non enim considerauit regulam quam tali amori proprio prefixit diuina uoluntas. His premissis Concludo primo, Quando intellectus unum solum considerat & ostendit, uoluntas nequit aliud uelle aut nolle pro illo tempore, potest tamen illud quod ostendit nec uelle nec nolle, aut solum uelle, aut solum nolle. Concludo secundo. Quia intellectus ostendit unum tantum & sub ratione boni solum aut mali; uoluntas si sub ratione boni ostenditur nequit illud nolle secundum comunem doctorum opinionem & si sub ratione mali nequit illud uelle. Pro eodem namque habeo rem nil mali in se habere & nil mali in ipsa uideri & ostendi. Sic dico & de bono. Concludo tertio quod admodum uoluntas non fertur nisi in precognitum. Sic nil uelle aut nolle potest sub ratione non considerata neque ostensa. Concludo quarto quando uoluntas ostendit unum sub rationibus uariis & contrariis propter quarum unam esset pro sequendum propter aliam euitandum potest uoluntas circa illud esse in differens, & ualet iubere intellectui ut perscrutetur que ratio sit efficacior: ualet quoque conformare se uni rationi & interdum ualet eligere partem deteriore quam sciat intellectus esse deteriore. Iuxta illud Medee Iasonem in sequentis uideo meliora proboque deteriora sequor. O preclaram sententiam, paucis enim & conclusionem nostram ueram asserit & rationem illam nemo aspiciens ad malum operatur exposuit uideo inquam meliora & deteriora non mala & peiora & ne credas deteriora ipsa putasse meliora subnectit proboque ecce ratio unum dicebat, alterum solum ostendebat uoluntas autem minus bonum ostensum solum sequitur. Maius uero quod etiam ratio sequendum suggererat & approbat refutauit ubi accipite. Bona que ratio dicat respici & que non dicat eligi posse. Sicut etiam que ratio non dicat uoluntas potest prosequi ita que dicat non prosequi. Concludo quinto uoluntatem non excecere intellectum circa per se nota quia si ea consideret agnoscat esse talia, neque circa ea que manifeste deducuntur ex illis quia tamen bona moralia

habent magnam ineuidentiam & paruum certitudinem & sepius apparent mala ut ostendit philosophus primo etibi. bona uero meritoria ex sola fide pendent iccirco in eiusmodi facile uoluntas praua excecatur intellectum ut ea que bona sunt mala putet & mala bona quo fit ut sit ei eternum uelle. Dicit enim Esa. ue uobis qui dicitis bonum malum & malum bonum: praua igitur uoluntas uel excecatur intellectum uel excecatur cupit nisi interdum per accidens nolit. SOR. Quando non uult & hoc edisser. BENI. Ecce homini christiano dicitur maius malum esse committere facinus, & non credere illud esse facinus, quam credendo committere. Iccirco uoluntas sua negratius peccet & si auert intellectum ab actuali consideratione grauitatis peccati non tamen iubet ut falsam existimet talem considerationem. Omnis itaque ignorans malus; quia omnis malus aut nescit, aut non aduertit, aut scire uel aduertere nolle, aut saltem uellet non esse uerum uel credendum: illud quod credit tamquam uerum, & quod aduertit & considerat semper ergo malam uoluntatem aut precedit aut exemplo sequitur aliquomodo ignorantia & obturbatio mentis que extensius loquendo potest dici mentis excecatio. Non tamen sequitur excecatio proprie dicta: ut uidelicet complexiones ex se uere uel ex se ueris deducte sibi false appareant. Tamen adeo potest praua uoluntas in malo perseverare quod intellectus etiam falsa pro ueris & uera pro falsis, credit, potest enim iussu uoluntatis etiam impossibile ad herere. Volunt enim interdum homines impossibile uerum credere quamuis nescit neque appareat uerum: Dabitur itaque (aduertite) prestitum uerum sicut & prestitum bonum magna tamen pars rerum agendarum pendet ex quadam consuetudine aut ex fide. Et in his praua uoluntas & malo assueta facile eneruat rationis uires. SOR. Si uoluntas potest sibi prefigere finem igitur potest amare id quod neque est bonum neque apparet. Ex quo sequitur eam posse amare aliquid sub ratione mali. BENI. Voluntas potest aliquid uelle sub ratione mali non sui sed alterius potest quoque sibi finem prefigere in aliqua re que



neque sit finis neq3 appareat. Sed nō uidet̄ posse finem constituere in re que neq3 sit bona neque appareat quia res talis non reperitur. Valet quoq3 rem deteriore eligere. Deterius autem habz rationem mali quia minus bonum igitur sub ratione mali potest aliquid eligi. Sed inspicite mirabile dictū i ipsum deterius in se & in apparen tia ipsa electione fit melius. Est itaq3 sicut prefixum bonum sic prefixum & melius atque optimum. Si ergo malum uel sub ratione mali aliqd uelimus ipsa uoluntate illud quod rationem mali ostendebatur habere bonum euadit quia uolū tati gratum & acceptum. CALIX. Conclusio nes iste p̄cepto aureq nobis uident̄ speramus doctrinam tuam sanctorum angelorum patroc inio inter precipuas a tota posteritate obseruādaz presertim si ut coepisti de natura angelica etiam de Deo deq3 homine ac rebus omnino corporeis scribere curabis. Videmus te ueritati potius affi ci q̄ hominibus nam quidaz crimen lese maiesta tis autumant contradicere. Scoto alii Thomēz & iurant in uerba magistri. BENI. Ego pro uirili meā ueritatem inuestigabo neq3 respiciam ī faciē hominis: illis tamen uiris precipuis reuerentiam debitam defero, atq3 eorum doctrinam non sper nendam simul quo ad fieri potest consero. Acce p̄stis quo pacto uoluntas praua facit intellectum prauum ut Henricus dicebat quia ex templo uel obumbrabat hoc est remittebat ipsius considera tionem / & dictamina uel omnino ea sibi aufere bat / Neq3 tamen excecabat ut Scotus ait subito quin si consideraret principia practica & conclu siones ex eis manifesta deductas illas assentiretur nisi captiuaretur a uoluntate / Quē admodum, n. christiani captiuant intellectum ī obsequiuz ebri sti ut credant firmiter illis que rationi ardua & ī possibilis uident̄ / ita & in obsequium prauę uo luntatis pote: it credere ī possibilis ut uera / & ne cessaria ut falsa. Eadem nāq3 difficultas est ad be rere mēte ei quod apparet impossibile sicut & illi quod est tale. Accep̄stis quoq3 uoluntatez posse non sequi dictamen actuale rationis / neque id re pugnat Thomē / Dicit enim expresse uoluntatez posse apprehensione etiam in mobili stante in itel

lectu ad herere uel nō ad herere / Sed si dictamē intellectus uoluntati displiceat remittit̄. Vel om nino extinguit̄. Non potest ergo ratio recta ma nere uoluntate nolente & respuente; potest quoq3 aliquis peccare non aduertendo ad circumstā tias omnis / Sed an sic angelus peccauerit postorius ui debitur. Si etiam ut multi tenent obiectum osten sum appetitui / i primeret illi uoluptate; aut do lorem ante omnem actum appetitus / tunc possz appetitus presertim intellectualis anteq̄ circa ob iectum ullum actum proferat choibere ipsum a tali dictamine & ostensione. Sed non sine aliquo actu / qui uel prauus sit uel p̄bus. Sz de his plusq̄ oportebat dixisse uidemur.

De triplici amore & quid sit amor naturalis. Caput. ix. CALIXTVS.



Vita solent disputari de angelorū amo re & naturali & electiuo & ut ita dixe rim gratuito; potest nāq3 aliquis trifa riam diligere: naturali primum dilectione Dein de electiua Tertio gratuita / An ergo angeli dili gant se / & alia a se / atq3 ipsum Deuz / illa tripli ci dilectione iquiro. PRODANELLVS. Vi denda primum est / distinctio illius triplicis di lectionis Deinde quod dicit inuestigandum. BE NI. Semper posito posteriori ponendum est & prius ueluti posita anima intellectiua ponitur & sensitiua & posita sensitiua ponenda erit & uege tatiua / posito ex agono atq3 numero senario po nitur & pentagonum acquinarius atq3 omnia antecedentia. Quom itaque triplex sit appetitus naturalis primus animalis secundus intellectu alis tertius: Vbiq̄que erit appetitus tertius ibi & priores nunc autem in angelis est intellectus & ap petitus ipsum consequens uoluntas igit̄ erit etiaz naturalis. CALI. Vbi non est sensus ibi neque appetitus animalis: Sed in angelis non est sensus quom non sint animalia igit̄ neq3 appetitus talis BENI. Est ibi omnis sensus uirtute cognoscunt enim sub propria ratione unūquodq3 sensibiliuz Sic & appetitus. CALI. Ergo & uegeratiua erit in illis uirtute / quia prior sensitiua: BENI. ut sit uirtute & eminenter omnis uita in illis prout uiuere denotat perfectionem forsan dicere nō in



congruit. In mortalibus uero intellectus sensum & sensus uegetatiuam formaliter saltem quo ad operationes includit. ¶ Vel si illa inductio sic uobis ambigua / procedamus tali modo / Quem admodum omnem intellectum uoluntas & omnem sensum animalis cupido consequitur / ita omnem naturam amor naturalis concomitatur. Et quis possit esse intellectus sine sensu / & e contra / Vbiq; tamen est intellectus / aut sensus / ibi & natura / Igitur & amor naturalis. Quom igitur in angelis sit natura erit & amor naturam consequens. CALI. Quid naturali amore accipitur? BENI. Inclinatio indita siue in nata in sui bonum & perfectionem: Neque differt potentia ab actu. Idem nempe est amor naturalis & appetitus. Semperq; talis appetitus est actu: neque dicitur potentia & a natura rei distinctam neque liber est neque eget prima cognitione: Graue nãq; nõ agnoscens mundi centrum tendit in illud & hoies etiam dormientes nilq; cogitantes scire appetunt atq; beati esse. CALIX. Dilectio sequitur cognitionem: nihil enim amatur nisi cognitum. Natura ergo dilectio naturalem sequitur cognitionem. BENI. Cognitionis naturalis precedens dilectionem naturalem non est in re illa in qua est talis amor. Sed in conditore & directore talis nature. Nihil ergo diligitur nisi cognitum uel a diligente / uel ab illo qui dilectionem indidit & per ipsam rem in finem dirigit. Aduertatur hoc pro declaratione beati Thomae quis per cognitionem naturalem quandoque ipse intelligat cognitionem principiorum / sed non hic / quia cognitio actualis principiorum presupponit amorem naturalem & non precedit. Talis dilectio semper recta dicitur neq; tamen eam semper sequi rectum aut iustum est. Quando enim conditor qui eam indidit contrarium eligere precipit tunc illi se conformare non licet. Quicq; ergo cupere dissolui & sine uxore esse sanctius est. CALIX. Opposita nequeunt eidem simul in esse ex secundo periber. in fine. Sed dilectio naturalis & intellectualis sunt opposita. Nã amor diuiditur in illa / omnis autem diuisio est per membra opposita. BENI. Omnis diuisio est per opposita hoc est distincta inter se & non se in

cludentia / Amor autem naturalis tñ & amor intellectualis sunt distincta. Potest enim esse naturalis tñ sine animali aut intellectuali. Neq; opus est de amore elicitio aut electiuo plura hic afferre. Gratuitus autem aut potius gratus Deo ille amor est qui gratia eius animam informantem elicit quod solum angeli boni amant Deum propter se & alia propter ipsum. CALI. Amor elicitus & amor electiuus non uidentur esse idem quia electio est amor solum mediocum / amor autem elicitus est etiam finis. BENI. Voluntatis actus qui est erga finem sicut & actus intellectus qd est circa principia nomine potentie uoluntas uidelicet & intellectus nũcupatur. Nos tamen amore electiuo & elicitio omnem amorem liberum & uoluntate productum uocamus & uoluntatem etiam finem contingenter uelle dicimus. De quo alias latius. CALI. An tali amore angeli ament seipsos? ¶ Angeli sese amant amore naturali semper. Ca. x. BENIGNVS.



Mor semper est boni: quia aut in apprehensione est bonum: Aut ipso amore eundem tale. Bonum autem quoddam est subsistens quoddam in herens. Est enim reperire bonum in omnigenere ex primo ethi. Cui itaq; quod bonum cupit illud amat ut bonum subsistens siue ut Anselmus ait amore amicitie. Illud uero quod cupimus alteri ut sciamus aut uictum aut aliud tale amico uel proximo aut nobis amamus ut bonum in herens siue amore concupiscentie. Quia ergo angeli natura cupiunt perfectionem propriam: natura certo possunt dici seipsos diligere quis non solum tali dilectione sese diligant. Et sicut leuia sibi amant locum sursum: sic & ipsi sibi cupiunt naturam beatitudinem. LVCAREVS. Amor est inquit Dionysius in capite longo uirtus unitiua & concretiua. Igitur est ad diuersa & disiuncta / ex quibus ipse facit unum. Non ergo ad seipsum potest esse amor. BENIGNVS. Vnde bona sibi sicut & sibi ea amat: unitas quoque ex. ix. ethi. est causa amoris. Iccirco sicut unum est prius unione ita & amor est prius unius quam unionis. Declaro melius. Si amo bonum mihi illud & unire satago. Si autem amo bonum alteri in hoc ipsum unio mihi quia



sibi bonū ut mihi cupio / Quāuis ergo amor uni  
at nil tamen obstat quin possit ad seipsum esse.  
GATALDVS. Ergo reflectitur & cōuertitur  
supra seipm. BENI. Amor elicitus siue electiu⁹  
potest supra se reflecti: naturalis semper est talis  
Res enim iugiter inclinatur in suam perfectionē  
Quę reflexio non fit a propria natura sed cōcrea  
ta est a conditore naturę. RESTIVS. An tali  
dilectione diligāt se mutuo ipsi angeli? BENI.  
Quēadmodum naturalis dilectio est insita natu  
rę ita & omnia quę naturaliter sunt unita uel cō  
iuncta naturę diligunt naturali dilectione quoz  
angeli quādam sint unum in natura specifica. Om  
nes autem in generica / amantes natura seipfos  
amant etiam natura consimiles sibi & coguales.  
Sicut & omne animal simile sibi & pares cum pa  
ribus facile cōgregantur ueteri p̄uerbio. Amāt  
enim bonum toti speciei uel generi cupiunt nāq;  
naturam suam in multis esse & multis cōicari si  
cut & ignis natura inclinatur cōicari alteri formā  
suam / Sed angelus cupit eaz cōicari ab alio quoz  
non possit ipse tribuere / Nihil tamen hac natura  
li dilectione diligit rem ullam in quantum cōue  
nit secum in aliis q̄ naturalibus sicut homo nō  
diligit hominem natura in quantum conciuis ( ni  
si Ciuitas esset conuenientia naturalis ) neq; iquā  
tum induci consimilibus uestibus aut habentes  
diuitias uel aliqd tale / Sic & angeli hac dilectio  
ne non diligunt se ea ratione qua missi uel qua si  
mul habitantes uel eundem custodientes. Breui  
bus dilectio naturalis solum est respectu bonoz  
naturę proprie uel naturaliter coniunctę. Nunq̄  
uero est respectu illius in quo differunt res neque  
in quo conueniunt / sed non natura. Diligit ergo  
angelus Angelum natura sicut seipsum nō tamē  
quantum seipsum. Amor enim ad alterę mensu  
ratur amore ad seipsuz ex nono ethi. Et hic amor  
nisi destructa natura destrui nequit Quare est cō  
in malis angelis integer sicuti & alia naturalia.  
**C**An amore naturali angeli diligāt. Deū plusq̄  
seipfos. Ca. xi. PALMOTA.  
N tali dilectione angeli Deum diligāt  
plusq̄ seipfos & omnia? BENI. Amor  
naturalis ubiq; est necessario est / &

non pōt nō esse / Icirco naturali ratione & neces  
saria potest demonstrari esse ubi est / Ad hoc autē  
ut uideamus an angeli natura plus diligant Deū  
q̄ se uidenduz est an aliquid diligit natura aliud  
a se plusq̄ se / deinde si id sit consonum rationi na  
turali. In rebus naturalibus facile inuestigamus  
amorem unū q̄q; eniz naturalium sicut agit uel  
operatur sic natū est agi uel operari ut h̄ ex sc̄do  
phi. Videmus autem & in megacōsmo & in mi  
crocosmo ad propositum exempla. Aqua enim  
ne uacuum detur ( quod est quędam infirmitas to  
tius uniuersi ) ascendit & propriam quietem pro  
priūq; bonum deserit ut bonum uniuersi salue  
tur ( quod est continuatio partiu ) Similiter ma  
nus exponitur ictui absq; deliberatione ad con  
seruationem capitis uel cordis & per consequens  
totius corporis. Si ergo unūquodq; magis incli  
atur in salutem illius cuius est sine quo esse nō pōt  
magis etiam inclinabitur omnis creatura & nō so  
lum angelus in conseruationem diuini esse cuius  
est quędam participatio q̄ sui proprii. GEOR.  
Per illa exempla nō uidetur ostendi propositum  
Non enim aqua cuius forma solum determinata  
ē ad motū deborsuz potest seipsaz mouere sursum  
Natura. n. ad unum se habet & non ad opposita  
mouetur ergo ab extrinseco & ab uniuerso. Vni  
uersum autem magis diligit proprium bonuz q̄  
unius partis. Similiter homo manu mouet & po  
tius cupit conseruationē illius partis ex cuius ite  
ritu totum iterit / q̄ illius sine qua ipse uiuere &  
esse potest. Inclinatio igitur illa nō probat esse ī  
aqua aut manu / sed in uniuerso & hoīe. BENI.  
Illa exempla suadent aliquantulū nō demonstrā  
nisi possit probari aquam uirtute propria ascen  
dere & manu similiter se interitui exponere qd  
probari difficile est. Pręmittantē exempla illa  
Rationes uos accipite quarum hęc sit prima. Si  
recta ratione potest immo & debet uir fortis pro  
salute. R. p. se interitui sempiterno exponere ut  
philosopho placet nono ethi. Cur non potius  
pro bono diuino quod longe p̄cellit bonum  
humanum quodcunque / & quo ad rationem bo  
ni in se & quo ad beneficiorum multitudinem.  
Tunc sic ad nihil ratio naturalis dicitur quod



sit contra naturalem inclinationem. Sed ad hoc  
 dicitur fin philosophum Igitur hoc non erit con-  
 tra amorem naturalem. GEOR. Quia in morta-  
 lis est anima post exitum a corpore premium pre-  
 stolatur. Iccirco recta ratione potest mors corpo-  
 ris eligi. Sed si totus homo interiret in morte / ne  
 quiret recta ratioe pro salute ciuitatis ciuis uelle  
 appetere. BENI. Sequendo rationes naturales  
 aia nō pbatur ī mortalis. Aut ergo fortis putat  
 se totum interiturū aut saltem dubitabit sequēdo  
 solam rōnem naturalem. Nunq̄ autem pro uita  
 dubia / est rationabiliter relinquenda uita certa /  
 Maxime pro uita partis dubia / uita totius certa  
 Si ergo fortis ciuilis eligat mortē pro bono ciuita-  
 tis id faciet non spe premii & immortalitatis sed q̄a  
 ratio dicitur bonum priuatum postponendū bo-  
 no publico. Aut philosophus qui ī scribendo ul-  
 tra omnes naturē imitator fuit non est locutus se-  
 cundū dicitamen rōnis naturalis. GEOR. Ego  
 aliter hunc nodum dissoluo. Fortis iccirco eligit  
 mortem pro conseruatione patrie: quia melior ē  
 unus actus uirtutis excellens & intensus q̄ quot  
 cūq̄ posueris remissos. Et act⁹ uirtutis est prepo-  
 nendus multis aliis comodis presertim actus uir-  
 tutis tam preclarus. BENI. Facillime id exclu-  
 dam & si acute sit inductum / Quid quēro ex te  
 magis amatur? Nōne illud pro cuius cōseruatio-  
 ne & salute aliud nō cōcupio atq̄ eligo? GEOR.  
 Illud profecto. BENI. Sed fortis Aristotelicus  
 esse ciuitatis sue atq̄ patrie mauult q̄ proprium  
 & q̄ actum uirtutis. Igitur magis diligit Ciuita-  
 tem & patriam q̄ se & actum intensum uirtutis.  
 Et hoc rōne recta & naturali. Quare aliq̄s rōne  
 naturali pōt aliud a se plusq̄ se diligere. MEN.  
 Dicam contra illam rōnem reuerentia precepto-  
 ris & ego unum uerbulum / Credo q̄ stante etiā  
 totali interitu hoīs potest ipm recta rōne eligere  
 hoc modo. Magnum bonum patrie preponen-  
 dum est paruo uel mediocri bono proprio. Con-  
 stat autem uitam uiri fortis breuem & incertam  
 esse. Ratio ergo naturalis non dicitur sempiternū  
 interiturū si posset uita sempiterna possideri. Sed  
 quia uidet se breui tempore super uicturū & illud  
 q̄ quis breue adhuc est incertum. Iccirco lōgam

& certam patrie uitam breui atq̄ incertū suę pre-  
 ponit. Sed si uita patrie ita esset breuis & incerta ut  
 propria non esset pre eligenda. Vex rō dicitur ut  
 pro bono patrie sempiterno amittatur uite pau-  
 cos & incertos annos. Probandum ergo esset ho-  
 minem perpetuo uicturū recta rōne posse pre eli-  
 gere iteritū suū iteritū alterius: q̄a p̄hs nō pro-  
 bat. BENI. Sat mihi erit acutissime disputator  
 si concedas breue bonum proprium postergan-  
 dum longo & perpetuo bono alterius / presertim  
 Amici & precipui benefactoris / qualis est pater  
 patria / & omnium opifex Deus. Quom itaq̄ na-  
 turaliter oīs creatura sit uite trāsitorie. Solus enī  
 Deus uere in mortalis omnis creatura deficere po-  
 test. Et sine Deo esse non potest unaqueq̄ magis  
 diligit Dei esse q̄ proprium. Nam pprio esse de-  
 structo poterit remanere illud eē ī sibi simili spe-  
 cie uel genere: atq̄ ipsū met ī uirtute prime cau-  
 se que etiam destructum ualet reparare / Deo ac  
 destructo / destruent oīa actu / potentia & apti-  
 tudine. Et ita ipso destructo oīa p̄sus & undiq̄  
 destruunt. Hoc uero uel illo imo & omnib⁹ aliis  
 deficientibus Deo remanente omnia potentia ul-  
 aptitudine manent. Quod melius ergo natura ē  
 illud & eligibilis. Sed melius est posse eē & aptū  
 natum eē q̄ nullomodo posse esse & natum esse.  
 Deo autē existente impossibile uirtute salte oīa  
 nō eē. Ipso uero perbempto nihil ullomodo alio-  
 rum remanebit. Si ergo tu nō sis & Deus sit tu sal-  
 tem poteris esse. Si uero Deus nō sit neque tu eris  
 & ultra hoc neque esse poteris. Tunc sic natura  
 semper possibile quod melius est magis optat  
 Sed melius est posse esse / q̄ necesse nec posse esse.  
 hoc autem sequit̄ interempto Deo: illud manet  
 saluato ipso. Quare sicut natura magis expectim⁹  
 maius bonum nostrum naturale / ita & Deus po-  
 tius esse q̄ nos. Si nāque appeteremus nos eē sine  
 Deo / conaremur ad id quod impossibile natura  
 li autem amorī repugnat / ut sit rei impossibilis.  
 Ergo naturali amore non appetimus esse sine  
 Deo: & potius appetimus non esse q̄ nec esse nec  
 posse esse. Quare & Deum potius esse q̄ nos esse.  
 GEOR. Propter quod aliquid amatur illud ami-  
 cum magis est: ut si diligo pedagogum propter



L.  
putrum dumtaxat magis diligo puerum. Sed nos uidemur iccirco esse Deum diligere ut nos & si non simus saltem possimus esse. Ergo magis diligimus nos posse esse q̄ Deum eē. BENI. Non cupimus Deum eē iccirco ut nos simus. Vel esse possimus. Sed cupiendo Deum eē cupimus nos uel eē uel posse eē cōcomitanter. GEOR. Egregia & uere angelica ista est et philosophis cause assiggnatio hanc (sicut & in aliis multis facis) prisco rum Theologorum (quos legerim) attulit nemo. BENI. Theologis atq; hominibus christi- nis id facile est ab aliis suadetur. Et primo sic Si nullus ex puris naturalibus posset Deum sup oia diligere, sed soluz accepto habitu charitatis. Igitur q̄ sese uideret pronum ad eiusmodi dilectionē posset nosse, se in charitate esse atq; dignuz amo- re quo cōtra dicitur. Nemo scit an amare uel odio sit dignus. Deinde ratio naturalis non ostendit aliud ab infinito bono esse summe amanduz. Da- to at̄ opposito sequeretur charitatē nos inclinare ad oppositum illius qd̄ dicitur rō recta. Et ita nō esset charitas uirtus. Supremum ergo & infinituz bonum ante oia diligēdum. Hoc de mente Scoti. De mente at̄ Thomae sic si angelus uel hō natura- liter plus seipsum diligeret q̄ Deum / naturalis dilectio certo esset peruersa & potius destrueret p̄charitatē q̄ p̄ficere. Quē duo ualde sibi assimi- lan̄. Addit Scotus angeli in statu innocentie fue- runt recti uel non fuerunt nō recti: q̄a ī eo statu nō potuerunt habere actum nō rectum (Repu- gnat. n. id innocentie) Actum aut̄ aliquē habere potuerunt & ne obmissione boni debiti arguant̄ dicenduz est eos aliquē actum talez habuisse. Et nō potuit alius absq; hoc fuisse rectus / neq; hic potuit d̄ alio obiecto fuisse rectus: q̄a nō poterāt recte seipso super oia amare. Igitur amauerunt Deum. GONDO. Hic tam Scotus q̄ Thomas uidentur mihi delinquere credunt nāq; charita- tem semper iclinare conformiter amorī naturali. Quom tamen Deus multa precipiat contraria ta- li amorī / uel saltem consulat ut uirginitatem / do- lorem / paupertatem / mortem / Et multa fiunt ex charitate q̄ uē repugnant amorī naturali. Nō ergo charitas semper p̄ficit. Sed interdū d̄struit

uel repugnat amorī naturali. BENI. Amore na- turali uitam ppriam diligimus & p̄creationem similiuz nobis & omne splendorē nature nostre Illo tamen eodem amore etia; ipsuz Deus / plusq; nos amamus & propter illuz cuncta abicimus & charitas. Hunc amorem naturalem perficit & nō destruit non autem semper perficit alios. Qui ergo dicebant naturalem amorē nō sufficere ad ac- tum hunc sine habitu charitatis infuso nō recte sentiunt / Et ratio quā inducunt est contra eos nā si appetitus naturalis determinat̄ ad unū ex sc̄to de generatione igitur non poterit appetere se nō esse / concedamus sed addimus ipsum multo ma- gis non posse appetere se non posse esse. Et ita nō potest unq̄ ullo casu dato appetere Deum nō esse Sic enim appeteret se non esse neque esse posse im- mo omnia non esse neq; posse esse / Si nāq; Deus non esset nihil eēt nihilq; esse posset. Faluz quo- que est ut Deus ab angelis diligatur naturaliter plus amore concupiscentie amando Deo plus bo- num diuinum q̄ sibi ipsis bonuz pprium. Amat enim potius Deo / bonum diuinum q̄ sibi ppriū ac etiam diuinum quia secus nō ordinate amaret cuius contrarium legimus Deum in nobis ordinat̄ se charitatem / & amaremus impossibilia respuēdo necessaria. Impossibile enim nobis est bonum di- uinum eo modo quo sibi necessarium. Neq; solū magis amat Deum q̄a maius bonuz cupit Deo. s. diuinitatem. Sed etiam intensius amat Deo diui- nitatem q̄ sibi propriam conditionē / quia ex illa pendet sua propria conditio & quo adesse & quo ad posse esse. SORGIVS. Optime dilectionem naturalem angeloz iuestigasti. Nunc circa dilec- tionē illoz elicitam & liberam insurgit dubitatio An possint cupere impossibilia & sp̄tialiter so- let dubitari an ut uulgo dicitur fuisse angelus po- tuerit appetere eē Deus / uel (q̄a idem est) Deo equalis (Nemo. n. equalis Deo p̄ter Deū). BE- NI. Hęc quz de peccatis maloz ageēt disputabū- tur: Satis hic sit de ipsoz libertate & multiplici amore pleraq; enucleasse. Trauseūdū itaq; qn̄q; ad aliā de ipis āgelis cōsiderationē nūc uacemus disputatione istam p̄dicationi atq; seruētī oīo ni nec nō sacre meditationi q̄ orationuz precipua uolq; inter diu foeliciter ualeatote.



**Argumentum libri quarti.**

**B** Alendis Iunij illiusmet anni affuit co-  
pia Ciuium igenis: hi qdē ut idisputarent  
& uerbis decertarent / Illi uero / ut ueri-  
tatem magis magisq; enucleatā pspicerent: pleri-  
q; ut uiros acutos disceptātes expirent quasi ad  
spectaculū conuenerāt. Aderat ibi clerus pene to-  
tus & illi quos Canonicos appellamus. Qui ī hac  
urbē & moribus & doctrina plurimū ualeat. Vbi  
hęc quę secuntur ī medium fuerunt allata.

**Capita libri quarti.**  
An angeli sint deducti adesse ab aliqua cā efficiē-  
te & ponūt obiectiōes atq; earū solutiōes. ca. i.  
De initio angelorū mulcē ponunt opinionēs & il-  
la q̄ fuerit p̄bi p̄cipue ex oībusq; colligit̄ fidei  
excellentiā ī eo quia Deus unus & uerus oībus  
longe excellentior. Ca. ii.

Angelos creare nō posse pbat̄ rōne Thomę quę  
ibi confutatur & declaratur. Ca. iii.

Ratio Henrici atq; Lādulfi excludit̄ qua se āge-  
los nō posse creare demonstrasse uident. Ca. iiii.

Excluduntur duę rationes angelos creare nō pos-  
se probantes. Ca. v.

Ponunt̄ deinde rationes acutiores: quę etiam de-  
clarantur nō demonstrare. Ca. vi.

Quo pacto Deus potest medio creaturę creare &  
quo non potest. Ca. vii.

An angeli sint creati ante omnia corporea uel si  
mul cum corporeis iustigat̄. Ca. viii.

An sint creati simul cum celo Empyreō. Ca. ix.

**Incipit liber quartus.**

**C** An angeli sint deducti adesse ab aliquo efficiē-  
te ponūt obiectiōes & earū solutiōes. Ca. i. BE.

**C** Onsideramus iā aliqd de ipsorū āgelorū  
exordio siue initio. Et iustigam⁹ p̄mū  
an fuerit aliq̄ cā efficiēs q̄ ipsi sint redu-  
cti de potētia ad actū. Deinde an ad ta-  
le eē sint deducti ab eterno si q̄ ipsi creare possint  
Et dato q̄ nō iustigemus an sint creati ante oīa  
corpea. Et si cū corpis an sint creati ī celo quod  
Theologi Empyreū uocāt. ARA. Si angeli sui  
eē hērent cām efficiētē illa maxie uideret̄ deus: s; deus  
nō ē. Quorūcūq; n. deus cā ē aliquomō de  
ipsorū pductiōe fit mētio genesis p̄mo. Ibi at̄ de  
angelis nulla fit mētio. Igit̄ nō sunt creati a Deo  
Igit̄ n; ab ullo. **P**reterea omne qd̄ fit ut totū


scu terminus totalis uidet̄ recipere formā & p̄ con-  
sequēs habet̄ materiā ut colligit̄. vii. met̄ba. Et  
q̄a sicut efficiēs īponit necessitatē formę iā forma  
materię. S; angeli sunt purę formę: carētes oīo  
materia Igit̄ nō sūt ab ullo agēte. Cōfirmat̄ ex  
dicto p̄bi octauo diuinorū ubi sic ait. Si q̄ substā-  
tia sit forma sine materia / illico seipsa erit ens &  
unū: nullaq; cā erit q̄ reddat̄ ens aut unū. S; an-  
geli sunt eiusmodi substātie ut iā tenemus. Igit̄ se-  
ip̄s sunt id qd̄ sunt & ita nō hēbūt cām efficiētē  
sui eē. **D**eniq; omne qd̄ pot̄ fieri pot̄ & d̄strui  
ac eē facili⁹ / Nā facilius est destruere ut iā tritūz  
ē q̄ cōstruere si ergo angeli facti fuisset̄ & d̄strui  
ualeret̄ & si facti sunt destruēt̄. Oīa. n. orta occi-  
dunt / & aucta senescūt. Tandē ita q̄ illd̄ p̄bari  
pot̄ nullū eternū h; cāz efficiētē q̄a sp̄ cā efficiēs  
ē prior suo effectu / imo & prior ipsa effectiōe. Re-  
at̄ eterna nil ē prius. S; angeli sunt eterni ut p̄ba-  
tur. xii. diuinorū mouēt. n. motu eterno. GRA.  
Ad primū illd̄ tuū ē facili⁹ mō nā augustino te-  
ste / ī examerō illo fit mētio de creatiōe angelorū  
qu; d̄r fiat lux. Aut forsan qu; d̄r creauit̄ celū. s.  
empyreū ploenū angelis un̄ sacra scriptura fateē  
eos creaturas Dei / iuxta illud q̄ facit̄ āgelos suos  
sp̄s & alibi b̄ndicite oīa opa d̄ni d̄nz dicēdo sub-  
nectit̄ b̄ndicite angeli d̄ni d̄nz: Et iterū laudate eū  
oēs angeli eius & paulo post. Qm̄ ipse dixit / &  
facta sunt / Cur at̄ Moses de ipsorū creatiōe nil ex-  
presse posuit dicūt qd̄a ob id q̄a rudi pplō ad ido-  
latriā p̄no loquebat̄. Alii aiūt̄ ibi p̄. mos ip̄m ha-  
buisse sensus / un̄ & Ioānes picus Mirādulanus  
uir hac tēpestate īsignis iuuenis nāq; adhuc / ui-  
debat̄ omnes sc̄ias & oīum sc̄iarū auctores & opi-  
niōes p̄cipalesq; liguas tenere latinā certo exae-  
te gręcā mediocriter n; hebreę expers / S; auctorū  
hebreorū gręcōrū atq; latinorū pene oīum oīq; in  
p̄bia familiarissim⁹ / iuida morte ī teneris ānis ut  
alter Ioānes Scotus dic̄ q̄ frācorū rex Charol⁹ ma-  
gnus Florētiā oīuz amoenissimā urbē octauis sc̄i  
Martini itrauit uita & aura hac misera defūctus  
ē. Eptapluz edidit̄ ī quo septē modis catholicis  
expositorib⁹ nouis nō forsan hebreis nouuz exa-  
merō uel eptaplū reliq; sit / Sed eiusmodi expo-  
sitiōes possent crescere sine numero p̄termitam⁹  
Hęc & cuz Augustino queramur de Moīe sapiē  
g 3



etissimo atq; micissimo qa tam paucis longissima rem absoluit. ¶ Ad reliqua duo sequentia rno facilius est loquit nāq; de cā efficiente transmutate nō at solum pducete. Nos at omne trāsmutās pducere & nō econtra fatemur illico itaq; sunt angeliens & unum qa nulla trāsmutatione p̄cūia.

ARA. Neq; omne trāsmutans op; pducere: qui nāq; rem iam pductā iduceret et i re quā nō producit. Ve aīam diu creatā i corpus iam plasmātū transmutaret / ne tñ qcq; pduceret. Similiter qui educeret nil iducēdo utiq; trāsmutaret, n3 tñ op; est ut pducatur. Nō ergo omne trāsmutās pducit GRADIVS. Nō dico id tāq; necessairū i3 qa sic est ut p̄sum. ARA. N3 illud recte dictum ut p̄uia trāsmutatioe res ulla fiat. Sic. n. relatio esset ante extrema / uel ante altere extremorū qd ipossibile: prius. n. est res q̄ creat aut transmutat: secundo q̄ creat & transmutata est Tertio iurgit relatio creantis & creati Transmutantis & transmutati. BENI. Mittite ista. N3. n. adrem nostrā at tinent. Tu uero ( ut cepisti ) rōnibus suis facias satis si potes. GRADI. Ad reliqua duo nota est responsio: possunt pfecto angeli eadez facilitate deficere / qua & facti sunt / N3 oīa orta occidunt Verū oīa creata occidere possunt. Angelos quoq; sicut & celos nos eternos tenemus minime. Nec quicq; eterno motu moueri. Quid aue; philosophus de ipso; initio senserit pariter audiamus.

¶ Discussio multarū opinionum de Angelorū initio ex cunctisq; sequit̄ primi entis magnitudo. Ca. ii. BENIGNVS.

 Ie nimis uiri egregii & in omni genere sciāz eruditi quatuor quas confutabimus adducemus opiniones. Quidā arbitrant̄ eos res icreatas oīo & ex se necessarias nullo mō a Deo pductas ab ipso tñ eo mō depēdētes quo minus pfecta ad pfectissimū. Alii uero ( ut Auicena nono diuinorū ) opinant̄ ipm Deū unā solum primā tñ & summā sine cā media produxerit itelligentiā. Deinde hęc a Deo producta producit inqunt secundā tertiā Hęc illa itē quartā / & sic deinceps usq; ad illa / q̄ lunę mouet orbe; Hęc uero ultima / est ( dicunt ) oīum aīaz intellectū p̄dictarū productiua. Qz at Deus unice sit productiuis itelligentiē ita p̄suaderi pōt ex mē

te Auicēne a causa oīo una nō pōt absq; medio progredi nisi effectus unus i3 primū ē oīo unū i se. Quare nō poterit ab eo sic progredi nisi unū Citima uero nobis itelligentia plura producere ualeat ea ut quidā putāt rōne quia forma pōt mltipli cari materia multiplicata. Anima uero ē endelechia. i. actus & forma q̄uis Cicero id uocabulū nouū existimauerit. Et angelus politianus i Miscalanis suis defensare conatus fuerit. Qz et itelligentiē sit productiua itelligentiā ita suadet. Perfectū unū quodq; tū est quz sibi simile producerē pōt / ut ait philosophus i sublimibus. Qua sentētia tale colligit argūmētum qd a minori philosophi uocāt. Si corpus producit corpus idq; sit nō parū pfectiōis / mltō magis spiritus gignet spiritū: qui lōge pfectior ē corpore. Hanc uero productionē tāq; nil ut subiectū aut materiā p̄supponētē creationē quādā appellabāt. Et ita creaturam posse creare ( quod Theologi nolūt ) autumabant. N3 id illi eorū principio ex nihilo nihil sit obstare dicebant. Nempe creare quippiam sine initio & ab eterno apud illos non repugnat. Semper enim eiusmodi creatura fuisse dicitur / Neque unq; non fuisse affirmabitur / Verum ut creati possit quod aliquando non fuerit id impossibile censebant. Alii ut Auerrois ( q̄uis uaria sit & multiplex eius opinio ) in quibusdā locis & pro ut eum nōnulli exponunt eaz de itelligentiis opinionem habuisse credit̄. Primum quidem ut create non sint opinat̄. Nullum. n. eternum siue habens semper esse creati posse putat. Omne. n. qd̄ intelligitur accipere esse uidet̄ aliquo modo non fuisse / Deinde quia Deum ipm primum omnium entium & causam fatet̄. Idcirco itelligentias a Deo optimo conseruari nō creati dixit ipsum earum esse causam finalē nō efficientē; affirmat. Alii deniq; itelligentias entia ex sese quidē contingētia ponebant & a summo Deo contingēter creati eiusq; munere idissolubiles esse: q̄ suapte natura corruptioni sint subiecti. Quā opinione; Mercurio trimegisto atq; diuino Platoni multi attribuunt. An tñ sine initio hęc itelligentiē sint a Deo create; Platonis opinione an ex tempore & utrum cōtingēter create; necessario permaneant ut Aristoteles contra ipsum in de Cēlo arguere



uidetur, uarie sentiunt Platonici. ¶ Enim uero diuina reuelatione nos christiani omnes has opinioniones ueritatis uacuas accepimus. Cunctos, n. angelos & quicquid ipse uerus Deus non est, & esse profecto & non esse posse arbitramur. Neque Deum quicquid necessario (spiritu sancto docente) creare aut conseruare sed contingenter & pro beneplacito uoluntatis sue fatemur. Omnes quoque intelligentias & quicquid ea productione, quam creatione appellamus fieri potest sola diuina potentia posse fieri fideliter asserimus. Creaturam quoque siue ut causam totalem siue partialem, siue ut principalem, siue ut instrumentalem (proprie accipiendo instrumentum cuius actio attingat rem productam) creare posse omnino abhorremus. Harum quatuor conclusionum omnia fundamenta hic recitare longum profecto & ab re esset. BENESSI. Considerando omnes opinioniones illas id boni in ipsis reperio quod uniuersa subiiciunt nostro glorioso Deo, & maiestatem eius admirantur atque uenerant. Sed prima rudior omnibus, quae nullam rationem causae concedit ipsi Deo, & ita aufert beneficium creationis destruitque ultimum finem & primum efficiens, quae est philosophis aliena uidentur a ueritate. Auicena satis accessit ad nostram, miscuit tamen ueris multa falsa. Qui autem intelligentias conseruari dicunt a Deo & non creari, uidentem repugnantiam dicere. Quicquid, n. ex se habet esse, ex se & necesse est esse, ex se certo & non deficere posse habere uidetur. Neque conseruari aliud est quam esse datum nolle auferre. Immo uelle ipsum sic ut datum est suo perpetuo uel tempore sibi grato manere. Qui ergo non dedit esse is neque conseruat. Nisi uellimus Deum mendicium quaedam angelorum opinari, Qui mendellus, aut inediis conseruet eos in esse. Fateri quoque Deum esse causam finalis intelligentiarum, & non esse causam efficientem impossibile duco. Quicquid, n. habent finale causae sui esse habent certo & efficiente. Finis, n. non est causa nisi in quantum agens quodpiam mouet. Quorum ergo non est agens causa coram profecto nec finalis & quorum est finalis, coram & efficiens sit opus est. Poterit itaque sine repugnantia dici, ut intelligentiae quicquid agant, aut operentur pro ipso Deo &

amore illius cuncta efficiant, & ita erit Deus causa finalis talium effectuum non autem ipsarum intelligentiarum tali opinione in effectarum, sequeturque Deum, quae prima causam appellamus, neque finalis neque efficiens tantum omnium rerum esse causam, & eo modo prima opinio & haec pro una computabuntur. Platonis autem opinio si ex tempore intelligentiarum creatione posuerit & contingenter conseruationem uidet, potius quoddam factum uaticiniuz, quam opinio philosophi. Sed ad rationes pro Auicena opinione ut tu respondeas quae sunt BENI. Ab uno omnibus modis hoc est & re & causatione siue actione non potest progredi nisi unum. Unica, n. actione unice re efficiuntur, plures autem res pluribus actionibus adesse deducimus. Deus certo unicuique omnino est, omnium tamen ideas siue cognitionem habet & unica essentia sua omnium rerum exemplaria in se continet. Si ergo uoluntas omnium sit productiua, quae intellectus productibilia agnoscat & creabilia ab uno secundum esse non autem secundum exemplar creabuntur omnia. Ad alteram rationem dico sententiam philosophi ita capitum dare unum quod quod tamen profectum est in speciem a proprio supposito communicabili, quod potest sibi simili producere ex hoc inueniens orbatos in specie humana imperfectos uiros aut profectos. Non itaque intelligentia eam rationem in profecta, imo tanta est eius naturae dignitas & excellentia ut sola primae causae uirtute in se communicari & produci possit. PROCV. Veritas apud philosophos indubiū, quae illarum opinionum tenuerit peripateticorum princeps. PRODA. Quartam certo excludisse uidet duodecimo diuinorum & primo de caelo non ipse modo, & commentator eius Henricus quod de Gadaue sis, quod olim doctor solenis appellatur, est prima esse Aristotelis censuit. Credit, n. & ipse nihil ab eterno creari posse quod multis rationibus phare molliet. Sed non est praesentis contemplationis de his discerere. Dicimus tamen quod non repugnat, aliquid semper fuisse quod tamen creatum extitisse fateri possit, quod quod & philosophum putasse rationabilius est existimare, unum in metaphisicis sempiternorum principia, i. causas efficientes (sic, n. exponit commentator principium primo naturalis lauditus) esse confitetur. Quicquid uero apud ipsos sempiternum id utique & necessarium, ut patet in metaphisicis & de caelo, quinto etiam diuinorum nullum est in conueniens aut necessarium quorumdam esse



alteras causas. Idem octauo naturalium duode-  
cimo deniq3 in unum reduxit principem & unuz  
finem. Declarauimus autem causam finalem om-  
nium rerum non posse poni nisi & efficiente3 po-  
namus. Hanc sententiam uidetur confirmare Auc-  
rois de substantia orbis sic inquit. Dixerunt qui-  
dam Aristotelem opinari Deum non esse causa3  
agentem totum idest uniuersum sed mouentem  
tantum. Quod certo sentitur eis fuit ualde absur-  
dum. Sed tunc contradicet sibi ipsi nisi benigne  
exponatur. Sed hec iaz missa faciamus. GEOR.  
Scire cuperem an ipsi angeli Deo concedete crea-  
re aliquid ualerent. Quia Auicena id posuisse  
uidetur re ipsa. ego quero de possibilitate an ad-  
minus Deus ipse possit increando ipsis uti ut or-  
ganis aut quibusdam instrumentis.

**U**n An Angeli creare possint inquiritur. Idque  
omnes Theologi negant & quidaz id ita esse so-  
la fatentur auctoritate. Alii etiaz ratioe id ostē-  
dere se putant ponitur itaq3 prima ratio Tho.  
& soluitur. Ca. iiii. BENIGNVS.

**S**acratissime fidei nostre manifesta sen-  
tentia est nulli creature hoc munus con-  
cedi posse. ut & ipsa possit creare. So-  
li enim Deo hoc proprium neque Aui-  
cenam aut Algazeter. neque Proclum auctores  
de causis ea in sententia recipimus. MEN. Fide  
sola an ēt ratione id tenendum. BENI. Ioannis  
Scoti preceptor. quem alii. Varra ego Varrone  
semper appello id nulla ratione euidenti. Sed so-  
la sanctorum auctoritate concludi arbitratus est  
Augustinus nāq3 de Ciuitate Dei. Nec dicimus  
inquit angelos creatores animaliu sicut nec agri-  
colas frugum. Et de Trinitate non possumus di-  
cere angelos rerum creatores sicut nec homines se-  
getum. Et iterum non est creator nisi qui princi-  
paliter ista format. penes quem sunt omniu3 mē-  
surę numeri & pondera. Et in eo q3 super Gene-  
sim inscribit Angeli nullam omnino creare pos-  
sunt naturam. Eodem in libro creare natura3 taz  
nullus angelus potest q̄ nec creare seipsum. Da-  
masenus quoq3 aperte loquitur. Qui dicunt an-  
gelos esse creatores alicuius nature sunt omnes fi-  
lii patris sui Diaboli. Eosq3 anathemate cōstrin-

L  
git. VOL TIVS. Magister sententiarum & nō  
nulli Theologorum angelis concedi posse putat  
per ministerium & instrumentaliter creare. Tu  
uero superius nullo pacto creaturam posse creare  
conclusisti. BENI. Instrumenta bifariam pro-  
prie & per similitudinem accipere possumus. In-  
strumentum proprie attingit effectum. gladio  
enim incidimus serradura diuidimus. instrumen-  
tum per quādam similitudinem est sacerdos. alii  
quem abluens more christiano. que quide3 ablu-  
tio est diuina ordinatione nō ex sui natura dispo-  
sitis & instrumentum gratie consequendę. Sed ta-  
li instrumento non attingitur esse gratie. GO-  
TIVS. Multę rationes inducuntur propositu3  
demonstrare se putantes. qdam primum duo dic-  
ta tacite presupponere uident. Esse iquientes est  
pprius effectus Dei. Deinde eē simpliciter est p-  
prius terminus creationis. & quasi probādo pri-  
mum ductum arguit sic. Effectus uniuersalio-  
res oportet reducere in tales causas hoc est uni-  
uersaliores. Sed inter omnes effectus ipsum esse  
uniuersalissimum est. uel sic. Sed ipsum esse est  
effectus uniuersalissimus igitur debet reduci ad  
causam maxime talem. Hęc uero est ipse Deus.  
GEOR. Hanc rationem nil hac in re conclude-  
re pleriq3 ostendere nituntur. Et primo illaz pro-  
positionem quam argumentum supponit decla-  
rant esse falsam. Aquocūq3 enim generatur com-  
positum ab eodem est ipsum esse compositi. Sed  
a creatura generatur illud. Igitur ab eodem est  
esse compositi. Altera propositio est manifesta.  
prior autem probatur auctoritate primum. i me-  
thaphisicis & philosophicis ubi dicitur genera-  
tionem esse mutationem adesse simpliciter. De in-  
de ratione sic. Omne inducens formā in materia  
dat esse composito. Sed omne generans inducit  
formā i materia. Quare. Maior probatur nāq3 fer-  
mam esse in materia nil aliud est q̄ esse compositi.  
Si nāq3 compositum sit ipse partes unite. pa-  
tet quod dicitur. Si autem sit qdaz tertia entitas  
illa certo posita partium unione ponitur. Si autē  
ipsa unio partium non sit esse compositi. neque  
tertia entitas. Sed aliquid aliud. quero aut est  
quidpiam precedens ipsum compositum aut se-



quens suapte natura. Si precedens igitur prius erit natura esse compositi quod ipsum compositum quo ratio cogitare designatur. Si autem sequatur. Igitur non repugnet compositum produci absque esse. Nam terminus generationis est ipsum compositum. Et ita esse non erit terminus actionis generantis sed poterit sine contradictione separari praesertim quomodo secundum eos esse accidat ipsi rei.

**MEN.** Dicent forsan creaturae dare hoc esse non autem esse absolute.

**GEOR.** Contra autem per esse absolute intelligunt esse uniuersale aut esse substantiale aut esse totale. Si primo modo tunc contradicunt sibi ipsis. Quomodo negent entis uniuocationem. Et nihilominus etiam eam concedendo consequentia tenet a parte quae subest ad totum uniuersale. Dat hoc esse ergo dat esse. Si secundo modo liquido patet quod generatio est ad esse simpliciter & substantiale. Si tertio modo per esse absolute intelligas totum creabile. Id nulli ambiguum esse impossibile ut a creatura aliqua sit creata omnis creatura tunc enim ipsa seipsam creasset uel ab illa quae creauit creata fuisset. Et ita aliquid seipsum genuisset (quod ex philosopho & Augustino impossibile uidetur) uel ab effectu causa praedixisset. Quod ualde absurdum esse opinari dubitabit nemo neque tamen sequitur quin aliqua creatura possit creare. Et si non omnem ad minus aliquam. Quare illa ratio erit sophistica. Primum itaque illius dictum non uidetur uerum ut esse sit proprius effectus Dei.

**V**erum ut responsio ad argumentum sit clarior premitto eiusmodi distinctione. Causa uniuersalior similiter & effectus potest bifariam summi uidelicet praedicatione & perfectione. Magis uniuersale praedicatione est quod predicatur de pluribus perfectione quod in se plures uirtutes continet. Hoc praemisso forma nunc argumentum uti placet. Effectus uniuersaliores perfectione oportet reducere in causas magis uniuersales perfectione. Concedimus. Sed quod ipsum esse sit effectus perfectione uniuersalissimus non admittimus. Quia omne quod tantumdem habet perfectionis & aliquid plus perfectius est. Talia sunt inferiora respectu superiorum. Deinde perfectius est actu & essentia tale esse quam potentia &

per accidentis. Inferiora uero plura includunt actu & essentia. Praeterea nemo singularia dubitauit esse res & entia. Comunia plerique nil nisi terminos aut uoces solas aut conceptus animi putauerunt. Ipsiquoque uidentur cachinari quod eis dicimus esse quaedam unitatem numerali minore. Sed iam ad argumentum reuertamur. Effectus uniuersaliores praedicatione oportet reducere in causas eiusmodi. Admittatur haec & sequens & concludatur. Igitur esse est effectus causae comunissime praedicatione. Concedimus quod esse est effectus entis dicitur. Sed noli descendere ergo solius Dei quia non sunt Dialectici descendere a superiori ad inferius affirmatione. Si praeterea sic formet. Effectus uniuersalissimus perfectione est reducendus ad eiusmodi causas sed effectus uniuersalissimus praedicatione est esse. Concedimus utraque. Sed argumentum negamus quia commutant terminum & faciunt syllogismum ex quatuor terminis. Si denique argumentum sic deducatur. Effectus uniuersaliores praedicatione oportet reducere in causas magis uniuersales perfectione. Abnuimus quia sensus est. Effectus imperfectiores opus est reducere in causas perfectiores. Ex dictis sequitur et alterum quod praesupponebant esse a ueritate alienum. Quia omni mutatione acquiritur aut amittitur aliquid esse. Ergo & esse dicendo absolute.

**MEN.** Videntur haec uniuersali concedere perfectioris effectus esse causam perfectiorem tunc ego adiugam sed Deus est causa nostrae anime qua angelus nobilior. Igitur perfectior causa angeli quam anime nostrae erit.

**BE.** Illa propositio cum hac additione concedenda sed causa tali possit dari alia perfectior. Concludunt ergo hi entis rationem ut abstrahit ab hoc & ab illo uel nullum esse uel omni alio imperfectiorem. Concludunt ipsum esse passionem aut modum ipsius rei censendum. Concludunt aut creaturam nihil producere posse aut ipsum esse. Concludunt maioris uirtutis putandum producere hoc uel illud esse quam ipsum commune & abstractum esse. Concludunt tandem effectus omnes non posse ab effectu ullo esse tamen effectum unius posse esse causam alterius. Non itaque erit soli Deo eiusmodi effectus attribuendus.

**PVTEVS.** Capreolus ratione



illam sic defendit. Esse primo siue adæquate sum-  
ptum est effectus solius Dei ipse enim solus dat  
quæ pertinent quouis modo ad esse. Alia uero agen-  
tia nõ primo sed secundum partem dant esse. Quia  
dant aliqua pertinentia adesse nõ autem omnia.  
Adesse autem rei nõ solum pertinet forma sed et  
materia. GOTIVS. Defensio illa parui momen-  
ti. Nam agens creatum ut causa partialis tribuit  
totum pertinens adesse sui effectus. Quia deficiet  
te uno per se requisito ad aliquam actionem. Im-  
possibile est agere. MENTIVS. Verum id sed  
agens naturale presupponit aliquid actus a Deo  
ut materiam. quæ ab illo agente fieri nõ potest sed  
prius duratione facta est a Deo. & ipse effectus in-  
telligit præfuisse in potentia materie. Quod quidem  
esse in potentia materie nõ potuit conferre nisi ipse  
Deus. Totum ergo esse rei nõ potest tribui nisi a  
Deo. BENI. Ratio ista petit principium. & quod  
probandum erat dicit sic esse. Omnes hæc creatio-  
nes dicunt tribui totum esse. Quia creare est ex ni-  
hilo producere. Et querendo an creatura possit  
dare totum esse effectui. Ipse uero assumit pro-  
banda dicens esse effectus solius dei. id est secun-  
dum defensionem illam nemo potest dare totum  
esse nisi solus deus. Et sic presupponit quod pro-  
bandum erat. Et hoc modo summendo esse argu-  
mentum doctoris illius erit bonum. & præmissæ  
erunt ueræ sed nihil probabunt. Nam effectus uni-  
uersaliores id est totales reducendos esse in causam to-  
talem concedimus. Et esse secundum te erit effectus  
totalis. Igitur reducetur in causam totalem. Patet  
ergo rationem illam sic exponendo petere. Nam que  
dubitatur an creatura possit creare & an creatura  
possit dare totum esse. Tu autem dicis non potest  
creare. quia nõ potest dare totum esse. Quod tan-  
ti ualeat ac si diceret non potest creare. quia nõ po-  
test creare. Quædam quoque habent simplex esse ut  
angeli. quibus esse in potentia materie nõ oportuit  
prius tribui quæ esse absolute. quomodo careant materia  
Neque tamen illa expositio congrua est. nam si per  
esse intelligatur adæquate. Quicquid a causa tri-  
buitur effectui tunc omnis effectus est esse. Non  
ergo ipsum esse distinguendum est ab aliis effecti-  
bus. Quomodo omnem effectum in se includat. In

L.  
conueniens quoque uidetur. ut omne quoquo mo-  
do pertinens ad esse intelligatur per ipsum esse. quia  
& finis. & causa efficiens pertinent ad esse nec tamẽ  
debent intelligi per ipsum esse. quia doctor ille per  
esse intelligit effectus. Vltimus autem finis & pri-  
ma causa sunt in effectibilia. Non ergo quodlibet  
quouis modo pertinens ad esse debet intelligi per ipsum  
esse. quæ principia intrinseca ut materia & forma  
tamen effectibilia possint intelligi per ipsum esse. SOR-  
GIUS. Alio modo defendere uidetur ipsum esse  
solius dei effectum existendum. Solus enim ipse  
dat per se esse. quia propria uirtute. & directe dat  
esse. reliqua uero uirtute ipsius dei & indirecte qua  
dat esse tale puta equus dat esse equinum per se direc-  
te. & absque medio. Consequenter uero dat esse  
simpliciter. GEORGEVS. Hæc quoque defen-  
siones fugæ sunt rationum Deum namque solum in  
nihilus alterius causæ uirtute agere ambigit nemo.  
Ambigimus autem an in uirtute alterius agens  
possit dare esse totale id est creare. Et tu ad dubita-  
tionem respondes quasi uelis dicere. Quia deus po-  
test uirtute propria dare totale esse. & ita creare.  
Agentia uero creata tribuent idem esse sed uirtute  
Dei. & sic concedis creaturam. (Quis nõ propria  
uirtute posse creare. Similiter Deum directe pos-  
se creare. creaturam uero ex consequenti & sic in-  
fertur oppositum illius quod probare intendis.  
GONDO. In hac secunda defensione non sumit  
forsan esse sicut in priori. sed capit esse simpliciter  
pro actu existendi. ZAMA. Sic accipiendo ratio  
nil ualebit. Actum existendi agens creatus nõ  
tribuit propria uirtute neque directe igitur non  
creat. Non sequitur. Immo nec sequitur. tribuit  
actum propria uirtute ergo creat. Nam etiam deus  
potest inducere formam in materiam. & tribuet  
propria uirtute actum. nec tamen creabit. Dein  
de falsum est. ut agens creatum dant esse tali. ut  
equinum. uel leoninum non tribuat actum existi-  
endi. Quomodo esse leoninum dicat actum existen-  
di leonis. GONDO. Per actum existendi intelli-  
git fortasse esse in comuni. non hoc esse in particu-  
lari. & ita uerum erit quod agens creatum datus hoc  
esse. ex consequenti tribuat esse. CERVIVS. Philo-  
sophi non concedunt. ut prius detur forma in



7  
serior q̄ superior / imo prius natura anima intel-  
lectiua informat corpus / ea ratione qua est uege-  
tatiua / deinde ea ratione qua sensitua / & ultimo  
qua intellectiua / & hęc intellectiua / Similiter &  
albedo prius natura dat esse quale & coloratum.  
Eodem modo si esse / abstrahere possit ab hoc &  
ab illo esse ( de quo non discutio hic sed homini  
solum respondeo ) tunc agens naturale prius da-  
bit esse / q̄ hoc esse / sicut prius dat esse coloratuz  
& uegetabile q̄ albu3 & intellectiuuz / Non ergo  
ex consequenti. Et hoc inuebat auctor de causis  
quando dixit prima rerum creataz est esse quia  
in omni effectu prius origine intelligitur esse q̄  
quoduis aliud. Confirmatur quia prius natura  
est a quo non conuertitur consequentia subsisten-  
di / ut dicitur in post predicamentis / Sed sequit̄  
rubuit hoc esse ergo & esse / & non econtra. Igit̄  
prius est esse q̄ hoc esse / & sicut res se habet ad en-  
tiam ita & ad producibilitatem. GEOR. Ca-  
preolus Tholosanus in Rhagulina rhetia incidit  
Heu q̄ magnum saltum fecit. BENI. Nos tamē  
quia doct̄ori illi afficimur possemus pro sui reue-  
rentia dicere / Non esse suę intentionis aliquid in  
proposito ea ratione demonstrare / Sed solum uo-  
luisse declarare & modum quēdam assignare per  
quem intellegeremus solum Deum & nullaz crea-  
turam posse creare. Omne namq; agens creatum  
est agens particulare / & ita nequit totum effectū  
producere / neq; tribuere totum esse / Deus autē.  
Quom sit causa uniuersalissima tribuit esse uni-  
uersalissimum totale atq; inteḡ. Quę sententia  
pulchra est & prestat modum delibandi hanc rē  
nō tamen demonstrat quia ut dictum est / presup-  
poneret quod probandum erat.

**R**atio Hen. atque Landul. excluditur qua se  
id quod dicimus demonstrasse putabant. Ca.  
iiii. SARACHIVS.

**N**onnulli illud idem probant sic arguen-  
do / super distantiam infinitam non po-  
test alia uirtus q̄ infinita / Sed inter ex-  
trema creationis est distantia infinita / igitur su-  
per illa non potest nisi uirtus infinita. Prior illa  
propositio bifariam declaratur / primo sic. Quan-  
to distantia est maior tanto transitus difficilior /

tantoque in agente requiritur uirtus prestantior  
Tunc iterum. Quando transitus maior uirtutez  
requirit maiorem / tunc infinitus infinitam / Se-  
cundo. Videmus in omnibus quo potentia plus  
distat ab actu / eo eget uirtute ampliori qua pos-  
sit reduci ad actum. Quare ubi erit distantia infi-  
nita ibi opus & uirtute simili. Posteriores autē  
propositionez probant dicentes / Nullam distan-  
tiam esse maiorem illa / que est inter ens & nihil /  
ergo erit infinita / quia quacūque finita potest in-  
telligi maior. Deinde equalis est ( aiunt ) distan-  
tia inter duo cōtradictoria determinate sumpta (   
ut inter lilium / & non lilium ) & inter omnia si-  
mul. Sed inter omnia entia & nihil est distantia  
infinita. Quare & inter quęcūque duo. Addunt  
tertio / Inter quęcūque contradictoria est distan-  
tia equalis / Sed inter Deum & nō deuz est distan-  
tia infinita. Quare. GRADIVS. Ratio ista fun-  
damento inicitur satis debili / quia inter contra-  
dictoria putat esse distantiam infinitam. Quod  
certo intelligi nequit de aliqua distantia media (   
Contradictio enim est oppositio / cuius secundū  
se non est medium ) sed solum de extremorum in-  
ter sese elongatiōe. Quo dato sic procedo. Quan-  
do extrema alicuius distantie sunt absque medio  
tanta dumtaxat est eorum distantia / q̄tum est al-  
terum extremum. Exemplum ī proposito. Inter  
Deum & nobilissimam creaturam est distantia ī  
finita / eo quia Deus infinitus. Aliud exempluz  
in opposito. Sicut enim inter extrema medio nō  
carentia / tanta est distantia / q̄tum est medium  
inter positum. Sic ubi extrema sunt medio caren-  
tia distantia summet̄ ab altero extremorum. Et  
ratio id suadet. Vbiq; enim distantia dicit̄  
solum excessum unius extremi super alterum ibi  
est tanta distantia / q̄tum est extremum excedens.  
Adde illi iam probate propositioni hanc / Sz ens  
& non ens sunt extrema sine medio / igitur tanta  
erit distantia / q̄tum erit alterum extremuz. For-  
metur sic ratio. Super distantiam infinitam ratio-  
ne medii non potest uirtus nisi infinita. Concedi-  
mus q̄uis repugnat esse mediū infinitum / Quom  
sit inter extrema. Sed inter rosam & non rosam ē  
distantia infinita. Negabit hęc. Fiat & alio mō



Super distantiam infinitam ratione extremi non potest, & que sequuntur. Minor iterum non admittetur materia nãque non est infinita neq; nõ materia. Tanta enĩ priuatio atq; negatio / q̄tus habitus & positio. Vnde inter nihil & nihil nulla ponitur distantia. Ex hoc arguo sic. Illa uirtus potest super distantiam ratione extremi / que potest super terminum a quo distantia principalius sumitur. Sed super illum potest uirtus finita quom sit finitus igitur & super distantiam. **BA SIL EVS.** Materia est ex se extremum finitum igitur uirtus finita poterit eam pducere? **GRA.** Non id asserimus sed solum quod ratio infinite distantie non est talis impotentie causa. Deinde arguo ad idem sic. Quecuq; uirtus a priuatione ad formam transit / eadem a negatione ad affirmationem / Quia omnis priuatio est negatio. Sed uirtus finita a priuatione ad formam transit / ut p̄ in eo qui de generati quare. Hoc argumentum cõcludit aperte de negatione / put est superior ad priuationem. An autem concludat de negatione / ut ipsa est species distincta a priuatione / ex his que postea dicent̄ patebit. Concludamus itaque non est inter queuis contradictoria distantiam / que (ut hic utimur uocabulo) sit infinita. Concludamus etiam inter lilium & nõ lilium esse longe minorem distantiam / q̄ inter nihil & totum ens / hoc est & omnia entia simul / quia hec altera est bifariam infinita. Nam & infinita perimit multitudine / & ipsum dei eẽ infinitum. Concludam⁹ non esse distantiam equalem inter omnia contradictoria / sed unam posse intelligi alia maiorem. Dico tamen omnia contradictoria esse eque incõpossibilia / eque enim repugnat Deus & nõ deus atque lilium & non lilium / patet. Vnquodq; illorum summe repugnat suo opposito / Quom etiam infinita uirtute nequeat ei conciliari. **CABOGVS.** Que plus distant / ens & non ens / an rosa & non rosa. **GRA.** Rosa plura icludit actu q̄ ens / & ea ratione magis distat / Ens uero plura icludit permissiue quia cum pluribus permittitur esse q̄ rosa / & ea de re magis etiam distare uidetur. Sed quia talis res nuncupanda est qualis est secundum suam essenciam / loquendo absolu

te. Itcirco ens ab omnibus abstractum quom nihil includat parum a suo contradictorio ut distet opus est. Commune itaque dictum erit uerum. Inter contradictoria esse distantiam infinitam / supple aliquando. Vel si debeat uniuersaliter intelligi / tunc est sensus. Est infinita / hoc est in determinata / & ascendendo / & descendendo. Si enim procedas a perfecto ad perfectius / siue ab eodem ad imperfectus / nõ poteris ad sic perfectum ascendere / aut imperfectum descendere quia negatio illorum sit contradictio etiam si uelis abire in infinitum / quod natura negat maxime ascendendo / quia diuinam maiestatem transire non licet. Si itaque illa maior de tali distantia intelligat non est admittenda / ut posito q̄ ignis sit infinitus idest indeterminatus secundum accretionem & decretionem / non sequitur ergo non potest super eiusmodi distantiam infinitam nisi uirtus infinita. Si tamen utrobique i maiori illa accipitur infinitum pro indeterminato uera erit / Super distantiam nãque indeterminatam non potest nisi uirtus indeterminata / Sed minor erit falsa / ut inter extrema creationis sit distantia indeterminata. Quia in hac creatione est hec distantia / & i illa alia determinata & tanta quantum est ens ip̄ quod creatur. **ZAMA.** Percunctari libet an eadem sint omnino orationis extrema que & contradictionis. Quidam enim ex doctorib⁹ nouo modo inter extrema creationis distantiam infinitam posuit. Nam creationem productionem ex nihilo idest ex negatione omnium rer⁹ etiam ipsius dei putat esse / negatio uero omnium rerum includendo etiam deum infinita esse uidetur. Tantam n. dicimus priuationem simul ac negationem q̄tus fuerit habitus / & ita rationis illius tam maiorez q̄ minorem concedit. Videlicet ut interesse rei create & non esse sit distantia infinita. Et sic a doctore excellentiori & suo preceptore sine causa recessisse uidetur si tamen tibi quoque sic uideatur ut aperires uelim. **BENI.** Deceptus non mediocriter fuit credens terminum per se creationis esse nihil / ut negat omnia. Quod profecto ualde absurdum est. Quom enim dicimus ex nihilo fieri margaritam non intelligimus / ut ipsum nihil sit ma



4  
deries ueluti / quoniam dicimus ex here fit Mercurius  
Sed ex nihilo. i. post nihil / Non quidem post non  
esse omnium absolute / Sed omnium eius rei / que  
creari dicitur. Si. n. oporteret uniuersaliter prece  
dere negationem omnium rerum esse ad amantis  
creandi / tunc creari nequiret quia si negatio dei  
& uirtutis cuiusque ponatur / quis creabit / Ex nihi  
lo namque efficiendo (et secundum Theologos)  
nihil fit. Preterea transitus possibilis extrema sunt  
possibilia / Sed ipsum nihil eo modo acceptum est  
extremum impossibile / Quare non erit extremum  
transitus possibilis. Immo neque negatio cuiuslibet  
creature oportet ut precedat creationem huius anime  
que hodierna die creatur. Fit itaque de nihilo. i.  
nulla parte sui esse presupposita / uel post tempo  
re aut natura / non esse suum totale. BENESSI.  
Ex non rosa fit rosa / non rosa uero est terminus  
apud dialecticos infinitus: qui omnia sine delectu  
ponit & solam rosam excludit. Inter omnia uero  
entia & negationem rose uidetur esse distantia in  
finita / Rosa uero / & non rosa sunt extrema con  
tradictionis ac et ut uidetur creationis / Quare  
inter extrema illa erit distantia infinita. BENI.  
Non rosa ea ratione qua ponit & relinquit ipsi  
rose contradicit minime / Sed ea ratione duntaxat  
qua negat & punit / Vnde philosophus extrema  
contradictionis semper affirmationem & negatio  
nem appellat. Sic sic nimis etiam extrema crea  
tionis sunt affirmatio & negatio totalis illius rei /  
que creari dicitur. Non uidentur igitur differre  
contradictionis & creationis extrema nisi ratione  
ut ex his que diximus constare unicuique poterit.  
Ratio itaque in distantia infinita fundata non con  
cludit infinitatem uirtutis in creante / ut etiam bea  
to Thome uidetur. Prebet tamen quedam modum  
intelligendi / sicut & superior illa / ut agnoscamus  
iccirco agentia particularia non posse tribuere pri  
mum esse / quia uirtuti eorum uidetur illud repu  
gnare. ZAMA. Nonnulli aiunt inter esse & non  
esse distantiam infinitam aliqua ex parte / non sic  
simpliciter ponendam. Est autem distantia infi  
nita secundum quid inter illa que nullam propor  
tionem siue commensurationem habent. Et quia inter  
esse & non esse nulla proportio aut commensuratio

concipi potest iccirco distantia infinita inter illa  
ut dicatur non uidetur esse inconueniens. BENI.  
Quamuis finiti ad infinitum nulla sit proportio de  
terminata / non tamen uidetur sequi / contra ut  
inter quecumque nulla sit proportio ut inter duo non  
entia illa sint hinc distantiam infinitam. Sed ui  
detur esse fallacia consequentis arguendo a posi  
tione ipsius ad positionem antecedentis est tamen ut  
secundum quod hec distantia sit infinita quod inde sequitur: ut  
uirque possit super tale distantiam sit infinita sequitur for  
san ut sit infinita secundum quod. Quidam ex eodem fun  
damento ita inferre conantur. Qualis est propor  
tio inter extrema distantiarum: talis est inter ipsas  
distantias / Sed inter nullam potentiam & aliquam  
potentiam siue quem actum / Cuius inter nihil & ens  
nulla est proportio. Inter potentiam autem & ac  
tum cuius inter ens in perfectius & ens perfectius  
est aliqua proportio. Igitur & distantie priorum  
extremorum ad distantiam posteriorum nulla erit  
proportio. Tunc sic qualis est proportio distan  
tiarum talis est & uirtutum super illas transeun  
tium & operantium / Sed prioris distantie ad po  
steriorem nulla est proportio / Igitur neque uirtu  
tis super illam transeuntis aut operantis erit pro  
portio ad uirtutes super alteram transeuntis aut  
operantem. Ex quo inferitur quod uirtus prioris di  
stantie erit infinita quia inter ipsius extrema non  
est proportio. Et quia si esset finita tunc aliqua  
proportionem haberet ad alteram: quia omne fi  
nitum / cuiuslibet finito aliquomodo potest propor  
tionari & commensurari Tandem concludunt. Quia  
extrema creationis talia sunt sicut nullius poten  
tie ad aliquam potentiam uel non entis omnino  
ad ens aliquomodo & extrema aliarum factionum  
sunt sicut entis imperfectioris ad ens perfectius  
iccirco uirtus etiam creans erit aliis uirtutibus om  
nino incommensurabilis & infinita. Concedatur qui  
dem prioris distantie non esse proportionem ad al  
teram ex eo quia prior illa est inter nihil & ens.  
Altera inter duo entia: Sed negatur maior secun  
di discursus: Vtrique enim uirtus est ens certum &  
firmum. Ens autem enti semper comparabile est  
in gradibus perfectionis nisi alterum esset uirtutis  
imense. Vnde apud Geometram inter punctum



& lineam nulla est proportio uirtutis tamen pocentis punctum & uirtutis producentis lineam est aliqua proportio / Alia quoque ratione no ens enti & distantia distantie iproportionabilis / Alia uero uirtus uirtuti sicut & punctum linee uno modo in comensurabile / alio uirtus uirtuti & nunquam uirtus uirtuti est impropotionabilis nisi ut diximus altera sit infinita Ratio igitur illa no potest inferre aliam impropotionem inter uirtutes nisi illam que est inter extrema distantiarum : & illa non infert / quia uirtutes non sunt illius capaces Igitur nullam. Quando enim aliquid nequit nisi si unum efficere / si illud non efficit nihil prius efficit. Concludamus igitur super distantiam infinitam nullam uirtutem posse: Nulla enim est distantia infinita tanquam media. Si uero ratione extremi sit talis infinitum nullum est factibile aut destrictibile: quis forsitan sic poducibile ut idiuinis.

**E**xcluduntur due rationes idem probate cupientes Ca. v. BONVS.

**V**idaz & alio medio eandem ostendere conclusionem sunt conati. Agens inferius pomittit (inquirunt) i agendo effectum superioris agentis / ut ars nature / Sed omnis creatura etiam angelica est agens inferius / Quare presupponet illa actione aliquem effectum ipsius supremi agentis Dei. Quicquid igitur aliquo presupposito agit creare non ualebit. BENI. Hec ratio quoque pomittit quod erat probanduz. Si. n. per effectum quem dicit creatura presupponere i agendo / intelligat subiectum in quod tanquam in passum agat accipit manifeste quod sibi probandum erat / Nam non posse creare / & non posse / nisi presupposito aliquo subiecto agere siue producere equalia sunt. Si uero intelligat aliquem effectum Dei absolute precedere omnes effectuz creature hoc certo concedi potest. Ipsa enim creatura de qua querimus / an creare possit effectus quidam dei est / Sed ex eo nil sequitur in re nostra. Neque etiam ualet similitudo de arte & natura / Ars enim aut nil nouum aut a accidens solum inducit / Quando uero agens producit substantiam presertim carentem materia non opus est ut aliquod pomittat / Neque omne agens inferius posuppo-

nit effectum cuiuscunque agentis superioris / Ve agens corporeum / & materiale non poterit effectum agentium creatorum incorruptibilium & incorporeorum. Deinde arguere sic / agens corporeum exigit effectum dei sine medio ab ipso productum / ergo agens incorporeum quod est superius nil posupponit in actione. Certo non licet / liceret autem ex concessis / Aut ut agens incorporeum presupponat effectum alicuius agentis superioris ipso deo quod est impossibile. Quia autem hec effectuum pomissio non sit ratione agentium sed ratione ipsarum actionum constat. Nam & ipse deus / qui mouet aut transmutat / necessario subiectum pomittit / quod quidem interdum possit esse effectus nature / Potest enim ex his lapidibus aliquod facere / & natura ipsa dum mouet alterando poterit effectum proprium que transmutet. Sicut igitur deus (nil exigit quippiam) generare aut mouere nequit sic omnis res creans / ut nil exigit opus est / Causa itaque non est ordo agentium talis presuppositionis / sed natura ipsarum actionum. BONVS. Sic tandem nonnulli eam rem probare nituntur / ut rationem ipsorum ad formam sic reducamus / Omnis actio creature est cum motu & mutatione. Nulla uero creatio est cum motu & mutatione. Quare nulla creatio erit actio creature. Minor est manifesta / Maior uero probatur / Quicquid est permixtum potentie est cum motu & mutatione / Sed tu creatura quod actio eius sunt potentie pomixta patet / Quia non sunt actus puri igitur sunt cum motu & mutatione. BENI. Vis totius argumenti i maiori posterioris syllogismi consistit / que an sit uera inspiciamus. Fatentur Theologi (& quidem recte) omnem creaturam permixtam esse potentie & nullam esse actum purum / que quidem permixtio interdum propria / Interdum uero sit superioris & communioris ratione / ita ut cuius etiam supreme creature aliqua pars perfectionis desit & quicque non ea ratione qua creatura deest perfectio / sed ea qua res est. Omnis poterea res creata fuit in potentia que a nonnullis appellatur obiectiua / Quia contingenter adesse deducta est / & duratio potest mensurare no esse illius ex utraque parte / quia & aliquo-



non fuit & aliquando posset ulterius non fore. Omnis denique creatura uidetur esse in potentia subiectiua, quia uel est subiectum alicuius accidentis, uel est accidens subiecto alicui in heretis. Omnibus his modis minor eiusdem syllogismi uera est, Nulla enim creatura actus impermixtus potest esse, His modis iam dictis maior autem est falsa. Quae enim consequentia est ista. Caret aliqua per sectione saltem ut res est. Igitur mouetur aut mutatur? Nam philosophi uidentur concedere antecedens de intelligentiis citra primam, & negare consequens. Deinde si maior illa esset uera sequeretur, quod non solum actio creature esset motus & mutatio, sed & substantia ipsa, prout precedit omnem actionem & operationem. Et ita motus inesset cui nulla inesset actio aut passio. Res etiam non existens moueretur eo quod est in potentia obiectiua, si omne permixtum potentiae moueretur. Materia quoque & omne subiectum a moto quocumque efficiente moueretur, eo quod sit in potentia subiectiua. Sic & quocumque forma sine efficiente flueret, quocumque eo remoto non minus sit in potentia. Unde nec philosophus concessit omnia moueri, quomodo omnia citra primum sunt potentiae permixta. Concludere igitur ex aliqua illarum rationum potentiae motum & mutationem, est facere fallaciam consequentis secundum dialecticos ipsum consequens ponendo pro antecedente. Nam ex motu & mutatione illae potentiae potius inferuntur quam e contra. Sicut ex colore affecto figuratum, aut quantum inferimus. Verum haec quoque ratio posset poni tanquam quidam modus declarandi propositum non autem ut ratio demonstrans, sed haec praetermittantur.

**P**onuntur ad probandum idem rationes acutiores quae etiam dicuntur non demonstrare.

Ca. vi. GEORGEVS.

**A**fferam acutiores ad hanc rem & subtiliores rationes. Praemitto primum tribus praemissis nullam substantiam angelos creare posse concludam. Primum quorum est hoc. Nullus actus, qui sit accidens requiritur in creatione substantiam, tanquam prior necessario ipso termino creationis. Secundum adiungo. Intelligere & uelle angelicum esse accidens & non substantia.

Tertio addo. Angelos nil producere posse, nisi illis actibus praeviis utroque uidelicet, uel altero. Probationes secundi praemissi loco magis a commodato adducemus. Tertium Auicena concedit & nullus negare uidetur. Primum duntaxat praemissum hic probare contendemus. Et ante omnia ad uerte actum in praesenti posse bifariam capi. Pro actu inquam transmutatio quo uidelicet propria transmutatum dicitur. Talis actus non potest dici ipsa intellectus aut uoluntatis operatio, quomodo sit respectus quidam actus talis operatio uero ens absolutum. Deinde ubi non fit mutatio, sed solum termini productio absque inductione aliquo ibi non est opus tali actu. Unde si ignis produceret quidem calorem, sed non induceret nullam calefactionem esset. Quomodo autem aliquid creatur, non oportet ut inducatur. Denique talis actus quo calor dicitur induci est in eodem subiecto cum calore operatio autem est in operante. Quare non erit eiusmodi actus. **MEN.** Diceret forsitan aliquis ex mente illorum quorum rationem assumpsisti calefactionem actiuam non esse in passiuo, sed in agente. **GEOR.** Arguebam ex his quae ceteri concedunt mihi fat erit ut calefactio passio sit in ipso subiecto rem producta suscipiente illa quae actio dicitur & si sit in agente non tamen est operatio. Sufficiet quoque mihi talem actionem non posse dici creationem, neque enim in creatione est opus transmutatione. Ex quibus constare potest operationem non posse esse actum transmutatiuum, ac etiam talem actum non requiri ad creationem. Actus quoque iterum dicitur capitur pro principio illo quo aliquid producere ualet, ueluti ignis calore in se existente calorem producit in ligno. Neque etiam hoc modo ipse operationes angelorum possunt dici actus, quia accidens nequit eo modo producere substantiam. Tum quia necessario requiritur subiectum in essendo, tum quia imperfectius substantia. Ex primo arguo ita. Omnis forma requiritur necessario receptaculum in essendo si actiua sit requiritur illud in agendo. Sed omne accidens est eiusmodi forma. Quare. Prior illa ex hoc erit manifesta, quia nunquam forma quae est terminus actionis est a materia absolutior, quam forma quae dicitur actionis principium.



L.  
Secus enim productum esset suo producente minus dependens. Absoluti enim a materia minus dependere arbitramur. Ex altero uero sic mihi ratio cinandum uideo. Omne producens ut principium formale perfectius est termino producto si equiuoce producat / aut certo eque perfectum / si uniuoce. Constat autem substantiam ratione formali & propria nobiliorem esse accidente. Quocies autem aliqua propria natura se excedunt minimum superioris excellentius est maximo inferioris. Quamobrem minima substantia preclariorem supremo accidente. MEN. Dicerent ad hoc accedens uirtute substantie posse producere substantiam / ueluti anima carnem generat calore medio ut in secundo de anima dicere uidet philosophus. GEOR. Et ego responderem illis / Calorem non generare etiam uirtute anime / Sed solum altera do disponere / ut ipsa anima generet. Quae quidem dispositio non occurrit in creatione. MEN. Domus exterior & manufacta fit a demo interiori & in mente reposita / & tamen demus exterior uideatur habere esse perfectius / Nam demus in mente solum habet esse cognitum. GEOR. Demus manufacta addit lignis & lapidibus accedens soli. non & forsitan respectuum demus uero in mente ratione cognitionis quae est causa demus exterioris nobilior est ueluti accedens spirituale corporeo. SOR. Angelum posse creare non operatione potentie / Sed ipsa potentia cur non poterimus dice resicuti patem indiuisis non dicunt ipsi aliquid producere actu intelligendi aut uolendi sed ipso intellectu & uoluntate / Quae quidem potentie secundum eos sunt substantie etiam in creaturis. Neque ipsi concedunt actum intelligendi aut uolendi etiam si substantie sint ullius rei posse esse principia productiua. Tertium ergo premissum ut operationes eiusmodi nil producere possint / Non quia accidentia sint solum / sed quia fines ultimi concedimus. Neque igitur haec ratio propositum demus strare uideatur / Nam & si nullum accidens necessario concedamus a substantia praesupponi / tamen an ipsorum angelorum operationes sint accidentia uia naturae non constat. Quidam enim etiam nostras operationes nostris potentibus con-

creatas etiam ex Theologis putant. Esto tamen ut sint accidentia id ad rem nil attinet. Alias. h. de clarauimus actum illum / quo res ponit inesse neque esse relationem / neque respectum ullum / sed esse talem conditionem producentium ut ad esse producentis fluat esse producti. Puta adesse ignis sequitur esse caloris in ligno aproximato / immo & ignis in materia ligni recipitur sine ullo respectu tali preuia soluz a motis impedimentis & passiuo applicato in debita distantia ipsi agenti / Sicut & facie hic existente / & appposito sibi speculo ex templo imago gignitur & in esse genitum / atque productum imo & creatum sunt posteriora ipsa re / quae genita aut creata dicitur. Vnde etiam secundum eos in primo signo est deus uolens angelum pro tali tempore / in secundo uero est ipse angelus in tertio autem fundat in se relationem ad ipsum Deum. Sic illi qui angelos creare faterentur dicerent adesse unius posse poni esse alteri. De hoc tamen ille potius arguit ad hominem quam ad rem. Auicena enim solus inter peripateticos cum suis sequacibus intelligentias creatas propriis operationibus alias creare astruit. Facile autem praeter illis premissis angelos nequire ullum accedens creare / quia tunc producerent non inducendo & ita terminus actionis esset suo principio absolutior / & si possent alicui formae dare esse sine subiecto possent eo modo talem formam & conseruare.

¶ Quo pacto Deus medio creature potest creare quocumque. Ca. vii. BASILEVS.

**A**N creatura Deus ipse possit creare tanquam quodam instrumento. BENI. Plurima hic praetermitto aduerte solum causas instrumentalem differre a causa quam philosophi secundam uocant. Causa enim instrumentalis in octo & quiete non habet in se principium motionis ueluti causa secunda. Est quae causae instrumentalius uaria conditio / Nam quaedam disponunt solum ad effectum inducendum / ut calor disponit lignum ut ignis possit illi suam formam imprimere / Quaedam uero attingunt ipsum principalem causae effectum / ut sunt instrumenta omnium imprimentium / siue in cera / siue in papira ueluti moderni faciunt librari & impressores / quae







gruum q̄ fuit ut habitatores celestes nō fuissent  
creati ante suum habitaculum. ¶ Neque moto-  
res ante corpora mobilia. ¶ Neque administra-  
tores & procuratores salutis & boni hominū om-  
niumque rerum corporalium ante hominem diu  
& omnem rem corporalem. Sunt ergo & mihi  
auctoritates atque congruitates non minus effi-  
caces. BABA. Quo pacto Calixtus dixit precoe-  
ptorem nostrum diui Hieronymi compatriotam  
quom̄ ille Illiricus dedardania quā hodie Bosnā  
uocant fuerit / de oppido enim ortus est quod in-  
ter Dalmatiam atque pannoniam situz est & Sri-  
donis siue medialis nomen sortitur quo etia3 uul-  
go medium diem ebdomade appellant hic uero  
sit Saluiatum precella domo florentinę urbis pro-  
sapia decoratus. BONDIVS. Immo urbi nates  
est de generosa felixium domo / Quidam etiam  
ipsum Anglum / nōnulli Galluz. Communis uox  
Macedonem aut grecum nuncupant. BABA.  
Non ergo eiusdem generis cum glorioso Hiero-  
nymo. BENI. Abicite istaz super uacaneaz que  
stionem quam de me sumpsistis. Nunquid ego  
homerus suz ut septę ciuitates uel regna pro me  
decertent / Qui nequit esse de urbe / erit saltem de  
orbe / Gallum me homines quandoque aut An-  
glum putauerunt: quia illuc gratia litterarum ca-  
pescendarz accesseraz. Vbi plurima doctorz mul-  
tudo. Grecus quia patrocinio magni uiri Bessa-  
rionis Cardinalis niceni in litteris educatus Ma-  
cedo propter patrię uiciniam / Tripolitanus  
ego sum quia tribus ciuitatibus donatus urbina-  
tensi ab Inelyto Federico Urbini Duce principe  
uirtutis incomparabilis. Et domo felixiu3 non ab-  
iecta / Florentina Ciuitate amoenissima & domo  
Saluiatum gloriosa / Siluana quaz Rhagusiu3 uo-  
cant natura & beniuolentia potius q̄ electione.  
Sed ad rem bifariam de creatione angelorum lo-  
quuntur uiri sancti. Greci nāque doctores / eos  
ante molem mundi creatos asserunt unde Dama-  
scenus libro secundo ait quidam dicunt ante om-  
nem creationem scilicet a Mose descriptam An-  
gelos genitos esse ut Theologus. Hoc est Grego-  
rius Nazanzenus patronus Dardanorū siue Bos-

1  
nensium / Et diui Hieronymi preceptor in sa-  
cris scripturis. Qui dicit Deus primo excogitasse  
angelicas uirtutes & celestes & ex cogitatio op-  
tius fuit. Que quidem opinio non est ut erronea  
putanda quia catholicorum doctorz est: & illius  
qui Anthonomasice Theologus nominatus est  
& cuius dictis Hieronymo Teste nullus unq̄ ca-  
lumniam inferre preumpsit. Veluti neq3 Atha-  
nasi sacris documentis. Decet q̄ latinos non om-  
nis grecorum opiniones tāq̄ erroneas refutare ne  
totiens coniunctus paries ecclesie christi itez atq̄  
iterum diuidatur. Si nāque multas opiniones ec-  
clesia tollerare ob reuerentiam doctorum qui sunt  
ordinis predicatorum aut minorum quanto ma-  
gis tollerare debet tantę tāq̄ inelyte nationis &  
doctissimę presertim antiquitus gentis & sancto-  
rum eius opinioes / Et eo magis quia latini i doc-  
trina sunt filii grecorū: Prius enim apud eos om-  
nis doctrina coepit Et Hieronymus unus de pre-  
cipuis latinorum doctoribus greci doctoris disci-  
pulus fuit. Hęc iccirco dixerit / ne latini mei sint  
prompti ad condemnandū grecos / Ex quo post  
modum oriunt̄ i ecclesia Dei diuisiones & scisma-  
ta / Sed alter alterius onera portet quo ad fieri po-  
test in Christo. Comuniore autem apud latinos  
opinio extitit angelos creatos fuisse cum natura  
corporea simul. Totum enim siue uniuersuz illis  
sex diebus fuit creatum cuius angeli sunt potior  
pars. Quod apparet ex ordine rerum corporalium  
inter se atque euz rebus spiritualibus. In quo qui-  
dem ordine / & continuatione / secundum philo-  
sophum. xii. diuinorum precipue consistit bo-  
num uniuersi. Et quia Dei perfecta sunt opera  
unde totum hominem sanum fecit Christus  
iccirco & totum uniuersum simul creauit. Ne  
quoq3 pars ipsa a toto suo separata imperfectior  
uideretur. Congruentię & auctoritates pro utra-  
que opinione inductę sunt. Latini itaque Hiero-  
nymum greca opinione ( que tolleranda ) locutu  
aiunt. Et primo natura siue dignitate Angelos  
creatos fuisse. Neque ualeat dicere Sunt quo ad  
naturalem perfectionem medii inter Deum &



naturam corpoream igitur & ante tempore crea-  
ri debuerant. Nam homo uiuentium nobilissimus  
postremo creatus est qui tamen quom sit partim  
corporeus partim in corporeus mediuz locuz iter  
illa possidet. Quia potior congruentia uincebat  
ut uidelicet. Ea que sunt priora in intentione ef-  
sent posteriora in executione. Greci autem dice-  
rent Deus omnia simul creasse preordinatiõe eter-  
na / uel omnia corporea in materie prime uirtu-  
te / Sic & in initio reum corporalium terram fun-  
dauisse & in principio temporis creauisse celum  
& terram / Aut in principio hoc est in filio put  
ipsemet exposuisse uidetur dicens ego principiu  
qui & loquor uobis. Et quom sint i corporei cor-  
poreo non indigebant habitaculo / Et motores  
atque procuratores / prius fieri non in congruit  
immo causam prius producere & mouens q̄ mo-  
bile loquendo in fundamentis potius congruit.  
Dei quoque pfecta sunt opera quia unūquodq̄  
dum creatur perfectum est / unde prima die crea-  
ta erant bona sicut & tertia atque sequentibus / q̄  
uis cuncta essent ualde bona. Et anima est magis  
paris quia formalis / nec tamen eam in congruit  
sine corpore beari. Et post iudicium omnes spe-  
cies rerum mixtarum ratione carentium deficiet.  
¶ Angelos creatos esse cum celo Empyreo acu-  
te inducitur. Ca. ix. BINCIOLVS.



N sunt creati simul cum celo empyreo  
& prima die queri posset. Et sunt mihi  
rationes pro parte negatiua. Nam si pri-  
ma die & cum tali celo fuissent creati.  
Igitur circa sex milia annorum circiter usq̄ nunc  
durassent quod inconueniens uidetur. primo quia  
sic Deus solitariuz usq̄ tunc fuisse opinari oportet.  
¶ Secūdo quia tunc res natura sua corrūp-  
tibilibus / et spiritualibus / Deinde quod non  
dependet ab alio dum est / non dependet ab illo  
dum sit. Sed angeli non dependent a corpore  
dum sunt igitur neque dum sunt. BONDIVS  
Ex negatiuis nil sequitur. BASILEVS. Fiant  
termini infiniti. Quod est non dependens & rur-  
sum Angeli sunt non dependentes. Tertio Si ef-

sent creati in celo illo supremo quo pacto Luci-  
fer dixisset prout scribit Esaię. xiiii. Ascendam  
in celum & ponam sedem meam ad aquilonem  
& ero similis altissimo. Augustinus quoque di-  
cit. iii. sup gene. ad litteram / Angelos fuisse crea-  
tos in superiori parte aeris. Quare non i celo illo.  
¶ Denique si uera sit philosophi sententia. vii.  
diuinorum paulo ante allata / Vt priora in inten-  
tione sint ultima executione / Angeli certo post  
omnia creati debuerunt / quia in mente diuina  
omnibus creatis preponebantur tāq̄ nobilissimi  
omnium. Et primo Deus uoluit ipsis beatitudi-  
nem. Deinde gratiam & merita quia omnis ordi-  
nate uolens prius uult finem q̄ media ad finem.  
Merita uero ipsorum ut magister ait fuerunt ob-  
sequia hominibus prestanda unde & homo factus  
esse dicitur / pro restauratione ruine Angeli  
cē tunc sic homo factus est propter angelum quia  
pro restauratione ruine / Et omnia corporea di-  
cuntur facta propter hominem. Iccirco ultimo  
factus est homo. Igitur Angelus etiam homine  
posterior fieri debuit ob quem & plasmatus est  
homo. CALIXTVS. Rationes tuę redol-  
lent uiuacem philosophiam Strabo tamen & Be-  
da ac latinorum pene omnes nomine celi non uisi-  
bile. Hoc firmamentum in quo stelle & sydera  
ac signa lucent appellatur sed empyreum hoc est  
igneum uel intellectuale quod a splendore non  
ab ardore tale dicitur. Et illud statim ut factum  
est angelis repletum fuisse dicitur. Deinde Si tūc  
non dicantur creati cum celo. Igitur Moses de  
ipsorum creatione nullam neque expressam ne-  
que tacitam mentionem fecisset. Quod preter-  
mittere omnino absurdum fuisset. BENI-  
GNVS. De his que contingenter & pro nutu  
Summi Dei conditoris omnium sunt / homines  
rationem assignare uincem non ualent. Con-  
gruum tamen esset & rationi satis consentaneum  
iplos post hominem creatos fuisse Si fuerint eo-  
prios in intentione. Congruum etiam esset ut  
diceremus eos añ oīa tēpora diu / & p multas eter-  
nitates hoc ē durōnes longissimas ita ut ab hōibus



numerari minime ualeant & de his diebus forsan Salomon inuuit quando dixit. Dies seculi quis enumerauit? Et hoc pacto uulgi fortassis inda gant. Quibus cum erat Deus anteq̄ mundum creasset satisfacere possemus respondendo Cum angelis. Congruum quoque est & scripture acco modatum eos prima die uel potius ante omnem diem fuisse creatos. Sed posteriores modi sunt usi tatiores. Nam si primus teneretur / oporteret / non ita cito expulsum de paradiso hominem dice re. Fuerunt namque more quēdam Angelorum ante casum postquam temptauit hominem / Sed hęc facile accomodari possent. Nunc tenēdo opi nionem latinorum comunem / Ad obiectiones contra eam respondendum est Ad primam con cedo eos tantum durasse quantum & celum em pyreum / Et Deum usquetunc solitariuz fuisse hoc est sine presentia in se ullius rei create. Ta men in maiestatis folio semper tres sedisse & om nem creaturam ita uidisse anteq̄ facta esset sicut & postq̄ facta est: Neque earum extremam sibi ullum gaudium aut cognitionem addidisse quia sibi soli sufficit neque bonorum nostrorum eget. Pro inde & si angeli per multas origines secu lorum antea fuissent non tamen ab eterno & ita deus per secula infinita sine ipsis fuisset. Et sicut non inconuenit hominem qui angelis propin quior post omnia corporea creati sic neque ange gelum euz primo corpore Placeret tamen mihi ( si fas sit ) opinari non solum angelos sed & celos ipsos atque hominem cum reliquis longe & in comparabiliter prius creata fuisse q̄ comuniter teneatur ad doctorib⁹ hebreis & christianis / Ne que Mosen omnes ex Adam sine medio genitas expressisse: neque catena quadam semper de pa tre in filium descendisse sed interdum accensu mo attauo ad nepotem. Solum enim ea te retextuisse uidetur ut Abraham primum patrem fi dei ex quo & Auo suo hebrei dicti sunt & de quo descenderunt ostenderet. An tamen hoc teneri possit alias / Et hoc modo dies seculi etiam a par te ante dinumerari nō ualent. ¶ Ad secundū

posset prior propositio negari nam compositum in esse nō depēdet a priuatione / tñdēpendet in fie ri unde tria sunt rerum naturalium principia in fieri / Duo intrinseca in esse tamen dico non iccir co eos cum corpore primo creatos quia ab ipso dependeant / Sed presidentes nobilitate omnibus & corpora mouere ualentibus cōgruū fuit cū su premo & in supremo corpore creati non tamen necessarium. Vnde forsan neque omnes in celo illo sunt creati. Forsan enim omnes celi pleni sunt āgelis. Et si peccator primus fuisset d̄ nume ro Angelorum inferiorum poterat dicere Ascen dam in celum ad litteram. Si de numero superio rum tunc uoluit ascendere ad celum: Hoc est ad equalitatē Dei. De quo postmodū. Augustinus uero quia tenuit Angelos creatos ex subtilissimo aere iccirco dixit eos in parte superiori aeris fuisse creatos / Deinde celo in missos Sicut & Adam ex tra locum uoluptatis fuit plasmatus Deinde in illum inductus. Vel si incorporei sunt sua opi nione ( ut cum excusamus ) forsan post omnia corporea ibi fuerunt creati & postmodum intrō ducti. Aut loquitur de quibusdam celis aeri pro pinquioribus. Vel per aera intelligit illud pri mum celum quod sua subtilitate sibi assimila tur. Ad sequens dico angelos non indigere obse quio corporum iccirco non ordinantur corpora in ipsos sicut in hominem. Qui est aliquomo do finis omnium corporalium q̄ uis prima corpo ra forsan respiciant eos ut suos motores poterant ergo creati & prius & simul atq̄ posterius. Quia neque sunt finis aliorum / neque ad finem. Sed solum creati sunt ut summi boni atq̄ eterne bea titudinis fierent consortes & ad finem q̄ est deus Possentque perfecta potiri beatitudine nullo cor pore existente. Neque opus est ut merita sua con quiserint ex obsequiis prestandis ut uidebitur. Neque homo factus est obeam causam ut ruina restaretur. Quia etiam nullo angelo peccante factus fuisset. Immo forsan creatio futura hōis fuit occasio ruine āgeloz De quo postmodū / Ec ce uidetis de angeloz creatioē quāta dici possunt.



Homines sumus. Aliud nos dicere nescire fate-  
mur. Mosen quoque si de ipsis ullam mentionem  
fecerit etiam tacitam nil potest constare. Quam-  
vis de hoc tot sint imaginationes quot doctores.  
Dixit certo Deum creasse lucem & a tenebris di-  
uisisse & lucem appellasse diem & tenebras noctem.  
Si per lucem angelos intellexerit & bonos die ap-  
pellauerit malos autem noctem / tunc die prima  
creatos perhibet. Si autem quando in principio  
creavit celum: tunc ante omnem diem ut quidam  
exponunt sunt creati. Si dixeris post hominem  
eos creatos / tunc tibi eorum tacite meminit / quum  
dicit Benedixit diei septimo & sanctificavit eum  
& in illo requieuit quia ultimum & nobilissimum  
opus per fecit ideo sanctificavit & benedixit & i  
bonis angelis perpetuo requieuit. Si autem crea-  
ti fuerint per multa secula imaginaria antehunc  
mundum / sensibilem / tunc de illis nullam men-  
tionem fecit. Moses nisi nomine celi intelligas An-  
gelos creatos in principio / idest diu ante omnia /  
Et terram idest materiam primam / & ita fuisset  
tam angeli quam materia prima per multas origines  
prius mundo creata. Vnumquodque horum cum si  
de christi stare poterit. Noli solum quicquam eternum  
preter Deum ipsum cogitare & non peccabis. BA-  
SILEVS. Nullum falsum stat cum uero / Cito  
enim falsum discrepat a uero ut dicitur primo  
ethicorum. Sed aliqua illarum opinionum de an-  
gelorum creatione est falsa. Igitur non stabit cum  
fide que uera. BENIGNVS. Non omne falsum  
repugnat uero / Sed illud quo ipsum uerum ue-  
luti quodam opposito suo destruitur. Quomodo ita  
que fides id solum dicat. Nil a Deo eternum huic  
autem ueritati non opponatur ulla illarum opi-  
nionum / stabit ergo cum fide / quia non contra  
dicit fidei. Oremus totis uiribus ipsorum qui re-  
manserunt consortio iungi. Et quia cuncta no-  
bis intentant pericula & mortem / Et mundi re-  
nouatio. Et nuptiarum igni preclara ( ut expec-  
tatur ) solemnitas : erit occasio excidii plurimo-  
rum. Ipsi sancti Angeli procuratores nostre sa-  
lutis ut uitam nobis & ueniam impetrent de pre-  
cemur. FINIS.

ARGUMENTVM QVINTI LIBRI.

**N**onis Iunii anni prememorati dum  
sacra que penthecostes appellamus  
celebraretur. Et de gratia sancti spi-  
ritus in igneis linguis supra Apосто-  
los transmissa collocutio fieret. Aderat uiri orbe  
nomiatus. Bonichus Bondenalius Iuris utrius  
doctor peritissimus. Aderat quoque Georgeus  
meus darfichii & mete atque aspectu decorus. Tu  
Quidam ex acutioribus itere proposuit de Angelis di-  
sputationem. Cuius occasione que inferius scri-  
buntur fuerunt inter nos comodo quo notan-  
tur declarata.

**C**apita quinti Libri. In quo agitur de gratia  
An mox ut creati fuerint etiam angeli beati absque  
ullo merito preuo. Ca. i. primum.  
An oportuerit Angelos gratia preeditos fuisse  
antequam mouerentur in Deum & plurima indu-  
cuntur quibus ostenditur nullum posse in Deum  
moueri sine concursu gratie specialis. Ca. ii.  
Inducuntur plurima in oppositum quod possit uol-  
untas seipsa ferri in Deum. Ca. iii.  
Declarat preceptor quid hac in re sit sentien-  
dum. Ca. iiii.  
An fuerint omnes in gratia creati. Ca. v.  
An prius beatitudinem meruerint quam eam accepe-  
runt & declaratur quo pacto potuerint me-  
reri. Ca. vi.  
Angelos meruisse premium quod acceperunt. Ca. vii.  
An exemplo fuerunt beati uel aliqua morula  
fuerit. Ca. viii.  
An beatitudinem susceperint iuxta naturarum  
uarietatem ampliolem & minorem. Ca. ix.  
An ipsi angeli peccare possint. Ca. x.  
An beati Angeli possint in beatitudine profi-  
cere. Ca. xi.



QVINTVS LIBER INCIPIT.

**C**An ipsi angeli mox ut creati fuerunt etiā beati absq̄ ullo merito preiū. Ca. primum.

CHROSIVS.

**P**ostq̄ itē diuina gratia nos congregari contigit. Anteq̄ alia aggrediamur compleamus de angelicis spiritibus sermōnes nostros. Et inquiramus an fuerint mox ut creati (quōcūq̄ creati dicantur) et beati. Dein de an indiguerint gratia / adhuc ut possent mentem ac uoluntatē suā in ipsū eorū conditorē conuertere. Tertio an fuerint creati ī gratia omnes. Et post hoc. An fuerint beati ex meritis precedentibus & an illico ut meruerunt sint adepti beatitudinem. Et ulterius an iuxta naturā suā dignitatem sint sortiti gratiam & beatitudinis gloriam / Et an adepta beatitudine remansit in eis dilectio atq̄ naturalis cognitio / Denique an poterint nacta gloria in peccati precipitium cadere & eo inquirari. Tandem nono loco uidendum est an obuenta Dei uisione crescere & proficere ī merito ualuerint. BENI. Qui soles pauca mētris nūc multa paucis absoluiſti. Vt illi tñ dubio qd̄ primo loco p̄positum est prius faciā p̄ uirili mea satis aduertite omnes de beatitudine apud Theologos contingit loqui bifariā. Quēdā n̄ beatitudo dicit̄ naturalis quā uidelicet creaturē aſsequi ualent suę nature uiribus intellectu uidelicet & uoluntate. Et de hac foelicitate differit philosophus in libris ethicorū. Quā ī contemplatione substantiarū a materia separatarū ponit siue illa sit umbratilis ut nostra siue clara & aperta ut ipsarū intelligentiarū in primā intelligentia. Quēdā uero beatitudo dicit̄ sup̄ naturalis quā nō est uolentis aut currentis eam adipisci / Sed Dei solum miserentis Gratia. n̄. Dei uita eterna: & hęc ī apta dei uisione consistit. Discordamusq̄ hic a p̄bō. Nul li. n̄. intelligentiarū eam uisionē naturalez dicim⁹ nisi & ipsum Deum intelligentiā appellaueris) Et tunc uni solum hoc est ipsi talis beatitudo natura cōpetet CHRO. Quid est beatitudo? BENI Est summa nature intellectu predictę p̄fectio / ultimum desideriorū / bonum ip̄ se sufficiens / Et status omnium bonorū in uno bono conuictione

& aggregatione p̄fectus. Si itaq̄ loquamur de beatitudine naturali prout consistit in cognitiōe abstractiua diuine essentię quā angeli habuerūt uel per speciez concreataz uel propria essentia presentante posset teneri eos in primo instanti creationis fuisse beatos. Quom nā q̄ fuerit creatus cum actu primo p̄fecto / uidetur potuisse in primo instanti suę creationis Deum agnoscere & agnoscere ut summum bonum amare / De quo latius disputabitur. Verū in primo instanti in sup̄naturali beatitudine / beatus non fuit qd̄ uel ex eo p̄. Quia post creationem quidam ceciderunt. Foelix autem noster / miser amplius nunq̄ euadit. Neque fas est opinari quosdam solum beatos in creatione fuisse & non omnes. CHROSIVS. Semper angelos corporibus primis assimilasti: Cur hoc loci dissimiles reddis: Corpora nāq̄ illa cum omnibus p̄fectionibus sibi competentib⁹ fuerunt creata / Angeli ut dicit̄ expectarunt ultimam & optimam p̄fectionem actum beatitudinis. BENIGNVS. Si materia omnium ut uiro docto & omnia memoriter tenenti respondeā simul cum angelis ante omnia diu creata extitiss̄ de qua secundum Theologos et celi facti sunt: nō certo tota natura celestis ab initio esse completum habuisset. Sunt q̄ latini doctores. qui prius celestia corpora creata q̄ ornata fatentur & ita n̄ prima corpora extemplo omnem p̄fectionē sumpserunt. Solum sequendo Augustini opinioez dicentis ea que leguntur facta ī operibus sex dierum / simul facta fuerunt oportet dicere ī hoc angelos fuisse illis corporibus dissimiles. Neque mirum quom illa sit p̄fectio naturalis hęc angelorum super naturalis: fuerunt similes in his q̄ natura utrisque competunt. Vnde secundum Augustinum plantę tunc nō germinauerunt sed uirtutem germinandi solum susceperunt sic angeli ī prima sui creatione uires susceperunt quibus ad beatitudinis susceptionē dispositi fuisset. CHRO. Cōtradic̄ iste opinioni Augustinus Nā de ecc̄ dogmatibus angelos btōs a principio uidet̄ asserere / Et sup̄ gene. ad li. eos a principio notitiā matutinā huille q̄ est ī uerbo opinat̄ & ita semp̄ fuisse btōs. BE. Dixim⁹ illā beatitudinē fuisse p̄ sp̄m



concreatam diuine essentię. Loquor cu3 uiro me-  
 moria prestantissimo & dignitate resplendēte ex  
 cuius distincta cognitione cognoscebant creatu-  
 ras distincte, uel forsan propriam essentiam spe-  
 culando Deum agnoscebant. Sed eo modo nō co-  
 gnouissent Deum distincte, neq3 creaturas ī ipō  
 cognito: sicut n3 nos eū ex aliis cognoscentes. Si tñ  
 posset probare ut cognosceret Deum non sub pro-  
 pria ratione cognosceret res in ipso illa expositio  
 posset approbari: tamen adhuc difficile esset uide-  
 re quo pacto matutina uocaretur quom potius  
 esset Umbratilis & enigmatica. Hic Augustinū  
 exponere op3 si ob reuerentiam negare nō liceat:  
 Dicuntur autem angeli perseuerare in beatitudi-  
 ne qua creati sunt: non quia beati sunt creati: sed  
 quia statim post creationem in beatitudinem fue-  
 runt assumpti. Vel perseuerant ī beatitudine cui9  
 intuitu creati fuere. CHRO. Augustinus super  
 gene. ad li. dicit Naturam angelicam primo ī for-  
 mem factam & celum dictam. Postea formata3  
 & lucem appellatam qñ. s. ad Deum est conuer-  
 sa perfecta dilectione sibi in herens. BENI. Co-  
 gis me & memoria grādi & auctoritate graui Di-  
 eo tamen qd Illud prius & posterius fuit ī cog-  
 nitione angelica nō ī successu tēporis. CHRO. Po-  
 tuit necne Deus angelos btōs creasse. BENI. Po-  
 tuit pfecto. Sicuti nāq3 dedit eē poterat ipō tūc  
 cōcedere & beatum eē. Nā p quocūq3 īstanti de9  
 potuit eam conferre & ipsa idonea fuit recipere.  
 Actiuo nō īpedito & patiente disposito stante.  
 Quid obstabit ut actio uel non sequatur uel seq-  
 non possit: Potuerunt ergo angeli semper fuisse  
 beati non tamen semper fuerunt.

**C**An oportuerit angelos gratia p̄dito fuisse ad  
 hoc ut moueri possent in conditorem Deum.

Ca. ii. GEORGEVS

**O**mines gratia Dei idigere dicunt si in  
 Deum moueri aut beati eē uolunt. Accir-  
 co īqro an ēt angelos oportuit grā Dei  
 phabita ī ipm cōuertē & ppetuā foelicitatē adipi-  
 sci. MEN. Quis ignorat qd nisi deo uolētē uisio-  
 nem ipsi9 ī q̄ illo dūtaxat largiētē cōcedit Nemo  
 habiturus sit: Quis principis amicitia nisi ipō uo-  
 lente aut regni sui particeps eē poterit. GEOR.

Noui id & ipse / S3 grā dei nō solum ē uelle Dei  
 sed hīcus qdā menti īfusus ueluti splendor quo  
 cōcaufante actio oīs fit accepta deo / Illo absente  
 nil illi acceptabile / An ergo necessarius sit an an-  
 gelos eiusmodi splendorē habuisse / ita ut absq  
 illo nō solum foelices eē: s3 n3 moueri amore ī ip3  
 deum potuissent. MEN. Supuacaneum ē illud in-  
 quirere. Quom nāq3 grā nō tribuat nisi disposi-  
 tis atq3 ipsam petētibus & anclātibus prius hō ī  
 deuz mouebit & cōuertēt Sicut & angelus q̄ gra-  
 tiam recipiat. Si nāq3 dispositionē ad gratiā / gra-  
 tia p̄cederet ad qd disponeremur: Nemo. n. dis-  
 ponit ad suscipiendū qd an dispositionē iā possi-  
 det. GEOR. Dicereēt forsan aliā gratiā eē que ut  
 disponamur p̄cedit: aliā uero ad quā disponimur  
 MEN. Semel certū est gratiā absq3 dispōne p̄re-  
 uia hōibus nō cōcedi ergo anq̄ illā gratiā q̄ p̄ce-  
 dit ut disponamur hēamus dispositi ad illā fuim9  
 & itēq̄ illā dispositionē gratia p̄cessisset & abire  
 mus p̄ uā ī cognitā. Et esset altercatio ī utilis ue-  
 luti de ouo & gallina. GEOR. Gratia m̄tfariā  
 accipit. Quēdā nāq3 gratiā data / qdā gratū faciēs  
 Quēdā gratū u (ut sic dixerim) dei auxiliū / dif-  
 positio itaq3 gratiā gratū faciētē (q̄ hīcus) q̄ splē-  
 dor diuinus ē ī hōibus nūc p̄cedit dispōne3 ue-  
 ro gratia q̄ specialis dei opitulatio. Et ibi erit sta-  
 tus. Non itaq3 eadē gratia p̄uenit dispositionē  
 & sequit. N3 ad omnē gratiā dispositionē p̄uena  
 est opus. Queramus igit an ipsi angeli sine gra-  
 tia auxiliante poterant moueri ī deum & cupere  
 atq3 sese ad ipsam gratiā gratum faciētē dispo-  
 nere & preparare. MEN. Hoc ēt inquirere fru-  
 stra est Quom angelos teneamus ī gratia fuisse  
 creatos. In ipsi9 ergo nequit dispositio ad gratiā  
 p̄cessisse gratiam. GEOR. Non est opinio ista  
 omnium. Concesso itaq3 ut sine gratia fuissent  
 creati / querimus an disponere se ad gratiam gra-  
 tum faciētē absque gratia illa opitulatrice &  
 auxiliatrice potuerint. MENTIVS. Hęc sunt  
 p̄ceptori nostro non s̄nobis determinanda.  
 BENIGNVS. Lētior animo in dies euado /  
 dū magis magisq3 uestri ingenii acumiā p̄pēdo.  
 Rē sane disputat̄ cepistis acerrimo & acutissimo  
 hiiii



Doctore dignam in qua Theologi diuisi sunt & sibi mutuo aduersantur. Omnes tamen aut Scoti aut Thomę fauēt opinioni. Surgite igitur. Eya surgite / Et unusquisq; sui doctoris rationes idu cat. BASI. Tenebo ego & auctoritatibus atque rōnibus probabo / Nullam creaturā absq; auxiliatrice gratia se posse preparare ad gratiam / In prouerbis ita scribitur A domino gressus hominis diriguntur Et Iere. xxxi. Conuerte me dñe & conuertar ad te & Trenoz; ultimo. Cōuerte nos domine ad te & cōuertemur / Veritas q̄. Io. Vi. clamat Nemo pōt uenire ad me nisi pater q̄ mi sit me traxerit cum. Et omnis qui audit a patre & didicit uenit ad me & Io. xvi. Sine me nihil potestis facere. Augustinus quoq; de correctiōe & gratia capite. xxxvii. de primo etiā homine in statu adhuc Innocentię posito ita loquitur. Istam gratiā nō habuit homo primus qua nūq; malus esset / & sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset Sed eam tamen p̄ liberę arbitrium deserere posset. Nec ipsum ergo Deus cō uoluit sine sua gratia quam reliquit i eius libero arbitrio: Qm̄ liberę arbitrium ad malum sufficit Ad bonum autem parę est / nisi adiuuetur ab omnipotente bono / Quod adiutorium si homo illę per liberę arbitrium non deseruisset semper esset bonus. Sed deseruit / & desertus est. Tale quippe erat adiutorium quod desereret quum uellet & in quo permaneret si uellet. Idem in Enchiridion sic loquitur. Et si peccatum i solo libero arbitrio constitutum esset / non tamen iustitię retinendę sufficiebat nisi participatiōe imutabilis boni / diuinum adiutorium pręberetur. Sicut. n. mori in potestate est hominis quum uelit / & nemo est qui seipsum (ut nil aliud dicam) uel non uescendo possit occidere / ad tenendā uero uitā nō satis uoluntas est / si adiutoria siue alim̄toꝝ siue quorūcunq; tutaminum desunt / Sic homo in paradiso ad se occidendum relinquendo iusticiā idoneus erat per uoluntatem / ut autē ab eo teneretur uita iustitię parę erat uelle nisi euz ille qui fecerat ad iuaret & de Ciui. Dei libro. xiiii. Cur non permitteret Deus ut a malo Angelo homo temptaretur. quandoquidē sic erat institutus ut si de adiu

L.  
torio Dei fideret bonus homo malum angelum uinceret. Si autē creatorē atq; adiutorem Deum superbe sibi placendo desereret / uinceretur / Et paulo post & ipsum fidere de adiutorio Dei / nō posset homo sine adiutorio Dei. Et itez; sicut in hac carne uiuere sine adiutōis alim̄toꝝ i potestate nō est. Non autē uiuere in potestate est / quod faciunt qui seipsos necant / Ita bene uiuere etiā in paradiso non erat sine adiutorio dei in potestate. Erat autem in potestate male uiuere / Ille idē de natura & gratia sic ait. Liberę arbitrium per gratiam datam adiuuabatur / ut sine hoc adiutorio in bono non maneret Ibidem si hoc adiutorium uel angelo uel homini quum primuz facti sunt de fuisset (qm̄ non talis natura facta erat ut sine diuino adiutorio possit manere si uellet) non utiq; sua culpa cecidisset / adiutorium quippe de fuisset sine quo manere non posset Nunc autem quibus de est tale adiutorium iam pena peccati est / quibus autē datur secundum gratiā datur non secundum debitum Augustinus ipse de Ciui. Dei. li. xii. expresse ad prōposituz loquitur. Si boni angeli fuerunt prius sine bona uoluntate eamq; in se ipsis Deo non operante fecerunt / ergo meliores a seipsis q̄ ab eo facti sunt? Absit. Aut si non potuerunt seipsos facere meliores q̄ eos ille fecerat quo nemo melius quicq; facit / profecto & bonā uoluntatem qua meliores essent / nisi operante adiutorio creatoris habere non possent. Augustinus etiam ad Bonifacium. Non potest inquit homo aliqd boni uelle / nisi iuuetur ab eo qui maluz nō potest uelle. Et in libro de predestinatione: prius est cogitare bonum q̄ facere & ipsuz tamen cogitare bonum ex Deo est. Et in li. de ecc. dogmaticis. Mouet ad querendā salutē libertas arbitrii sed mouente prius Deo. Et in soli loquiis uelle ēē quod bonum est non possuz nisi tu uelis. Bernardus idem confirmat in li. de libero arbitrio Tria in nobis operatur Deus cogitare bonum / uelle / & perficere / primum sine nobis / secunduz nobiscū Tertium per nos. Item Augustinus de predestinatione diuina. Liberę quod a Deo habemus arbitrium prono ad nequitiam lapsu fuit. Et quoz ad uirtutis in dolem Dei auxilio deserente ni



bil possit: ad genus omne peccati idonea fultum  
 uirtute subsistit. Confirmatur idem snia sancti  
 Prosperi corrigentis dictum beati Cassiani in col  
 latione. xiii. q̄ tale est cauendum est nobis ne ita  
 ad Deum omnia sanctorū merita referamus: ut  
 nihil nisi id quod malum atq; peruersum est hu  
 manę ad scribamus nature hoc dictum Cassiani  
 ueluti non catholicum respuit in libro contra il  
 lam collationem edito quem intulauit pro p̄di  
 catoribus. Augustinus preterea (dum accusaret  
 appellagianis de non nullis tāq̄ catholice doctri  
 ne repugnantibus & precipue de hoc quia libere  
 arbitrium in hominibus ponebat cōsimile illi de  
 monum ex quo proprio motu nihil aliud possit  
 uel uelit nisi malum in libello suo de confutatio  
 ne catholica uidetur illaz obiectiōem nō negare  
 sed potius concedere dicēs Totus mūdus sicut ait  
 apostolus Ioannes positus est in maligno & mul  
 torum talis est malitia qualis & demonum. Dein  
 de addit. Hoc iter malos homines distat & demo  
 nes q̄ hominibus etiam ualde malis super est si  
 Deus miseretur reconciliatio Demonibus autez  
 nulla est seruata conuersio. Corroborantur hęc  
 ex libro conciliorum ecclesię per beatum Isidorū  
 recollectorē in sua decretali ep̄la ubi dicit Inpre  
 uaricatione Adę omnes homines naturalez possi  
 bilitatem bene agendi & innocentia p̄didisse. Et  
 neminem de profundo illius ruiq; per libere ar  
 bitrium posse consurgere: nisi euz gratia Dei mi  
 seratis erexerit. Et hęc excerptit ex ep̄la Innocēti  
 primi ad cartagenense conciliū. Ibidem quoque  
 scribitur. Nemo nisi per christum libero utitur  
 arbitrio. Et inducitur id ex ep̄la supradicti Inno  
 centii ad Milenitanum concilium. Ibidem quoq;  
 Ita Deus in corporibus hominum atq; in ipso li  
 bero arbitrio operatur ut sancta cogitatio / pium  
 consiliūz omnisq; motus bonę uoluntatis ex deo  
 sit: quia per illum aliqd boni possumus sine quo  
 nihil possumus. Et confirmatur auctoritate etiaz  
 papezozimi quz ad totū orbis ep̄os de diuine gra  
 tię opitulatione loqueretur. Quod tempus inter  
 uenit quo eius non egeamus auxilio. In omnib;  
 igitur actibus / causis cogitationibus / morib;  
 iutor & protector orandus est. Superbum est. n.

ut quicq; sibi natura humana presummat Gratia  
 enim Dei sum id quod sum ait apostolus & plus  
 omnibus laboraui non ego / sed gratia Dei mecū  
 Extant de hoc quędam magistrorū carmina.  
 Ex ope celesti fit siquid habetur honesti.  
 Et datur a sup̄is q̄ agas qd bñ uel mediteris. Itē  
 Quicquid habes meriti preuentrix gratia donat.  
 Nil dominus in nobis preter sua dona coronat.  
 Plurime sunt ad id sanctorū snie quas p̄termitto  
 Ex quibus auctoritatibus possunt multifariam  
 formari rationes. Sed una est ratio quam conclu  
 dere propositum autumo. Quo; omne agens pp  
 finem agat & omnis causa conuertat suos effect;  
 ad suum finē. Tunc arguo sic. Qualis est ordo  
 Agentium talis est ordo finium ergo agentis su  
 perioris erit superior finis & supremi supremus  
 & ita supremo agenti correspondebit ultimus fi  
 nis. Et inferioribus fines proximi. Sicut ex mo  
 tione Ducis conuertitur animus militis ad uictō  
 riam. Ad sequendum autem uexillum alicuius  
 aciei ex motione Tribuni. Vñ Diony. de di. no.  
 Deus conuertit omnia ad amorem sui ipsius. Ex  
 his sequitur ad ultimum finem conuerti nisi a  
 primo agente posse neminem. Neq; sine sp̄ali ad  
 iumento gratię suę queq; posse iustificari aut ad  
 iustificandum sese preparare.

**V**oluntas creata potest propriis uiribus con  
 cursu prime cause generali assistente conuerti  
 & in Deum moueri. Ca. iiii. CHROSIVS.



Ibi in oppositum sunt plurime & auc  
 toritates & rōnes. Scribit certo puer.  
 xvi. Hominis est preparare aium & in  
 primo regum quem Samuel hebrei uo  
 cant. Preparete corda uestra domino & seruite il  
 li soli. Et Amos. iiii. idez reiteratur. Preparete i  
 occursum Dei tui: & dominus ipse inquit dabit  
 spiritum bonum petentibus se. Et itez petite &  
 accipietis: quęrite & inuenietis: pulsate & aperie  
 tur uobis. Et preco domini paulus clamat. Sur  
 ge qui dormis & exurge a mortuis & illumina  
 bit te christus. Et Diuus ille hieronymus in que  
 stionibus ad Elbidiam. Homines suo arbitrio de  
 relicti sunt neq; enim bonum necessitate faciunt  
 sed uoluntate ut credentes coronam accipiant in



creduli uero suppliciiis mancipent. Ibidem. De  
equali cunctos sorte generauit & dedit arbitrii  
libertatem / ut faciat unusquisque quod uult siue bo  
num siue malum. Aurelius quoque li. v. de Ciui  
tate Dei sunt ait nostre uoluntates in nobis & ipse  
faciunt quicquid uolendo facimus siue bonum si  
ue malum. Habemus quod in decretis de peni. dis. ii.  
Neque ad uirtutes / neque ad uitia necessitate trahi  
mur sed uoluntate. Enim uero quid clarius dicto  
sacre scripture ecclesiastici. xv. ( Quem librum  
una cum Iudith atque Thobie & Machabeorum  
libris excepit & sacris annotauit codicibus sancta  
Synodus Florentina sub Eugenio ueneto ) Deus  
iquit spiritus sanctus per os sapientis Barfyrach.  
ab initio constituit hominem & reliquit eum in  
manu consilii sui. Adiecit mandata & precepta  
sua / Si uolueris mandata conseruare conseruabit  
te. Apposuit tibi aquam & ignem / ad quod uolue  
ris porrigere manum tuam / An hominem uita &  
mors bonum & malum / Quod placuerit ei dabi  
tur illi. Hec ille. Quid his uerbis clarius? Quid  
apertius? Sunt mihi ad id & rationes. Nihil namque  
hominis precipitur / quod ei facere sit impossibile.  
Et quicquid oportet hominem facere / id certo possi  
bile est ipsum facere / Seruum enim pigrum non  
damnaret si ea que fieri nullo modo poterant im  
peraret inquit Augustinus & Hieronymus in ex  
positione fidei catholice. Execramus eorum blas  
femiam qui dicunt impossibile aliquid homini a  
Deo esse preceptum & mandata Dei non a singu  
lis sed ab omnibus posset seruari. Neque ergo pre  
cipit Deus neque consulit que homo ipse facere non  
possit. Admonet autem ut petamus ut flagitemus  
ut preparemur Periret igitur ut philosophus ar  
guit consultationes / perirent admonitiones & hor  
tamta / Videretur quoque nos deridere Deus pre  
cipiens aut nos mouens ad ea que mouit nobis esse  
impossibilia. Qui quoque conuerteretur in ipsum  
si ipso solum opitulante conuerteretur / ergo qui  
non conuertitur excusaretur. Et Deus uideretur  
acceptationis personarum notam incurrere / Secun  
dum namque hanc opinionem oportet duo dicere unum  
est ut nemo ueniat nisi qui trahitur & cur hunc tra  
hat & illum non dicunt non esse discutendum ni

si uelimus errare. Alter est quod omnis qui audit  
& diligit aut trahitur uenit / Quo stante / ad quod  
precepitur homini ut se preparet? Similia essent  
illa precepta / ac si ethiopi preceperetur ut can  
didum se exhibeat / & leopardus ut relinquat ua  
rietatem pellis sue. Preterea. Quicquid adiuuatur  
& ipse aliquid facit / ut ait Augustinus sup illo  
psalmi Adiuua nos Deus salutaris noster. Sed gra  
tia hęc quam uocant auxiliatricem dicitur adiu  
uare liberum arbitrium in bono igitur etiam liberum  
arbitrium cooperatur / Aut ergo necessario aut  
contingenter / non quidem necessario quia id sibi  
reugnat ratione qua liberum / Si contingenter / igitur  
poterit non cooperari? Et ita omnis qui audit  
& qui trahitur non ueniret. Denique certum est uo  
luntatem posse ferri in omne cognitum aut actu  
uolendi / aut actu nolendi ergo potest ferri etiam  
in bonum concurrente ipso Deo concursu gene  
rali / Et nulla uidetur necessitas alio auxilio quam il  
lo comuni. Frustra uero sit per plura quod eque  
bene / potest fieri per pauciora. RESTIVS.  
Vtrique hic ( ut uideo ) sunt angustie. Quid iam  
preceptorum communi. hac in re uideat audiamus.  
¶ Quid hac in re sit sciendum late dissequere  
aperitur. Ca. iiii. BENIGNVS.

**D**ellagius atque celestius heretici adeo li  
berum arbitrium extulerunt ut illud ita  
posse bona sicut & mala dicerent & recte  
te agendis peccatisque uitandis nulla gra  
tia ipsum indigere assererent. Sicque omnes gratiam  
excluserunt Augustinus uero & plerique alii scri  
ptores catholici plerumque adeo fauent gratie quod  
uident excludere arbitrii libertatem in bonis actio  
nibus Idcirco ut sanctus Bonauentura dicit ualde  
aduertendum est contra quos hereticos loquitur  
Augustinus. Ipse enim interdum omnia bona ui  
detur tribuere soli gratie / interdum omnia tam  
bona quam mala concedit libero arbitrio interdum utri  
que. Ipse namque dicit Deus operatur uirtutem in no  
bis sine nobis. Ipse asserit uoluntatem omnia fa  
cere bona & mala. Ipse denique affirmat. Qui crea  
uit te sine te non saluabit te sine te. Quom itaque  
illi ad illud extremum declinarent / ut omnem gra  
tiam excluderent. Ipse in aliud extremum eos traxit



ut eo modo philosophi doctrina ad medium re-  
ducerent. Exemplo illorum qui ligna curua rectifi-  
cant. Vnum in fide catholica omni homini consta-  
re debet sine gratia Dei infusa nullum unquam quicquam  
Deo ad uitam eternam gratum facere posse, nil  
meritorie unquam perficere & quia pellagius etiam  
sine tali gratia nos mereri aut uimauit recte in apo-  
calipsi stelle cui nomen absinthium comparatur  
Amaras, n. fecit hominum uoluntates diuino mu-  
nere tam singulari eas priuando. Tenemus tamen  
non esse contradictionem ullam quin Deus om-  
nipotes acceptare posset opera nostra sine tali gra-  
tia. Statuit tamen & satis congrue ut alias prescri-  
bitur absque gratie dono neque Abel neque munere  
eius respicere. Sine itaque hac gratia firmiter te-  
nendum est & nullatenus dubitandum nil crea-  
turam agere meritorie posse. Et hominem posse  
disponi ad ipsius susceptionem, ita ut quicquam uo-  
luerit eam a largitore munifico dabitur illi. An  
autem illam dispositionem ad gratiam alia que-  
dam precedat gratia quam opitulatricem & pecu-  
liare auxilium Dei uocant iter Theologos ambi-  
gunt. Necessitas certo eam ponendi nulla apparet  
& sacris literis. In quibus solum gratiam gratum fa-  
cientem & gratis datam legimus, nisi uelimus om-  
nia etiam naturalia dona gratie nomine appellare.  
Et eo modo concursum Dei que generalem in-  
fluentiam nuncupant quadam gratiam appella-  
re poterimus. Et ita concedimus hominem sine gra-  
tia ad gratiam preparari non posse. Si, n. causa pri-  
ma plus in fluat in effectum quam secunda, oportet  
primam non solum medio secundae causae sed absque  
medio propria uirtute effectum attingere. Plus  
enim tribuit effectui causa ipsa producat quam ea  
que solum causam producentem produxit. Ve-  
luti plus accipit filius a patre quam Auo: prima ergo  
causa concurrat ad effectum causae secundae du-  
pliciter, Nam & causas effectuum causauit: & cum  
ipsis causatis causis effectus pariter causat. Hoc  
paulus considerans ad supersticiosos Athenien-  
ses actuum septimo & decimo aiebat In ipso ui-  
uimus, mouemur & sumus. Ipse, n. concedit cau-  
sando nostrum esse & uiuere, ipse & moueri om-  
neque nostrum operari sua uirtute & ad esse dedu-

cit & in esse conseruat. Vnde Augustinus, in  
super gene. Quod aliud sumus quam ipse: non ob aliud  
in illo sumus, nisi quia id nostrum esse operatur  
ipse. Ex his constat quod si opus suum Deus a rebus  
subtraxerit nec uiuemus, nec mouebimur, nec  
erimus. Quod non solum de hominibus sed de ipsis  
et angelis & omni creatura est intelligendum. Enim  
uero quis ex multis Augustini & prosperi plu-  
rimorumque sanctorum dictis uideatur colligi ho-  
minem & in agendis bonis non solum meritorius  
sed etiam moralibus & inuitandis culpis ac pec-  
catis peculiari quodam indigere auxilio, illud ta-  
men trifarium exponi potest. Primo quidem quod  
scribentes contra hereticum hominem deducebant  
se, ut medium facilius inuenirent in aliud extrin-  
secum. Secundo quod influxum peculiarem eundem  
etiam generalem appellare licet. Nam sicut genus  
in specie ita influxus communis saluatur in peculiari  
ri. Quod admodum, n. creaturarum uarie sunt actio-  
nes & operationes, ita & ipsius Dei (suo modo)  
est diuersa eo actio & diuersa cooperatio. Et ueluti  
solum creature intellectu predestinate libere operatur  
(saltem loquendo de perfecta libertate) ita Deus  
cum eis solum ad liberam concurrat actionem. Cum  
eis autem cooperatur ad uoluntariam operatio-  
nem. Et per consequens peculiari modo (quo nul-  
li alii creature) cooperatur homini atque angelo.  
Et quis Augustinus non utatur uocabulo pecu-  
liaris concursus aut influentiae. Sed absolute dicat  
Gratia Dei esse opus in omni opere bono. Tamen  
quod Thomas uocabulo illo utitur posset (si suis pla-  
ceret) sic exponi. Neque expositio illa derogaret  
ullo in loco suae doctrine. ¶ Et si forsitan obie-  
res, Etiam ad malas actiones tali peculiari modo  
Deum concurrere. Dico adhuc specialiori modo  
ad bonas concurrere. Quia & ad rem illam siue actio-  
nem & ad rectitudinem illius actionis concurrat  
Deus, non autem ad curuitatem & flexionem atque  
priuationem rectitudinis (Et certo quomodo creatu-  
ra mentis composita nequeat tale bonum integrum  
sine integro Dei concursu reddere) nescio ad quid  
opus sit alio concursu ut sine illo etiam non possit.  
Et quis sit ille alius concursus uideri non potest.  
Ponere, n. aliam formam certam aut habitum preter



gratiam gratum facientes / omnino ab re est / po-  
nere q̄ ipsum Deum alio modo sine medio con-  
currere omnino superfluum est & inane. Nam ic-  
circo hic specialis concursus ponit̄ ab illis ut ostē-  
datur sine Deo nos bona facere nequire / Sed idē  
profecto ostenditur etiam posito illo concursu  
quem posuimus. Quare nimium hic q̄dam tor-  
quet / nimiumq; proteruit ostendendo ultra illū  
comunem influxū quē nos peculiarē ostendim⁹ /  
opus esse quedā alio peculiariori influxu / nō solū  
ad actiones meritorias sed et bonas moraliter q̄dē  
das. Et quod plus est / non sufficere ait gratiam  
gratū facientē ad euitādā facinora nisi illo influxu  
sup̄addito. Quo cū nobis alias decertandū. Ter-  
tio modo ex mente Augustini declarari potest  
quo pacto ipse intelligat ī omni opere bono nos  
indigere auxilio Dei & gratia ipsius / Augusti-  
nus nempe ut ēt Sniar Magister in. scdo dis. me-  
minit uidēt sentire Deū ad nullā operationē ma-  
lam concurrere / & non solū ut iuniores Theolo-  
gi exponūt ad priuationem rectitudinis / sed om-  
nino ad actionē ipsaz / Iccirco liberz arbitriuz ait  
posse ex se malū nō aut bonū / sicut & hominē ex  
se ipso posse mori quum uoluerit / uiuere aut. neq;  
re sine adiutorio. ¶ Et si obiceret / Deus est oīum  
cā & sine ipso nihil fit / Respondēbat illud de re-  
bus esse intelligendū / non aut de actionib⁹. De⁹  
nāq; oīum rez est cā non aut oīuz actionū & di-  
stinguit ibi rem contra actionē sicut alias contra  
signum ut sit sensus Deus est cā oīū rez q̄ nō  
sunt actiones / oīum aut actionū siue oīuz rez q̄  
sunt actiones minime. ¶ Fuerunt et̄ pleriq; q̄ ic-  
circo putauerūt hominē relictū in manu consilii  
sui / q̄a Deus non concurrat ad ullā suā actionēz  
uoluntariā. Qd̄ forsan & pellagius atq; Celest⁹  
sensere. Neq; id erroneū est in fide ut aliqd̄ tale  
homo sine Deo ex sui libertate agere possit. Sed  
solū erroneū est Deum non concurrere ad bonas  
actiones affirmare. Legite iter alia sermonē illū  
Augustini. In omnib⁹ scripturis fratres charissi-  
mi christianoz tempora predicta sunt / Vbi ait  
audistis in benedictionibus & audistis in omni  
solemnitate quoniam omnia que fecit Deus lau-

dant Deum. Et excludit auaritiā / luxuriā / here-  
sum / ebrietatem tāq̄ non facta a Deo. Et sic etiāz  
ipsius dicta intelligendo / concedimus / nos sine  
Deo mala facere posse. Bona certo negre. Siue er-  
go hoc modo siue reliqs duobus Augustinus in-  
telligat cōcedi potest. Quāuis forsan tertia expo-  
sitiō alicui displicere posset. Non tamen displice-  
bit Augustino accedit p̄ter hęc omnia q̄ si om-  
nino contendas opus esse auxilio gratiē ad bona  
opera edenda / illud ego internas ispiraciones uo-  
luntatem ad bonū titillantes appellabo / neq; ulli  
homini nisi forsan omnino indurato & obstina-  
to eas denegari / Quibus q̄ uoluntas & assentiri  
possit & resistere de comuni lege. Sed q̄ tale auxi-  
lium non det̄ omnibus adultis nō obstinatis om-  
nino quodq; q̄ bus dat̄ omnino conuertant̄ & ue-  
niant de comuni lege (salua semper auctoritate  
uniuersalis ecclesie) nefas puto. Id enim esset in-  
cusare Deum crudelitatis. Cuius contrarium sa-  
cri clamant codices. Eo queq; modo omnis p̄ter-  
mittens bonas actiones / iccirco faceret p̄ter-  
mitteret / quia facere non posset. Et omnis faciēs  
bona / iccirco faceret quia p̄termittere non ua-  
leret. Quid aut̄ hoc aliud est q̄ peccata excusare  
& merita siue bona nulla laude digna putare? Nō  
sat est dictu nos hęc iuste pati ob primi paren-  
tis culpam. Semper nāq; in taz clemētissimo prin-  
cipe & piissimo patre / nimis rigiduz / nihilq; cru-  
dele putabit̄ ut nobis eas in putet̄ actiones quas  
nos facere oporteat & euitare impossibile sit. Ut  
nos tam atroci plectat supplicio p̄pter facinor-  
ra que inuiti perpetramus. Extrema sunt ista /  
Omnia tribuere gratiē. Et omnia concedere / sa-  
cultati liberi arbitrii. Teneamus mediū / Con-  
cedamus gratia opus esse ad meritorie agendum  
Et nos ad ipsam gratiam disponi / & p̄parare  
posse generali (qui nobis est peculiaris) influxu  
concurrente. A etiam nos diuinis passim p̄ue-  
niri afflatibus & spiraminibus / Nō sine Deo que  
q̄ boni efficere posse siue ipsum bonum p̄ re il-  
la uel actione siue p̄ bonitate aut sua rectitudi-  
ne acceperis. Mala aut̄ solo libero arbitrio comis-  
tere si ad malas actiones deus non concurrat / uel



5.  
si ad actiones concurrat, soli tamen ipsius mali-  
tiae causa sumus: Soli utique deficiamus atque pecca-  
mus. Quo uero pacto id fieri possit alias discutie-  
tur. Quorsus haec? Ut agnoscat Angelos quod  
de quibus nobis sermo est sine munere gratiae nil  
mereri potuisse. Et si absque gratia creati fuerunt  
preparari ad gratiam, sine Deo non ualuisse: Et  
quis innocentibus facilius sit ad ipsam preparari  
nocentibus tamen non est impossibile: sicut neque  
inocentibus necessarium. Ante igitur ullum pec-  
catum potuit quis preparari ad gratiam, (& tamen  
contingenter) Et post omne peccatum (si non sit  
omnino derelictus) potest similiter preparari cum  
Deo auxilio. Difficilius tamen forsitan post pec-  
catum quam antea. Si hac in re quae diximus bene pen-  
tentur auctoritates pro utraque parte satis clare so-  
lute perspicentur. Et si cui uestrum quae adden-  
dum uideatur, ipsi diligentius inspicite. **VOL-  
TIVS.** Illa mihi insoluta remansit Deus in no-  
bis operatur uirtutem sine nobis: nil ergo nos fa-  
cimus: **MARTI.** Sine nobis efficientibus non si-  
ne nobis consentientibus illud est intelligendum  
**VOLTIVS.** Ergo aut nos nihil facimus, aut  
consentiendo facimus. Si. n. sine nobis facit ergo  
nos non facimus & si non sine consensu nostro fa-  
cit ergo & nos facimus. Quae duo sibi repugnare  
uidentur. **BENI.** Sine nobis efficientibus uirtu-  
tem charitatis: quae anthonomastice uirtus, immo  
& omnem Theologicam infundit, neque tamen  
adultis nisi consentiant ipsi: pueris ueronisi aliquo  
modo alii assensum prebeant, non infundit. Nam  
omnis baptizatus aliquo modo assentitur. Alias  
uero uirtutes ipse principaliter, nos ut causae se-  
cundae efficiamus, ideo ipso efficiente & nobis  
consentientibus fieri dicuntur. **BONDIVS.**  
Cuncta expedita uideo. Solum rationis ultimi-  
quam Basileus induxit nodus uidetur in solubi-  
lis. **BENI.** Nullus nodus illo quem Salomonis  
fuerunt ad soluendum difficilior illum tamen sol-  
ui quam sepius. Omnis ergo nodus solubilis. Co-  
cedimus certo agentium & fini ordinem hoc est  
ut sit superius & supremum, & finis ad finem atque  
ultimus finis. Sed non concedimus agens prima-  
dumtaxat agere ob ultimum finem. Quia etiam

angeli & homines dirigere suas operationes in ul-  
timum finem tenentur. Et Deus ipse dicitur pro-  
pter hominem cuncta sensibilia creasse. Ergo pri-  
ma causa non agit solum ob ultimum finem. Quae  
uis ergo superiori agenti correspondeat superior  
uel ulteriores finis. Hoc est ueluti est dare superius  
agens ita & ulteriores finis sed non sequitur unicuique  
agenti in ordine suo correspondere finem tale & nullum  
aliud. Ita ut agens. a. agat propter finem. f. & agens. b.  
propter finem. g. & nullum alium. Deus quoque  
in ordine primae causae & omnium principalis re-  
ducit omnia in se: alia tamen simul cum illo in idem  
possunt multa reducere coadiutores namque (inquit  
apostolus) Dei sumus. Et omnia uirtute charita-  
tis in Deum referimus. Ad exemplum inductus  
de milite. Dico quod non solum dux inducit animum  
militis ad uictoriam, sed & ipsemet & interdum  
Duce nil cooperante uel etiam renuente, miles cu-  
pit uictoriam. Et sequi similiter appetit uexillum  
aciei sine motione Tribuni. Denique esto ita, hoc  
certum est quod miles etiam appetit uictoriam & actio-  
nes suas in ipsam dirigit. Ergo non solum Duci  
respondet uictoria pro fine. Ad rem autem iterum  
reduco. Constat creaturam sine Deo in nullum  
finem sub fine ultimo posse dirigi: quia sine Deo  
nil potest operari & cum suo influxu posse etiam  
dirigi & ordinari in ultimum. **BASILEVS.**  
Ratio illa non fuit mea. Sed beati Thome. **GRA-  
DIVS.** Comptum habemus pater docte eam il-  
lius doctoris esse. Et ex ea nil aliud sequi nisi ut  
sine Deo creatura intellectualis nequit moueri in  
Deum. Quod concedimus immo & plus quod neque  
in aliquid sub Deo: Et ut preceptor Benignus  
exposuit forsitan ipse per peculiare auxilium Dei  
intellexit concursum ipsius Dei ad bonum una cum  
libero arbitrio. Aut etiam ipsius bonas inspira-  
tiones: non autem sicut Gregorius quaedam alia  
gratiam sine qua nemo possit bene agere etiam mo-  
raliter. Et quae non tribuatur cui libet & qua ha-  
bita oporteat conuerti. **BENIGNVS.** Sufficiat  
ista longius processimus in materia potius ad ho-  
minem spectante quam angelum. Ex dictis liquet an-  
gelos quoque gratia indignis, sicuti & homines  
ea indigent.



¶ An omnes angeli fuerunt creati in gratia.

Ca. v. CALIXTVS.

**P**ost id extemplo dubitari contingit an ipsi angeli omnes fuerunt in gratia creati. Nam usq; nunc semper ipsos corporibus celestibus assimilauimus. Ipsa uero corpora celestia prius creata postmodum ornata fuerunt. Igitur & angeli post creatione splendorem gratiæ adepti uidebuntur. Confirmat id Augustini super gene. ad litteram libro. iiii. sententia. Angelica natura primo fuit in formis creata & celum dicta: postmodum formata & lux appellata est. Hęc formatio uidetur fuisse per gratiam igitur non fuerunt creati in ipsa. Deinde natura & Deus nature conditor procedunt ordine congruo de imperfecto ad perfectum prius autem pura naturalia deinde gratia tandem gloria. Sicut igitur non illico in creatione obtinuerunt gloriam ita ne gratiam ut ordo debitus seruetur & progressus ordinatus de natura in gratiam de gratia in gloriam. Congruum est fuit ut sicuti medio gratie meruerunt gloriam ita motu naturali meruerint gratiam de congruo. Congruum est fuit ut experirentur omnem statum. Denique si in gratia omnes creati fuerunt. Et gratia sit inclinatio quedam in Deum ergo auerti uix uel nunquam potuerunt. Saltem ergo mali non fuerunt in gratia creati ex quo tam facile peccauerunt. Et quia irrationale est potius hos quam illos in gratia creasse. Non. n. inquit Augustinus discernere iter bonos & malos nisi postquam inter se discreti fuerunt. Igitur dicamus nullum ipsorum in gratia creatum. Confirmat Naz. vii. metaphisice scribitur priora intentione esse posteriora executione & e contra. Sicut igitur prius habuerunt uiam executionis gratiam quam gloriam ita & prius naturalia bona quam gratuita. Quare prius eos fuisse in naturalibus fatendum est. **PRODA.** Quamuis rationes tue sint satis congrue. Tamen si primum hominem Deus perfectum integrum & sibi gratum cum iustitia originali creauerit ut manifeste omnes tenent qui tamen non obstante tanto munere peccasse turpiter perhibetur quanto magis illud de summis illis spiritibus est censendum. Neque casus malorum quin munus acceperint gratiæ uel alicuius ipsius proportionate iustitiæ originalis obstabit. Hoc idem discere possumus ex aliis operibus Dei. Ille namque cuncta aliaq; arbusta & plantas ut et Aurelius affirmat cum semine aut rationibus seminalibus (ut statim possit progredi ad opus) creauit. Cur igitur solos angelos imperfectos creasset. Imperfecti namque profecto fuissent si extemplo recte & meritorie operari non potuissent. Illud autem absque gratia facere non licuisset. Gratia enim est ratio seminalis bonarum meritoriarum actionum. Unde & Ioannes in prima epistola Gratiam semen Dei uocat. Absurdum itaque est opinari immo firmiter credere hominem ita creatum ut nil pertinet ad actum primum merendi sibi defuisset & angelo defuisse putare. Absurdum certe est arbores & res in sensibiles atque irracionales cum pleno atque integro primo actu quo in secundum illico nullo alio requisito progredi possent) creatas fuisse. Angelum uero ut ulterius in suo primo actu perficiatur indignuisse. Dicimus quoque Deum omnium cognitionum primum actum eis dedisse uel ut plurimum sicut iam declarauimus & primum merendi actum solum pretermisisse dicemus. Credamus igitur angelos splendidos decorosque & quo ad primum actum integros creatos fuisse. **BE.** Non itaque opus est ut corporibus celestibus in cunctis assimilentur. Aut potius ornatus ille conformatur ultime angelorum perfectioni que in beatitudine & actu secundo non primo consistit. Sic namque fuit creata in formis. Neque in prima creatione Deus processit per omnes gradus imperfectionis. Non enim creauit materiam primam sine omni forma ut communiter tenetur neque animalia aut arbores in seminibus aut statu imperfecto. Sat ergo est quod eos aliquomodo creauit imperfectos quia non beatos. Congruitates ille non uincunt quia maiores ad oppositum sunt inducte. Et hoc sanctorum sententiis magis consentaneum. Gratia que non cogit uoluntatem in bonum sed instigat potuerunt ergo sicut homo iustitiam ita & ipsi gratiam deserere. Et concedimus ut uia nature prius fuerint in puris naturalibus quam in gratia simul tamen tempore. Hęc uia tutior atque congruetior. Omnes tamen (aut nullum) in gratia crea-



eos fatendum. Cur hos cum gratia & illos sine gra-  
 tia creasset acceptationem quandam in conditore  
 poneret. Et quis talis acceptatio sibi non repu-  
 gnet quia licet sibi facere de suo prout uult, repu-  
 gnaret tamen scripturę cum non esset talis consue-  
 tudinis assenti. Qui tamen tenent Deum ablo-  
 lute primo quos uoluit predestinasse, aliis autem  
 nihil uoluisse, difficile saluabunt cur malis futu-  
 ris, quos ipse ad uitam non preordinauerat gratia  
 contulerit per quam uitam illam mereri possent.  
 Ad quid enim medicus medebitur illi, quem  
 sanum esse non uult. Quomodo etiam non discer-  
 nebat inter bonos & malos, qui nolebat omnes  
 esse illa probitate bonos. Verum nos ea aliter ac-  
 cipimus. Veluti patricius acutus & peritus Sil-  
 uanę urbis sigis mundus iunii Georgeus in meis  
 scriptis conseruat. Cui exposuimus & scripsim⁹  
 ea in re mentem & opinionem nostram. Sed iam  
 an angeli sancti suam beatitudinem prius merue-  
 rint quę habuerint inuestigemus.

**¶** Angelos prius beatitudinem meruisse quę acce-  
 pisse declaratur. Ca. vi. MENTIVS.

**A**sumerem ego philosophorū peripathe-  
 ticoꝝ opinionem quom & ipse philoso-  
 phiam profitear & probare ipsos ange-  
 los quos illi intelligentias uocant ex sui  
 natura esse beatos quod facile p̄spici posset ex his  
 quę philosophus. xii. diuinorū atq; eius Comen-  
 tator Auctoꝝ ostendit. Atqui & ipse captiua-  
 ui intellectum in obsequium christi, nilque repu-  
 to uerę etiam si mihi necessario tale uideretur, id  
 uergat in fidei sincere detrimentum: eius namq; cō-  
 elusiones ueriores principis aliarū scię existimo  
**SOR.** Tenemus uiam ueritatis & confiteamur  
 angelos a Deo contingenter creatos cuiusq; autē  
 contingenter creatur, is contingenter & conser-  
 uatur. Ad rem ergo. Quia sine merito non decet  
 creaturam foelicem fieri Angeli ergo foelicitate  
 quam habent meruerunt. Sed quia parua mora  
 inter esse & beatum esse fuit neq; dabitur ulla oc-  
 casio agendorū, iccirco dicerem cum magistro sen-  
 tentiarū eos quidem beatitudinē meruisse, sed anq̄  
 meruerint beatos fuisse p̄pter futura merita. Nō  
 enim solum illi merentur p̄mia qui egerunt, sed

etiam qui acturi sunt. Donatiuꝝ accipiunt mil-  
 tes ob futura certamina. Et sepius merces ante in-  
 choatos aut completos labores soluitur. Merito  
 igitur & angeli ob futura hominibus impenden-  
 da ob sequia mercedem acceperunt. Meruerunt  
 igitur beatitudinem sed postq̄ acceperunt. **GON-**  
**DOLEVS.** Si Angeli gręca & nō improbata opi-  
 nione per multa secula ante sensibilem mundum  
 fuissent creati: nimium tarde beatitudinē meruis-  
 sent. Si quę homo creatus non fuisset angelus beati-  
 tudinem non potuisset aut sine meritis fuisset beatus. Et  
 ita angelus dependeret ab homine & in merito &  
 infelicitate. Preterea non solum actionibus mere-  
 mur exterioribus, sed principaliter interioribus.  
 Potuerunt ergo cupiendo & uolendo quęcūque  
 Deo grata essent mereri. Quia uoluntas prompta  
 pro opere reputatur. Deniq; comunis est Theo-  
 logorū sententia neminem posse sibi mereri primā gra-  
 tiam. Nam tunc gratia non esset gratia. Si enim  
 ex meritis iam non est gratia inquit paulus. Si autē  
 posset quę mereri ex eo, quia p̄uidetur bene actu-  
 rus & donis acceptis bene uturus, posset mereri  
 etiam primam gratiam ex meritis p̄uicis nō autē  
 actu positis. Hinc colligimus Deum nulli retri-  
 buere ob ea quę facturus fuisset. neq; bona neq;  
 mala. Neminem quippe p̄cetit ob facinora quę  
 perpetraturus erat si superuixisset. Neq; ergo p̄-  
 mio afficit ob futura bona unde & infantes cum  
 baptismo decedentes minimā beatitudinē dicun-  
 tur sortiri quom tamen si superuixissent forsitan  
 ampliora multis p̄uicis egissent. Et multi illo-  
 rum labe peccati contaminati fuissent & in pecca-  
 tis forsitan ob quę eternum incendiuꝝ passi fuissent  
 decessissent. Additur a quibusdam talis ratio p̄-  
 mio certo debet correspondere meritum certum.  
 Et meritum in certum non correspondet p̄mio  
 certo. Sed angelorū p̄mium certum est, & me-  
 ritum si pendeat ex hominum custodia, cura &  
 administratione erit incertum. Quis enim nouit  
 finem seculi. Quis singulorū hominum obsequia  
 dinumerabit. Vex posset dici indiuidua p̄cien-  
 tia omnia merita esse certa. Posset quę contra opi-  
 nionem illam & hoc addi. Si pro futuris obsequiis  
 hominibus impendendis angeli sunt potiti beati



L  
tudinem. Igitur inferiores solum ex meritis pre-  
uis obtinuerunt beatitudinem. Superioris naq[ue]  
Ierarchie spiritus non mittuntur. Vel si mittan-  
tur raro id & i rebus arduis fit. Si dixeris ipsi mit-  
tuntur: ideo omnes administratorii dicuntur. Con-  
tra. Igitur plures mittunt q[uam] mittantur idem ui-  
detur inconueniens. Sed de hac alias disputabitur.  
Congruum etiã id ut dispositio ad formã fcedat  
illam. Et uiam sit prior termino. Nunc autẽ sic  
est q[uod] meritum est dispositio ad beatitudinẽ. &  
uia in possessionem uite celestis & que sola uita  
est. MARTINVS SIVS. Ego etiam hic non  
teneo opinionem petri lumbardi. Sed teneo pri-  
mo angelos beatitudinẽ meruisse. Deinde contra  
ipsum teneo ipsos ante meruisse q[uam] recipisse. Pri-  
mum horum constat. Nam beatitudo soli Deo  
sua natura conuenit. Cui idem est esse atque  
beatum esse. Et ita in beatitudinem non ordinat  
ut in quẽdam finem. Ipse enim est aliis non sibi  
finis. creature uero intellectualis beatitudo est fi-  
nis in quem omnia reducuntur. Finem autem at-  
tingere potest nemo. nisi p[er] media que erunt sue  
actiones. Et hoc duplici modo. Aut enim sua  
actione siue factione potest attingere sine ut po-  
tione sanitatem & edificatione protectionem ab  
in temperie aeris. Aut non potest sua factione at-  
tingere finem sed solum sua actione meretur. ut  
sibi ab illo qui potest dono detur premium. ob  
quod decertauit ueluti est de illis qui olimpica ex-  
ercent certamina beatitudo certo tam Angelis q[uam]  
hominibus est finis quem actione propria attingere  
nequeunt. sed solum pro illo agere possunt  
ut eis dono Dei concedatur. Sicut ex dono regio  
legittime certanti datur condignus premium suis  
actionibus. Et m[er]ito magis beatitudo illa nõ sub  
est operationibus creature. quo magis excedit  
facultatẽ creatam. Angelus ergo sicut & homo  
quom beatitudinem profine habeat. & profine  
ab ipsis minime acquisibili. **O**mnibus enim  
factis non habebitur. nisi domino ipso largien-  
te. (sequitur q[uod] solum suis actionibus poterunt  
ipsum mereri. non autem inducere. Oportet igit  
dicere Angelum aut finẽ ultimũ meruisse. Aut  
absq[ue] merito beatitudinẽ obtinuisse sicut & nos

gratiam obtinemus sine merito de condigno hoc  
posterius concedi nõ debet. Beatitudo naq[ue] est  
premium uirtutis & finis actionum. ut diximus.  
Concedatur igitur illud prius ut finem ultimum  
meruerint. Huc usq[ue] sit probatum angelos bea-  
titudinem meruisse nunc probabo ipsos prius q[uam]  
beati fuissent meruisse. Aut enim habuerunt gra-  
tiam ante beatitudinem. Aut non. Posterius dici  
non potest: quia tunc beatitudinẽ sine gratia du-  
ce habuissent. & tunc eodem actu meruissent quo  
etiam beati essent ut puta actu fructuionis diuine  
essentiẽ & hoc sine gratia. quod utrunq[ue] est fal-  
sum. Nemo enĩ gratia non cooperante meretur.  
Nemoq[ue] eo actu beatitudinẽ meretur quo & bea-  
tus est. Quia tunc finis & actio ad finem eadem  
operatio est. Si ergo habuerunt gratiam anteq[uam]  
beatitudinem. Aut ergo ante meruerint q[uam] habue-  
runt. aut post. Si prius concedatur hẽtur propo-  
situm. Si alterum contra. Nihil potest simul i for-  
mari eadem forma prout est perfecta & imperfec-  
ta. Sed gratia prout est principium meriti est for-  
ma imperfecta prout uero est principium beati-  
tudinis. est forma perfecta quia gratia consuma-  
ta. Si autem simul mererentur & bearentur An-  
geli sequeretur id quod intulimus. BENI. Rec-  
te clareq[ue] uideris dicta Thomę que ipse p[er] obscu-  
re inducit. exposuisse clarus certo & eloquẽs semp[er]  
fuit. & uerbi diuinã prece foecundissimus que et  
Scotus ipse aliqua ex parte declarauit. Sed con-  
tra illud ultimum solum inuehitur. Potest enim  
esse ut tanta gratia sit in uiatore & cõprehensore.  
Et ita si simul mereretur quis. & bearetur eodem  
principio utrunq[ue] faceret & eque perfecto. Cau-  
sa ergo quare nequeat simul beari & mereri hæc  
est. Quia nequit simul inuolubile & uolubile aut  
imutabile & mutabile habere uelle. Beatus uero  
habet uelle imutabile & firmum. Qui autem me-  
retur instabile. Quare eodem actu simul mereri  
& beati esse nõ ualemus. An autem tanta possit  
esse gratia beati quanta uiatoris disputabimus  
alias. Pro Thoma sufficeret q[uod] gratia ut est prin-  
cipium actus beatifici est quo ad actus perfectior.  
inquit actus meritorii imperfectior. imutabilis  
enim actus mutabili est perfectior. uisus ergo in



5.  
prima est perfectior. Nequit ergo simul quis eodem actu beari & mereri. SORGIVS. Contra iam dicta sunt etiam mihi rationes non dum solute: Angeli ex hominum obsequiis aliquid merentur. Aut ergo illud expectant & ita affligunt. Quia spesque difertur affligit animam, Aut non expectant. Igitur potiunt iam premio quod merentur. Ante ergo acceperunt premium, pro quo nunc nobis ministrant. Præterea maius premium maius exigit meritum, Angeli autem multis hominibus imo supremi pene omnibus maius susceperunt premium, ergo & maius habuerunt meritum. Magnum autem meritum in tam parua mora accumulari nequiuit. Homo enim multo tempore, multisque atque diuturnis sudoribus beatus euadit. Accedit ad hæc: Si obsequia hominibus impensa negentur esse angelorum merita quid aliud assignari poterit? Et cum nil iueneris, redibis ad id quod petrus dicebat. GONDOLVS. Posset etiam probari Angelos nullatenus mereri posse. Meritum namque est actio laboriosa & difficilis. Sed angelis nihil difficile. Agens namque quod agendo non repetitur, nunquam lassum est aut fatigatur labor namque ex octauo de auditu physico non prouenit ex agere sed ex pati.

**Q**uod Angeli meruerint Et quibus modis mereri potuerint. Ca. vii. BENIGNVS.

luntate uis tam irascibilis q̄ concupiscibilis emi-  
nenter / Nōne superbiā atq3 inuidiam ( que p̄  
cipue passionū ) omnes in eis ponunt: possunt er-  
go dici passione peccasse si superbia & inuidia pee-  
carint.

¶ An Angeli possint dici natura mali. Ca-  
vii. CHROSIVS.



Ocus ipse postulat ut iam an Angeli  
ulli possint dici natura mali inuestigēt  
Extat nāq3 porphiri sn̄ia esse quoddā  
demonū genus natura fallax: simulans  
deos & animas defunctorū. Natura uero fallax,  
natura certo malus dicendus. Legitur q̄ sapiētie  
vii. & x. de hominibus quoz malitia erat natu-  
ralis. Cur igit etiaz de angelis itidez dici nequeat  
nulla rātio est. Sunt certo & bruta que naturali  
malitia freta dicunt. Nōne suapte natura uulpis



fraudulenta & subdola? Nōne & lupus rapax:  
 Nōne & serpens uirulentus creaturam ergo Dei  
 non inconuenit natura malam appellare. Ea igitur  
 ratiōe neq3 ab Angelis naturalis malitia pro-  
 pulsanda. Et nihilominus ī oppositū dicitur gene-  
 primo. Vidit Deus cuncta quę fecerat & erant  
 ualde bona Dionysius q3 non esse natura malos  
 affirmat. Et sub eadem specie imo forsan & gene-  
 re nequeunt esse hi natura mali, illi boni. Sunt  
 autem angeli quidam boni Similiter & homines  
 BENI. Constat huius rei firma sententia. Om-  
 nem etenim rem atq3 naturam ex sese ī bonū ten-  
 dere. Omnis quippe effectus ex libro de causis in  
 suum conuertitur principium. Immo tunc unū  
 quodq3 perfectū quum suo iungit principio. Om-  
 nis autem res & natura ex optimo orta est princi-  
 pio. Atq3 ita unaqueq3 bonum expetet ī bonū  
 certo tendet. Omne autem in bonum tendens,  
 bonum est censendū. MARTINVS. Si  
 ea dere omnia in bonū tendant, q3 omnia ī suū  
 conuertantur principium. Omnium autem princi-  
 pium sit optimū igit omnia tenderent ī optimū.  
 Et si ex ipso tendere in bonū sequat rem tenden-  
 tem esse bonam. Igitur ex hoc q3 res tendit in opti-  
 mum: concludemus eam optimā. Sicut enim hoc  
 se habet ad hoc ita magis ad magis & maxime ad  
 maxime ex. ii. topi. Omnia itaq3 erunt optima.  
 BENI. Et si omnia pro modulo suo tendere in  
 optimum (sicut & omnia in finem ordinari ulci-  
 mum) fateri non sit inconueniens: non tamen fa-  
 tebimur omnia distributive neq3 etiam collecti-  
 ue de creaturis loquēdo esse optima: sed illa dum  
 taxat quę optimo modo in illud optimum ten-  
 dunt. Qui optimus tendendi modus forsan ī so-  
 li Deo qui sese ī in se amore complectit tribuen-  
 dus. Et regulam philosophi si in optimum ten-  
 dat optime concedimus. Natura quippe ī bonū  
 tendere potest nemo nisi & bene in illud tendat.  
 In optimum autem potest q3 non optime tende-  
 re. Concedimus etiam q3 in optimum etiaz bene  
 tendens sit optimus comparatiue non absolute.  
 Immo & omnia ut in optimum tendunt eo modo  
 esse optima & seipsis meliora prout ipsa eade ten-  
 dunt ī bonū & in melius. Hęc propter obiectio-

nem tuam. Argumentatio tamen nostra hęc uiz  
 habet. Quia omnia per naturam sunt ex optimo  
 principio. Et optima causa Deus nequeat esse cā  
 nisi boni. Naturale igit desiderium quom ab ipso  
 sit non poterit esse bonū. Et hoc est effectū pro-  
 prie conuerti ī principium quod est assimilari  
 principio ut sit uera regula illa cuius causa bona  
 ipm q3 bonum est. LVCHEVS. Cur quędam  
 entium mala dicunt? BASILEVS. Bonū hoc  
 particulare illud uniuersale. Vniuersali qq3 bo-  
 no nil mali per mixtum est: Particulari autē bo-  
 no malum quodpiam ut plurimū coniunctū est.  
 Veluti igni id malū iungit ut sit consumptius  
 aliorū. Bonum igit uniuersale nil mali secum cō-  
 patitur particulare cōpatitur. Ex hoc uidet sic di-  
 cendum q3 ens illud cuius natura esset ordinata  
 in bonū aliqd particulare (Omne autem bonū  
 sub comuni bono contentū particulare bonum  
 appello) possit ī aliqd malum suapte tendere: in  
 quantum illud est coniunctū cuidam bono. Ens  
 autem cuius natura ordinatur ī bonum comune  
 in quo nulla ratio mali nequit omnino in malū  
 tendere. Talis autem est natura oium angelorū  
 ut tendat in bonum uniuersale, qd est obiectū  
 uoluntatis. Et ita nullus angelus poterit esse na-  
 tura malus quoz nullus possit tendere natura in  
 malum. ARA. Ista ratio mihi insulsa uidetur &  
 quędam afferre quę non sunt uera. Nil enim ma-  
 li est bono ulli coniunctum (si de malo prout ē  
 priuatio boni loquamur) sic enim malum est nō  
 ens. Illud autem enti coniungi nequit. Neq3 con-  
 sumptium esse malum est quoz sit ens. Immo &  
 perfectio quędam ignis est consumere posse sibi  
 aduersantia. Nunq3 ergo malum bono coniunc-  
 tum nisi minus bonum ī malum dicere uolueris.  
 Deinde omne tendens in bonum particulare ten-  
 dit & in comune. Nam si uniuocum est includi-  
 tur ī illo, si equiuocum non differt ab illo. Neq3  
 uerū est ut angeli solum ordinentur in bonū co-  
 mune. Illud enim non est idea Platonis. Sed en-  
 titas intellectu abstracta ab omnibus illis ī quę  
 ferri potest appetitus: in quam raro uel nunq3 ut  
 sic abstracta fertur uoluntas sicut neq3 uisus aut  
 appetitus uisuius in colorem uniuersalem: quis



(fateor) differat sensus ab intellectu & uoluntas ab aliis appetitibus / qa etiam in eiusmodi abstracta ferri ualent (Ea nãq3 de re sensus singulariu3) Intellectus uniuersalium esse dicitur. Sat mihi erit Intellectualia non ordinari in bonum uniuersale ut in ipsum solum tendant. Ex ista etiam ratione tua sequi uidetur q3 solum creature intellectu predate non possint esse natura male. Aliq3 uero que possint tendere in bonu3 particulare cui malum coniunctu est ualeant esse natura male / Aut si non oportet ex tali tendere aliquem malu natura opinari / Ergo etiam si angeli sic i malu tenderent non tamen ob id essent dicendi natura mali. MARTINVS. Rationes tuę ui eissent nisi nomine boni uniuersalis intelligam9 bonum summum & icomutabile q est Deus optimus. ARA. Duo contra me precipui arguitis Dico tamen q3. Non intelligitur ibi deus nomine boni communis: quia particulare nõ opponit Deo sed uniuersali abstracto. BASI. Deus est i cruz particulare prout distinguitur illud nomen bono uniuersali predicatione / prout autem particulare, dicit portionem & partem perfectę bonitatis sic Deus non est bonum particulare / sed uniuersale non iclusum in omni bono ut superius i suis inferioribus / sed icludens & complectens aut forma propria / aut uirtute & quadam eminentia omne qd bonum esse aut cogitari rectę potest. ARA. Semper utimini uocabulis iconfuctis Ne q3 tamen adhuc Themas excusastis. Dicit nãq3 illud uniuersale bonum esse obiectum uoluntatis. Constat autem Deum nõ esse obiectu3 cuius uis uoluntatis imo suę diuinitat / Et comititur nouus error / quia loquens de inclinatione naturali ponit obiectum uoluntatis esse tale bonum quod non uidetur ad rem. MARTI. Si ita intellexisset nullatenus defendendus. Tamen credo ipsum ibi accepisse uoluntatem ut natura est / nõ autem ut libera est: Vel dixit natura iclinantur Angeli in comune bonum quod bonum etiam e obiectum licet non adęquatum tamen picipale in quod fertur uoluntas. ARANEVS. Adhuc ratio illa non fuit ad rem. Sic nãq3 arguit quia cetera possunt ferri in bonu malo coniunctu / Et

L  
soli angeli siue intellectu freti feruntur in bonum uniuersale iccirco illi soli uident dicendi natura boni. CERVIVS. Forsã diceretur hic / Responsonem que3: Tamen credo q3 sic arguat per locum a Minori. Si relique creature possunt dici bonę que3 tamen expectunt solum bona particularia saltem absque medio: quanto magis Angeli possunt dici boni natura: qui ordinantur etiam in bonu uniuersale / quod Deus est & illud expectunt tãq3 principale obiectum. MENTIVS. Rationes igitur que3 probare conabantur angelos aliquos natura malos nil cõcludunt / De phirio quidem nil interferendum q fuit sectatorum non dicam platonis sed eor3 que3 uulgo de spiritibus dicuntur fuit Sunt tamen natura fallaces Quia consuetudo mali tenet isanabile uuln9. Et quia consuetudo est similis nature & ipsa natura dici solet. Et enim fac tibi assuecat / nil consuetudine maius. Sic & de hominib9 dicito. Aut etiam quia prona est omnis etas ad maluz ab adulescentia sua / Malum iã hoc est niti iuetita & cupere negata. Semper enim nitimur iuetitum cupimusq3 negata. Semper certo non actu dicitur. Sed quadam nature promptitudine. Fallacie at uulpium astutissimaz & lupor3 rapacitas & in gluius mala certo eis non sunt / sed forsan aliis. Et hoc modo concedimus bonum uni / esse malum alteri. Venenum nãq3 serpenti uita homini autem mors est / quis etiam gluius lupi sibi quoque sepius sit detrimeto Id tamen accidit & pter intentionem est. At nos uidemur optime rem de clarasse pceptore forsan nostras ineptias tollerante. Taceamus. BENIGNVS. Conticendum uobis qui cominus minusque decertastis Et qui dem egregie. Ad rem hanc paruo plura possent aquoq3 afferri Conclusio certo p his & illis quide egregiis nctissima est nullam rem natura malam esse. Quem ens & bonum conuertantur. Grauis sumus ergo in philosophia ille fuit Manichei error Qui summo bono. Summum ipse certo non summe malus tamen admodum malus) malum opposuit. Bonitate ergo illa transcendenti nil malum ullatenus. Bonitate nature omnia q bona quom natura bonum omnia expectant. Et si qd



ita malum sit illud erit secundum quid quia al-  
 cui non autem simpliciter & per accidens non p-  
 se. Bonitate moris peccare potest nemo nisi qui &  
 bonus esse possit. Solus ergo homo aut suus an-  
 gelus fulcitur hac morali bonitate: Nullus tamē  
 natura talis est. In illis nempe neque laudamur neque  
 uituperamur / neque aliter assuescere possumus ut  
 probatur naturaliter in secundo ethi. Quid ergo  
 restat? Qua Malitia dici poterit aliquid ma-  
 lum. Restat certo malitia qua opus liberi arbi-  
 trii gratia carens malum dicitur. Sed constat sicut  
 neminem natura ipeccabilem qui creatus sit esse  
 ita certo neque natura eo modo peccabilem / Qui  
 bus quoque rationibus diu iam probatum est nul-  
 lam creaturam natura esse ipeccabilem / eisdem  
 profecto probari poterit nullā esse natura pecca-  
 bilem probabitur facillime. Natura uero ( ut in-  
 telligatis ) illam rem uocemus peccabilem / que  
 ex se ordinata esset ipeccatum / ita ut conditio  
 illa eam necessario concomitaretur. Quo dato ma-  
 nifesta contradictio sequeretur. Esset enim simul  
 peccabilis & ipeccabilis Nam quod euitari nequit  
 ullo pacto peccatum non est. Nemo igitur ulla  
 malitia natura ipsa malus dici poterit. **ARA-  
 NEVS.** Contra quod natura est uertibile in  
 malum natura est peccabile. Sed multa sunt uer-  
 tibilita natura in malum. Igitur & natura ut sic  
 dixerim peccabilia. **BENIGNVS.** Fateor ali-  
 qua esse apta ad peccandum Et etiam apta ad ab-  
 stinendum a peccato: Sed tali aptitudine non re-  
 ponuntur i genere ullius mali sed bene alicuius  
 boni. Nil ergo natura malum. **ARANEVS.**  
 Hec sunt rationes ad rem non ille quas uos mendi-  
 castis. **BASI.** Fateor inquit. Ille tamē ut eas defen-  
 saui non sunt spernende. **BENI.** Immo etiam co-  
 mendati uiri comendande presertim quia non est  
 solus / Sed & Alexander noster atque Bonauentu-  
 ra & multi alii secum. Non tamen possumus oia  
 omnes. **ZAMA.** Parce preceptor / Si namque non  
 possumus omnia uniuersa. Igitur aliquid erit pos-  
 sibile quod a nullo fieri possit. **MEN.** Si ita intelli-  
 gatur ut sensus sit more dialecticorum distributiue  
 uera est. Non enim ois homo siue ois res potest oia quae sequuntur  
 hic potest omnia & ille & sic de reliquis. Si autē

sensus subiecti illius sit collectiuus omnes possu-  
 mus omnia uidentur est an colligat uniuersa en-  
 tia. Et erit uera / quia non solum omnes simul  
 sed & unus omnium Deus inquit omnia potest. Si  
 autem colligat solum homines cum necesse tunc ui-  
 dendum Quae sint illa omnia quae posse dicuntur  
 Nam si omnia scire forsitan uera erit / si omnes ho-  
 mines / omnia nosse ualeant: si omnia facere fal-  
 sa. Vnusquisque certo nequit omnia neque scire / neque  
 facere: Sed transcant ista.

**¶** An demones fuerint a principio mali ita ut i  
 primo instanti peccare potuerint & peccave-  
 rint. **Ca. viii. SORGIVS.**

**S**

Olet etiam dubitari an malus Angelus  
 a principio sue creationis & i primo in-  
 stanti fuerit ( non quidem per naturā )  
 quia id iam ostensum est sed actione sue  
 propriae uoluntatis. **BENI.** Quid te mouet ad  
 ambigendum. **SOR.** Primo quidem quia Ioan-  
 nes. viii. dicit ille homicida erat ab initio & Au-  
 gustinus primo super genesim. dicit Informitas crea-  
 turarum non precessit tempore earum formationem  
 sed origine solum Et celi nomine ut ipse ait intel-  
 ligenda est natura Angelica informis lucis uero  
 uocabulo accipienda est ipsa eadem formata. Quae  
 quidem formatio fuit ipsius in uerbum conuer-  
 sio. Et quia simul natura Angelica creata & lux  
 facta est / simulque a tenebris diuisa quibus aci-  
 puntur Angeli peccantes Sic ergo quidam An-  
 gelorum i primo instanti dicti sunt lux quidam  
 tenebre. **GEOR.** Accedit ad haec quia posse bene  
 agere siue mereri & male agere siue peccare paria  
 sunt / quo ad hoc / quia utrumque pendet ex arbi-  
 trii libertate & adhuc magis male agere Sed possi-  
 bile est aliquem in primo instanti mereri. Igitur  
 & peccare. Confirmatur quia ignis exemplo ut  
 genitus est tendit sursum & graue deorsum. Er-  
 go & angeli illico ceperunt operari quom prestan-  
 tiores sunt rebus corporeis. Aut ergo ceperunt ope-  
 rari recte aut non recte. Non quidem recte quia  
 tunc & meruissent beatitudinem. Habebant enim  
 concreatam gratiam / & quia posito merito i An-  
 gelis ponit & premium si recte operari cepissent  
 beati fuissent, neque peccare potuissent quod falsum



L.  
est. Ergo subito ceperunt operari non recte. Et  
ita semper fuerunt mali. MEN. Me in opposi-  
tum mouent hec primo quidem quia scriptum est  
Vidit Deus cuncta que fecerat: & erant ualde bo-  
na. Omnia ergo aliquando bona erant. Et de Angelo-  
rum malorum principe sub figura regis Babylo-  
nis ita dicitur per Esaiam Quomodo occidisti  
Lucifer qui mane oriebaris. Corruisti in terram  
qui uulnerabas gentes. Qui dicebas in corde tuo  
In coelum conscendam super astra Dei exaltabo  
solum meum. Sedebo in monte testamenti in la-  
teribus aquilonis. Ascendam super altitudinem  
nubium. Similis ero altissimo. Et in Ezechiele  
ita legimus Tu signaculum fortitudinis. plenus  
sapientia. perfectus decore. idelicet paradisi Dei  
fuiisti. Omnis lapis pretiosus opimentum tuum.  
Sardius. thopazius. & iaspis. Chrysolitus. &  
onix. & berillus. Saphyrus & Carbunculus &  
Smaragdus. Aurum opus decoris tui: & foramina  
tua idie qua conditus es parata sunt. Tu cherub  
extensus & protegens. & posuisti in monte scilicet  
Dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti. per-  
fectus in uis tuis. a die conditionis tue. donec in-  
uenta est iniquitas in te. In multitudine negatio-  
nis tue repleta sunt interiora tua iniquitate. &  
peccasti. Et eieci te de monte sancto Dei & per-  
didisti te o cherub. Ex his certo dictis sequitur ali-  
quando malos. bonos fuisse. Immo & perfectos  
fuisse. & multa primum bona fecisse. que illis  
lapidibus denotantur qui nouem sunt. Ex quo  
uidetur Lucifer nouem angelorum choros transce-  
disse. Et denotatur per aures ipsam charitatem ha-  
buisse. Illa enim auro significatur. Et subdit do-  
nec inuenta est in te iniquitas. Et ita ostendit ipsum  
quod fuisse bonum & perfectum & incharitate. PV-  
TEVS. Oblectat me nimium ista tua opinio crea-  
ri namque & illico peccare ut creati sunt nulla ratio  
mouet. Sed quo plura tempora eis conceduntur  
uigilare. eo mihi gratus est modo antequam homo pecca-  
ret. ipse peccasse intelligatur. Respondebo igitur  
obiectionibus quibus mouebatur Angelus quidem  
nomine celi & lucis natura angelica & intelligen-  
da ad litteram an allegorice alias perscrutari poterit  
& an formationem regis in formitas precesserit tem-

pore de hoc uarie opinari licet. Certum hoc est quod  
Augustinus non solum Angelos malos semper  
fuisse tales non dicit sed in libro de ciuitate Dei.  
xi. Omnino negat sic inquit. Quia dicitur quod  
Dyabolus ab initio peccat. non ab initio ex quo  
creatus est peccare putandus est. Sed ab initio pec-  
cati. scilicet quia nunquam a peccato suo recessit. Alii autem  
ab initio accipiunt in tempore proximo suo initio.  
Aut in prima parte temporis creati ut uulgo di-  
catur. prima die uel ebdomada saltem imagina-  
ria siue quo suo coexistenti. Forasan quod diuisio illa  
lucis & tenebrarum. siue bonorum & malorum. Ange-  
lorum & creatio ipsorum informis & formata referen-  
da est ad diuinam prescientiam. in qua omnia &  
longe distantia simul sunt. Unde ibidem Augu-  
stinus. Solus lucem ac tenebras discernere potuit  
quod potuit priusquam caderent. prescire casuros. Ad id  
autem quod addidit Georgeus nescio an illa con-  
sequentia ualeat. potuit mereri in primo instanti  
igitur & peccare. Concesso tamen quod potuerit non  
concedit. Igitur peccauit. Re ipsa fuit quoad hoc  
bonus quicumque nunc est Angelorum malus. Et ita  
patet ad confirmationem illam. quod poterat pecca-  
re neque tamen peccauit. Aut forsan neque peccare  
in primo instanti potuit. Et tunc nego consequen-  
tiam de merito ad peccatum poterant enim mere-  
ri. neque tamen peccare. Et quod arguis in primo  
instanti aliquid operati sunt. Concedo. Et recte  
omnes itaque meruerunt. Deus enim tunc non di-  
scernebat inter bonos & malos. Verum quidam eo-  
rum presterunt obstaculum & precedens meritum  
mortificauerunt. Et ita beatitudine quam iam me-  
ruerant fuerunt priuati. SOR. Thomas eo modo  
respondet. Vbi quaedam uideo esse contra ip-  
sum. quaedam contra ueritatem. Contra ipsum  
quidem. Quia ipse tenet angelum postquam quicumque  
uoluerit firmiter atque immutabiliter uelle. Hic  
autem dicit ipsum mortificasse meritum. & ita in  
primo uelle non permanisse. Contradicit sibi &  
secundo. Nam dixerat primum statim post unum ac-  
tum meritorium Angelum beatitudinem fuisse  
adeptum. Hic autem dicit malos illum actum ha-  
buisse. neque tamen consecutos esse beatitudinem  
sed illum actum mortificasse. Quod certo fieri non



potuit nisi p alium actum Ergo & boni post  
 primum actum bonum potuerunt habere & aliū  
 quo auxerunt & confirmarunt precedens meri-  
 tum pro tunc quando mali illud mortificauerunt.  
 Non itaque statim habito actu consecuti sunt  
 beatitudinem. Aliter enim mali eam consecuti  
 fuissent neque utriusque simul fuissent in uia & in  
 termino. Tertio hic sibi contradicit Dixerat nā-  
 que paulo ante ex mente Augustini diuisionem  
 lucis & tenebrarū atque infortitatem & forma-  
 tionem eiusdem esse referendam ad prescientiam  
 Dei in qua hęc omnia simul fuerant & statim ex  
 mente eiusdem subdit q̄ Deus non discernabat  
 inter bonos & malos ante auersionem & conuer-  
 sionem ipsorum igitur non erant hęc simul in  
 prescientia ipsius. Contra ueritatem in se dicit  
 quia Angelos imprimō instanti mereri potuisse  
 & non peccare affirmat. Sed primo contradictio  
 nes illę si fieri potest soluendę. **GEORGEVS.**  
 Tertia contradictio facile conciliabitur. Nam ī  
 cognitione Dei omnia sunt simul sed non oportet  
 ut que ipse simul agnoscat simul fiant atque  
 existāt. Simul itaque & uiam & terminum utrius-  
 que & aquo & a quem intuebatur Deus: neque  
 tamen prout uidebat eos in uia uidebat intermi-  
 no. Semper quoque discernabat sed non p̄ semp̄  
 Dum ergo essent in gratia omnes non separabat  
 pro tunc lucem a tenebris & tamen simul sepa-  
 rabat & anteq̄ creati essent separabat. Reliquas  
 duas ego conciliare nequeo: p̄ceptor id faciet  
**BENIGNVS.** Si Thomas illud firmum uelle  
 Angelorū ita accepisset ut uerba sonāt sibi utiq̄  
 contradixisset. Similiter si illum unum actus me-  
 riti quod consequitur statim beatitudo ea ratio-  
 ne ut ab aliis exponitur intellexisset sibi utique  
 dissideret. Si autem ut nos cum superioribus die-  
 bus interpretati sumus accipiat omnis repu-  
 gnantia erit ablata. Fuerunt igitur plures moru-  
 le uig Angelorū. **GONDOLVS.** Quid mihi  
 si Thomas sibi contradicat accedamus ad rem.  
 Et uideamus An Angeli imprimō instanti po-  
 tuerint proprio actu uoluntatis prauis fuisse: q̄  
 non fuerunt.

**S**oluuntur quorundam rationes Angelos in  
 primo instanti peccare non potuisse affirman-  
 tes. **Ca. ix. GOTIVS.**



Ationes quibus pleriq̄ mouentur ut  
 illud impossibile opinentur sunt pri-  
 mum soluendę. Est autem una ratio ta-  
 lis. Duarū oporum quarum una conse-  
 quitur alteram nequeunt simul esse termini. Hęc  
 uidetur manifesta quia uidetur ex opposito fēdi-  
 cati in ferri oppositum subiecti sic possunt esse  
 simul termini igitur una non consequitur alte-  
 ram Sed creati & uelle malum sunt duę opera-  
 tiones siue actiones & uelle presupponit creati  
 immo & esse. Et prioris terminus est esse Angeli  
 Alterius autem esse malum. Igitur illarum ter-  
 mini nequeunt esse simul. Adde. Sed prioris ter-  
 minus est imprimō nunc. Ergo posterioris ne-  
 quebit esse in eodem nunc. Et posset ratio etiam sic  
 formari Duarū actionum quādo altera illarū p̄-  
 exigat terminum ad quē alterius termini nequeunt  
 esse simul. Vel sic nunq̄ terminus actionis p̄-  
 exigentis alteram actionem potest esse simul cum  
 termino actionis quę p̄exigitur. Hęc inq̄ ratio  
 facile soluitur. Illa enim solum uera est quando  
 due actiones sunt successiue. Quando uero actio-  
 nes mesurantur instanti & non tempore tunc  
 prior & posterior possunt esse in eodem nunc tem-  
 poris & inter eas erit prioritas nature dumtaxat  
 Veluti in eodem nunc Luna a Sole & ab illa il-  
 luminatur aer. Simili modo posset in eodem nūc  
 fuisse res creata & operans & ita producta in esse  
 & in maligno esse. Secunda ratio qua ostenditur  
 impossibile esse Angelum imprimō nunc peccasse  
 est talis. Et inducitur formaliter atq̄ acutius  
 sic. Omnis operatio quę incipit simul cum esse  
 rei conuenit ei ab agente siue a causa producente  
 Sicut moueri sursum quia simul incipit cum esse  
 ignis ideo est igni a generante. Sed Angeli se-  
 cundum aduersarium potuerunt peccare in illo  
 nunc in quo conditi sunt. Igitur illa operatio pec-  
 cati conueniebat eis a causa producente. Conclu-  
 sio falsa quia Deus non est auctor peccati neq̄  
 ullius defectus. Nam & si res accipiens esse a cau-



sa deficiente possit imprimò nunc sui esse in operatione deficere ut si tibia debilitate seminis producat clauda & statim ut est claudicare incipisset nil mirum esset Nam ab agente defectibili defectum illum induisset. Res tamen accipiens esse a causa perfecta & in defectibili nequit statim ut accepit esse deficere ualet autem recte operari. Quom itaq; Angeli sunt ab optimo Deo creati imprimò nunc ipsorum creationis mali esse neque uerunt. Hanc rationem sic soluo. Nego sibi propositionem neque ipse eam probat nisi quia exemplum de igne mox ascendente inducit. Quod forsitan sibi negaretur si teneamus ignem a se ipso sursum moueri. Neque uerum est ut in eodem nunc moueatur sursum quia motus non est in nunc. Deinde concessio etiam illo de igne non quia sursum feratur in nunc sed quia in tempore habito siue consequenti esse incipit moueri non tamen erit simile de operatione que potest esse in nunc & que etiam profuit ex libero arbitrio. Deinde aut illud meritum fuit totaliter a Deo aut partim a libero arbitrio Non primo modo quia contra rationem meriti est ut non sit a uoluntate illius qui meretur. Si autem fuit partim a libero arbitrio Igitur etiam actus ille qui est malus poterat esse a Deo simul & libero arbitrio & malus dici ea ratione qua est a libero arbitrio. Non ergo uerum est ut omnis operatio que incipit simul cum esse rei sit semper a producete & totaliter. Sic respondendum est rationi illi. Aliqui tamen sic opinionem illam impugnant. Primo quia Augustinus sic opinantes uidelicet quod Angelus fuerit malus imprimò nunc non uocat esse Manicheos qui Dyaboli natura malus dicebant: sed tunc porceret illud sequi uidelicet fuit malus imprimò instanti. Igitur a create sequeatur etiam eum natura malum. Quod enim creatum est malum natura est malum sicut etiam natura Angelos omnium rerum species habere dicimus eo quod eis sunt concreate. Tunc sic Si Angelus non posset poni malus imprimò instanti nisi natura ponatur malus tunc illud ponens Manicheus esset. Quod tamen Augustinus non uult. Et ita negare uidetur illam consequentiam fuit malus in

primo instanti. Igitur ab agente create talem malitiam suscepit. Preterea Defectus ea ratione qua defectus est nequit esse a causa prima. Si ergo tunc Angelus defecisset: talis defectus non posset imputari Deo. Tertio quia perhibete Augustino Quemadmodum sol per aera lumen iugiter sic & Deus creaturam causat. Aer enim non est factus lucidus ac si non fieret plus: sed assidue fit lucidus. Sic & assidue uoluntas creatura Deo quia conseruari est ab illo iugiter causari. Tunc sic In quoque instanti uoluntas peccet illo accipit esse. Igitur si non potest male operari in illo instanti in quo accipit esse nunquam poterit operari male quom semper accipiat esse. Et forsitan he tres rationes altercando solui possent. Negando similitudinem de accipere esse post non esse & de accipere esse post esse quo ad tertiam rationem. Quo ad secundam illa non uidetur ualere nam ideo illos non potuisse peccare dicunt illi ne in Deum ipsorum retorqueatur peccatum. Quo uero ad primam. Dicerent quod illi secundum Augustinum qui ita opinabantur non credebant cum Manicheis ut angelos putarent natura malos illud tamen sequi uidetur ex eorum dictis. Multa enim secuntur ex concessio uno que tamen illud unum concedens non concederet. Quicquid sit de his quia illud posset indispertatione esse an improbationes recte improbant id satis constat rationem illam que impugnatur non concludere. Falsam enim posuit propositionem. Si occurrant alie rationes dicite uos & afferote. BONDIVS. Afferunt quidam & aliam rationem qua probare conantur angelos imprimò instanti peccare non potuisse sic. Quicumque nequit primum uelle habere ex se ille imprimò instanti sui esse peccare nequit patet. Quia tale uelle primum si ei insit ab agente in erit. Illud autem agens est Deus a quo solo malus uelle nullatenus prouenire potest. Sed Angelus non potest habere primum uelle a se. Hoc assumptum probatur testimonio Anselmi de casu Dyaboli sic arguentis. Si primum uelle ex se habuisset. Aut igitur uolens aut nolens habuit primum uelle. Et quicquid dixeris sequet illud non fuisse



6.  
primum uelle. Nam si uolens produxit primum uelle igitur ante primum uelle fuit uelle. Si nolens igitur noluit illud uelle. omnis autem nolens aliquid uelle (ut alias declarauimus) igitur illud uelle non fuit primum. Igitur Angelus quoz non potuerit habere primum uelle ex se & a Deo causari etiam nequiuert. in primo instanti nullo modo peccare potuit. CHRO. Ista ratio uidet quędam confirmatio rationis precedentis. Quę tamen non uincit Nam assumptum sibi negabitur. Qui nāq; est productiuus secundi uelle erit productiuus & primi, quom sūt eiusdem rationis: & eisdem producantur principiis. Et dicim? ipsum ante primum uelle. neq; habuisse uelle. neq; nolle. Sic enim abiremus sine fine de Anselmo dicitur ipsum per primum uelle accipere primum actum hoc est potentiam illam qua uolumus & concedimus primum actum cuiuslibet nature esse ab illo qui largitur esse saltem inquam cum primus actus ad potentiam spectat. Ab illo nāq; sunt potentie. a quo & essentia. Dicitur q; q; Anselmus ibi loquitur in quodam casu: non absolute. Fingit enim Angelum creatum quidē cum instrumento hoc est potentia. Sed sine ulla affectione comodi aut iustitie. GEORGEVS. Est mihi pro dicta opinione talis ratio. Quicumq; non potest non peccare nō peccat uel sic quē necesse est peccare uel ad comittere nō peccat. S; Angelus si in primo instanti dicatur peccasse. non potuit non peccasse immo necesse fuit ipsum peccare. Igitur non peccauit. Assumptum probatur. Nam si non sit uerz quod dicimus ipsum uidelicet non potuisse non peccare. dicatur ergo ipsum potuisse non peccare. Ergo i ipso preuit potentia non peccandi quod est falsum quia ante primum instans non fuit in eo neq; existentia neq; potentia. Neq; potest dici ut in eo fuerit potentia simul cum actu. Nam stante actu peccati impossibile est stare potentiam ad non peccandum. Quia dum quis peccat oportet ipsum peccare. MENTIVS. Non aduertunt ita arguentes ad prius natura & posterius. potentia certo prior est natura sua actione semper etiam si ponatur simul tempore cum illa. Decipiunt quoq;

in illa philosophi snia Creduntq; causam dum causat necessario causare. Quod certo si uerz est tunc omnino causa necessario causaret probatur Nil contingenter causat anteq; causet. Et omne quando causat necessario causat. Ergo oia fiunt necessitate. Si etiam illud esset uerum. nulla erit arbitrii libetras in nobis. Voluntas enim non elicit actum libere anteq; eliciat & dum elicit secundum te necessario elicit. Igitur semper necessario elicit. Et hoc modo quicquid uolumus. necessario uolumus. etiam ipsa media ad finem. Quod tamē concessit nemo. Quid ergo dicem? Angustie utriusq;. Si enim concesserimus causam contingenter causare dum causat negabim? philosophum qui dicit causam dum causat necessario causare. Si uero dixerimus cum philosopho periremus causas contingentes & cuncta infati necessitatem atq; ipsum philosophum in contradictionem adducemus. Ipse enim ostendit aliquid contingenter fieri ubi predictam sniam induxit. Et ita secundum ipsum aliqua causa contingenter causat. quę tamen dum causat necessario causat. Ut igitur neque philosophus sibi dissentire agnoscat neq; rationem inductam ualere contra nos ostendamus. dicimus causam contingenter atq; liberam contingenter agere & effectum posse non ponere in esse in quantum intelligitur ipsa causa prior saltem natura sua actione. Quia. n. non progreditur necessario in opus iccirco dicit contingenter causare. Anteq; enim agere incipiat potest non incipere. In quantum autem iam agit nequit esse ut non agat. Sic enim ageret & nō ageret simul. Quod esset contra primum principium. Dum quoq; agit contingenter perseverat i actione & posset premittere si actio sit successiua & diuisibilis. Dum tamen perseverat in actione oportet ipsa esse. Et si actio sit indiuisibilis ita ut necessario tota simul ponatur: tunc tamen quando ponitur in esse contingenter ponitur. Et potest non poni in sensu diuiso quia ex natura sui non repugnat ipsam tunc non poni (sicut neq; nos repugnat nunc esse) repugnat tamen in sensu composito quia dum illa ponitur nequit non poni. neq; nos nūc non esse quom sumus. Bifaria; ergo



soluitur nodus ille / Quia & anteq̄ intelligatur  
positus effectus aut actio in facultate causę erit il  
lud non ponere dum tamen ponitur non potest  
non poni. Deinde addidimus q̄ etiam dum po  
nitur & dum est contingenter ponitur & contin  
genter est / quia in eadem mensura ĩ qua positio  
uel affirmatio talis intelligitur non repugnat ne  
gationem intelligi. Et hic uocatur sensus diuisi  
sus. Stante tamen pro tunc affirmatione / nequit  
pro tunc stare negatio / pro quocūque nāque si  
gno hęc papyrus est alba pro eodem potest esse  
nigra & non alba / Stante tamen eo ut sit al  
ba pro tunc non potest pro tunc esse nigra / aut  
non alba. Et ueluti omnes Deum ab eterno pre  
destinasse contingenter electos asserunt neq; tñ  
predestinationem illam precessit tempus aut in  
stās ita & āgeli poterat ab initio aliqd uelle cōtin  
genter non obstante ut nullo instanti temporis  
ante fuissent & prius natura q̄ uelle intelligeren  
tur poterant non uelle. Immo & dum uolebant  
poterant in sensu diuiso non uelle. Non itaq; ne  
cessario uoluerunt aut peccauerunt.

**S**oluuntur & quedam alię rationes que idem  
probare conantur. Ca. x. ZAMAGNVS.

**A**liqui pro dicta opinione talem indu  
cunt rationem / Quandoquāq; aliquid  
uelle / non potest precedere deliberatio  
illud uelle nō potest esse peccatum. Ne  
mo enim absq; deliberatione preuia potest pecca  
re / Sed Angelus imprimo instanti non potuit  
deliberare / quia nō potuit simul multa distincte  
intelligere / quod tamen ad deliberationem req̄  
ritur / Quare neq; peccare potuisse uidet. SOR.  
Ista ratio nil ualet. Falsum enim est Angelum  
non posse plura simul distincte agnoscere. Fal  
sum ergo erit ut imprimo instanti deliberare ne  
quirit. Deinde ĩ unica uolitione potest esse pec  
catum / Vnicam autem uolitionem sat est ut pre  
cedat unica intellectio. Quare obiectio illa nil  
probauit. Quo pacto etiam poterant imprimo  
instanti recte uelle / quom absq; deliberatione &  
omnium circūstantiāz cognitione nemo ualeat  
recte uelle. Nam prauē uelle unica deficiente cir  
cūstantia possumus ( Malum nāq; fit multifa  
riam ( Bonum autem nisi omnes ad sint uelle ne

L.  
quimus / Iccirco uno modo dicitur bonum fieri  
Quia causa integra fit. Retorqueatur ergo ista  
ratio contra illum qui fecit eam. Similiter & se  
cunda ratio est contraria suo auctori. Quomodo  
enim quis poterit mereri quando peccare nō po  
test quom idem sit peccandi tempus & merendi?  
Neq; licet dicere ut actu concreato quis mereat.  
Ex hoc etiam prima ratio ipsorum infringitur /  
Nam si omnis operatio que simul incipit cū ipsa  
re sit effectus causę rem ipsam pducentis. Ergo  
& opo angeli meritoria imprimo instanti fuit a  
causa ipsum angelum producente / Igitur ange  
lus meruisset opone nō sua / Sic at mereri nō est  
mereri ut in Theologia de merito tractantibus  
patet. Tertia etiam ratio ipsorum posset contra  
eos retorqueri facillime. Nam sicut si imprimo in  
stanti peccando necessario uidetur eis peccare /  
Ita imprimo instanti merendo necessario uidere  
tur nobis meruisse. Et ita sicut necessariā actio  
nō imputaretur ad peccatum ita certo neq; ad me  
ritum. ZAMA. Christus dominus mereri po  
tuit neq; tamen peccare. SOR. Peccare nequiuit  
quia beatus erat / Mereri potuit quia uiator de  
quo alias. Omnis ergo uiator purus qui mereri  
potest / & peccare ualebit. ZAMA. Ergo chri  
stus nō fuit uiator purus? Quid ergo nō purus?  
purissim⁹ certo hęc ioco. Noui enim quid sit dic  
tu creatura pura atq; uiator purus. BONVS.  
Arguitur etiam pro dicta opinione sic. Quādo  
naturalis motus uoluntatis est rectus in summo  
tunc uoluntate peccare repugnat. S; imprimo in  
stanti motus naturalis in angelo fuit rectissimus  
Ergo tunc peccare nō potuit / Quia tñ remissio  
rem fecisset motuz uoluntatis naturalem. S; hoc  
puerile est. Naturalis enim inclinatio tendit sem  
per in bonum totis uiribus natura manente incli  
natio manet unde etiā ĩ malis angelis est rectissi  
ma in bonum naturalis motus. Cuncta enim na  
turalia in ipsis manent splendidissima siue inte  
gerima. Nihil nāq; naturę adimit peccatuz. At  
quo pacto uulneret ĩ naturalibus peccatuz alias  
preceptor nobis declarabit. Vnum mihi uidet  
ut si peccatum aliquid naturę adimeret poss; eaz  
& consumere. Et si consumere non possit / neque



adimere. Quia natura nō incipit motum quem consummare nequeat Et ī post p̄dicam̄tis philoſophus inuit. Vt omne q̄ quis poteſt incipere. poſſit & perficere. **RESTIVS.** Quidam arguūt aliter ad idem. Prius angelus agnoſcit q̄ prius reſoluit in ſp̄ebus ſiue habitibus concreatis q̄ que poſterius. Sed in ſpeciebus Angelorū concreatis prius relucebant uniuersalia q̄ ſingularia. igit̄ & ip̄e pri⁹ agnouit uniuersalia q̄ ſingularia Tūc ſic nemo peccat niſi p̄quia ratione practica. Sed qui ſolum contemplatur quiditates & uniuersalia non habet p̄quam rationem practica. q̄ illa conſiſtit circa ſingularia. Igitur peccare non poterit Ex quibus ſequitur angelum ī primo inſtanti in quo ſolum erant ei quiditates notē ī ſpeciebus peccare nequiuiffe. Circa ipſarū nāque cognitionem fit quedam naturalis complacentia. que ſolet conſequi cognitionem ſpeculatiuam. **GR̄A.** Subtilior iſta ratio precedenti. **VER̄ m̄hi** facillima ſolutu uidet̄: pri⁹ nāq̄ āgelus agnouit ſe q̄ relucētia ī ſp̄ebus concreatis. q̄ ſe agnouit notitia ītuitiua. Et ſibi ipſe maxime p̄ſens potuit igitur ī ſui amore ſubito ferri & inordinate. atq̄ ſic peccare. potuit nāq̄ ſibi oſtendi ī illo inſtanti bonum concupiſcibile īmo & multa concupiſcibilia quia plurima potuit ſimul intellegere. Et quia aliquod illorū oñſorū erat tale ut deberet ſe in illud referre. nō ip̄m in ſe hoc eſt deuiſſet ſe amauiſſe p̄ illud nō autem illud propter ſe. Referendo igitur in ſe illud In quod ſe referre debuerat peccauit. Et ita Ciuitatis Dyaboli ab amore ſui īcipiendo fundamenta iecit. **CALIX.** Quidam etiam eo modo id probant dicentes Neminez peccare poſſe niſi qui debitor ſit iuſtitie. Quia iuſticia & peccatum ſunt ( inquit ipſi ) ſicut habitus & priuatio Nemo autem priuatus dicit̄ niſi qui ſit debitor ( hoc eſt. aptus natus ad habendum. Imprimō autem inſtanti Angelum non fuiſſe debitorem iuſtitie confirmant Quia Anſelmo teſte imprimō inſtanti iuſticiam non accepit. Sed ego q̄ id ſoluam. Et quia hijs cōſiſtit ī maiori illa. Quid hi intelligunt per debitum iuſtitie primo eſſet īſpiciendum. Et ſi quidem ratio procedat de iuſticia in ſuſa hoc eſt charitate iam declaratum eſt illa nō opponi. ſicut ha

bitum & priuationem Nam remiſſio culpe & inſuſio gratie ſunt due uel quaſi due mutationes Nam remiſſio a culpa procedit ad non culpam. Et gratia eſt ſplendor ingens a cuius priuatione proceditur ad habituz. Si ergo arguat ſic Nemo poteſt peccare niſi ſit debitor iuſtitie. Quēro q̄d intelligunt per debitum iuſtitie. Aut aptitudinem ad iuſticiam īfuſam aut obligationē ad illā Si aptitudinem conſtat angelum imprimō inſtanti fuiſſe aptum ad illam. Et ita peccare potuiſſe. Si autem accipiant obligationē ad illam tunc negarem ut nemo poſſit peccare niſi obligatus ad iuſticiam. Nam aliunde obligatur ad iuſticiam illam Quia ex quodā diuino pacto. Quo ſanctum eſt opera ſine tali dono nō acceptari. Aliunde peccandi potentia. quia ex libertate arbitrii contra diuinum p̄ceptum tendentis Nempe ſi nunq̄ gratiam conferre alicui Deus diſpoſuiſſet & m̄a data adieciſſet. peccare ille potuiſſet. **GONDOLVS.** **VER̄** id absolute. Sed aliud decretorum diuinorū ordo expoſcit. Qui omnem creaturam peccatrice obligauit & debitricem huius iuſtitie fecit. Nemo igitur non debitor iuſtitie peccare poterit. **CALIX.** Ego tunc dicam angelum imprimō inſtanti iuſtitie debitore fuiſſe ita quidem ut ſi eam non habuiſſet optare debuiffet Si uero ea p̄ditus fuiſſet. in ea q̄ perſeuerare omnino decreuiſſet. **GEOR.** Gratioreſ m̄hi hē ipugnationes q̄ illę quas inducit Scotus. Scotus etiā ibi probat aperte ipſos imprimō inſtanti peccare potuiſſe & debitores iuſtitie fuiſſe. Et q̄ auctor illius rationis hanc Angelus non fuit imprimō inſtanti debitor iuſtitie ita probabat. Quia Angelus imprimō inſtanti non accipit iuſticiā. igitur non eſt debitor iuſtitie. Iccirco Scotus quaſi deridendo rationem illam arguit ſic. Ergo q̄ ob facinus perpetratum amittit iuſticiam nō poſſet amplius peccare ſecundum te. nam non erit debitor iuſtitie Et cur nō erit debitor illius. Quia ut dicis nō accipit eam neq̄ habet Et ita iugiter in peccato exiſtens nunq̄ peccare poſſet. q̄ nūq̄ debitor iuſtitie eſſet qui ſic manendo nunq̄ eam acciperet. Sic etiā Iudeus aut Sarracenus natus nūq̄ peccare poſſet. Si nullus peccat niſi iuſtitie



debitor & nemo sit debitor nisi qui accipit. Si  
milititer iustitia acquisita potest multis actibus in  
iustitię omnino aboleri Et ita sine illa existens  
peccare non posset quia non esset debitor illius  
quom ipsaz non accipiat manens sine illa. PRO  
DANELLVS. Sunt qui etiam ita id probant  
Nulla creatura potest agere in instanti patet snia  
philosophi. vi. de auditu naturali / ubi ait Si ali  
qua uirtus posset mouere i instanti / maior possz  
iminori mensura q̄ instanti quod est impossibi  
le. Sed Angelus est creatura. Igitur nequit agere  
i instanti. Et ita neqz imprimõ instanti quicq̄  
egisse est putandus. Sed ipse ad id respondeo / Ne  
gando illam propositionem Ad philosophum  
autem dicerem q̄ nõ comparat mensuram indi  
uisibilem / sed plures diuisibiles adinuicem. Vir  
tus enim una si mouere potest in hora / iduplo  
maior mouebit indimidia parte horę. Motus. n.  
necessario exposcit tempus quod est mensura di  
uisibilis / CERUIVS. Contra ratio eius fuit in  
ducta sic si aliqua uirtus posset mouere in instan  
ti. Ergo de instanti loquebatur & ipsum conse  
rebat. PRODA. Dicerem q̄ illa snia fuisset ma  
le inducta ex mente philosophi. Posset tamen &  
aliter responderi ut philosophus ibi probet mo  
tum nullo modo posse fieri in instanti : quia si sic  
sequeretur illud i conueniens. Nunc autez uelle  
Angeli nõ est motus & potest fieri in instanti. Et  
ita ratio illa nullius momenti erit. BENI. Non  
est hac in re ulterius imorandum Nam solutiones  
rationum satis ostendunt aperte angelum impri  
mo instanti peccare potuisse / Sat enim erat ipsuz  
tunc & cognoscere plura & uelle potuisse Idqz  
recte atqz prae Et modus ponendi ex ipsis res  
ponsonibus ad rationes colligi potest / Prius. n.  
natura intellexit & potentiam q̄ actum habuit.  
Et si cetera aduertantur nil ambiguuz ulli urtuz  
remanebit. Sed diu hac in re disputauimus Trã  
seamus ad alia.

**¶** An fuerit mora ulla inter Angelorum crea  
tionem & lapsum prauorum Angelorum. Ca  
xi. ARANEVS.

**¶** Roponebatur an fuerit mora ulla iter  
creationē & lapsum prauoz angeloz.  
Sed id pene enucleatū & Esaye & Eze  
chielis testimoniis iam allatis. Vnde &  
origenes inquit / Serpēs antiquus nõ statim su  
pra pectus & uentrem suū ambulauit / Quibus  
uerbis denotat ipsum nõ statim peccasse / Ratio  
ne q̄ id pbari potest / Interquecūq. n. duo instan  
tia est concedere tempus mediū ex. iiii. & .vi. phi  
sicoz. Sed ex determinatis angeli nõ peccauerūt  
imprimõ instanti. Ergo quom instans non sit i  
mediatū istati fuit tēpus mediū iter istas creatio  
nis & lapsus / Confirmat a simili Quia iter for  
mationem hominis & lapsum fuit mora est autē  
mensura hominis mensura Angeli apoca. xxi.  
BASILEVS. His ita mōdetur q̄ solent i sacra  
scriptura motibus corporalibus / motus denota  
ri spirituales q̄ dicunt motus transumptiue qui  
sunt in instanti Et ita snie Ezechielis / & Esaye  
itelligenda. Origenis ēē snia sic uera non statim  
Hoc est nõ i primo instanti. Ad rōnem dicitur q̄  
propositio illa uera est de instantibus temporis cō  
tinui / nõ autē discreti quod accipit ex ipsa succes  
sione operationū intellectus & uoluntatis. Instas  
igit primū i angelis itelligit pro illa opone qua  
conuersi sunt i se ipsos Et hęc fuit cognitio uesp  
tina Iccireo prima die solum ponit uespa & nõ  
mane / Et hęc prima operatio bona fuit i omni  
bus. Postea successit cognitio matutina in uerbo  
& i hac quidā sunt i laudē uerbi cōuersi / quidā  
uero supbia itumescētes facti sunt nox tetra.  
Imprima igit opone nõ fuerūt distincti sed om  
nes boni. In secunda uero fuerūt boni a malis di  
stincti. Ad confirmationē negatē similitudo. Nã  
liberz arbitriū angeli est inflexibile post electionē  
nõ ita hominis. ARA. Iste solutiones ligant sol  
uentem: Primo quia dato ut corporalibus moti  
bus denotent spūales ut ipse ait qui motus fiunt  
in instanti Saltem plures motus in instanti illo  
facti deberent itelligi ut & ipse innuit dicens  
implurali. Et tamen Paulopost dicit eos non  
habuisse nisi unū motū i paradiso hoc est cogni  
tionē uespriñā qua i se sunt cōuersi Et sic nõ ha  
buerunt nisi unā oponez Aut fuerūt plures opo  
nes i eodē instanti Qd̄ est cōtra eos q̄ nolunt



Angelum posse plura simul intelligere uel plures  
 opones simul habere. Esset et id contra rationem  
 temporis discreti quod in successionem oponum po-  
 nunt. Si autem plures opones simul essent tunc plura  
 instantia temporis discreti et pariter existeret. De  
 inde si primo instanti omnes meruerunt & post in-  
 stans meriti sequitur extemplo premium secundum eos cur  
 omnes non accipiunt mercedem? Quo pacto et quis  
 potest iterum uisum & in beatitudinis instanti ponere  
 obiectionem? Quomodo et iste conuersi boni fuerunt in deum  
 uero conuersi mali euaserunt? Et quomodo notitia  
 uel perpetua sola mereri potuerunt? Ad meritum namque  
 multa requirunt. Et precipuum est ut Dei amor ad sit  
 quod sine cognitione adesse nequit. Sed ad hoc dicitur quod  
 cognouerunt Deum propria euentia mouente & tunc  
 iterum mirabor unde fuit ut Deum cogniti ex creatu-  
 ris amarent cogniti uero iste non dilexerunt? Quo  
 pacto et concedem? malos notitia in uerbo habuisse  
 non tamen uerbum uidisse quorum spiritum diuine essentie non  
 admittant ipsi. Sed non concedent omnes notitia ma-  
 tutina habuisse sed bonos solum & tunc rursus qui  
 ram Quorum iter instantis meriti & instantis premii nullum  
 fuerit instantis mediū sed eos. Igitur nulla oportet iter  
 media iter instantis meriti & premii. Quo pacto igitur  
 hi instanti fuere superbia & illi non? An forsitan illis  
 Deus uoluit mercedem reddere & illis minime? Ab-  
 sit. Si quod inflexibilis sit uoluntas angeli quomodo a  
 bono in malum flexa est? Nam primo instanti omnes  
 aut boni fuerunt? A deo sibi dissidet ut conciliari  
 nequeat. MARTI. Nosti necne contra quem obi-  
 eis. ARA. Noui inquit quia Thomas est. Sed sanctum  
 est ueritate proponere cuius ut Aristoteles inquit Et si  
 Amicus sit Socrates ueritas tamen magis Amica ut  
 Plato dicebat. Sed in sententia preceptoris persista-  
 mus. BENI. Recte tu in illius Doctoris sententia  
 perplexus fuisti. Plurimum namque contradictiones pluri-  
 maque insolubilia ex dictis eius sequuntur si eo modo  
 ut plerique tamen intelligunt accipiunt. Si uero ut nos  
 ipsi totiens declarauimus intelligat non uidebitur  
 sibi dissentire. Et quis hoc loci sit difficile ipsius  
 dicta precedentibus conciliare forsitan tamen sic possent  
 conciliari. GEOR. Preceptor primum conteri-  
 mus temporis in conciliatione Doctorum. Quare res  
 parui nobis momenti. Concilia nobis sacrorum codi-

cum dicta De his qui ut homines locuti sunt quod  
 nobis? Si Thomas aut Scotus uarie locuti fuerit  
 Concilient eos ipsorum Auditores. BENI. Bessa-  
 rion uir omnium literarum copiosus mihi aut pater & pro-  
 tector & in eruditione humanarum diuinarumque res  
 precipuus fautor dum sub maximo Scotice doc-  
 trine preceptore Ioanne Anglo Foxolio. Archie-  
 episcopo ex ordine monacho Armachano literis operam dare  
 Me nomine nouo & memoriali perpetuo Benigni in-  
 signiuit. Benignus ergo doctor quorum tamen in om-  
 nis in me benignum opus est esse. PVTE. Cur eo no-  
 mine te donauit? SARA. Rogas quem constant  
 presagus futurorum sic pronuntiauit. BENI. Di-  
 cam ego. Erat inter ipsum Bessarionem Nicenum  
 Cardinale siue uulgo Grecum nuncupatum ac-  
 que Georgium Trapezuntium cretensem uirum etiam  
 doctum longa in patria concertatio dumque Nice-  
 nus dominus & pro meus defensorium librum edidisset  
 Ille e contra in premissis eum carpere cepit. Atque  
 inter alia tredecim hereticis dicta eidem opponebat  
 Ad quem ego trium & xxx. annorum circiter adule-  
 scens quorum respondisset (Magistro modo atque Guilliel-  
 mo Gallo penitentiario cum Apostolico. Fernan-  
 doque Cordubense pontificis sub diacono uero  
 acutissimo Et Ioanne Gatto Siculo Abbate nun-  
 cupato ex ordine prius predicatorum plerisque item  
 aliis qui tunc Romam aderant) respondere dicto Geor-  
 gio negligentibus. Nicenus ipse cuius memoria  
 in benedictione sit sub nomine incognito ne lu-  
 uenile opus quod senile sensum redolebat in scriptio-  
 ne ipsa uilesceret ipsum manu Dominici Calde-  
 rini Veronensis (qui se postmodum Domitium  
 appellauit Secretarium sui uiri in utraque lingua pe-  
 ritissimi Cuius plerique in Satyros extant comen-  
 taria) scriptum siue exaratum transmisit. Et  
 suscipere de supernis uenisset omnis altercatio  
 extincta est. Quod opusculum in Anglia translatum  
 amissum Benignus itaque cupere esse in omnes. Ad re-  
 spondeo dico opus esse omnino asserere inter casum &  
 creationem defluxisse tempus siue multa instantia  
 temporis discreti si illud sit concedendum Multa  
 namque post primum uelle bonum immo & plura  
 uelle bona siue operationes bonas plurima uolue-  
 runt mala post quorum uolitionem iterum poterat re-



dire / Et quis nouit Si forsan aliquis reuersus sit Nisi quia non tenetur ut ullus angelorū qui remanserūt unq̄ peccauerit. Impossibile certo nō fuit Sicut bonos iam cecidisse ita ne malos quidē iterū rediisse anteq̄ cecidissent & hoc non fuisset contra comunem Dei legem ut uero post casum redeant tam possibile q̄ ab inferis hominē ad suos peros reuerti. Poterant igitur redire ante casum sicut & homo ante mortē post casum eo mō nequeunt / quo neq3 homo post mortem / Qz tam̄ ullus illorū redierit nō tenet / Qz at poterit magis rationi consentancuz. **PROCVLVS.** Qui d̄ am inde capiunt occasionem dicendi post primum instans ipsum cecidisse quia Ioannis. viii. dixit dñs. In ueritate non stetit uidelicet Dyabolus uerū ego id soluam. Stare nāq3 in sacris codicibus firmitatē atq3 animi imobilitatem denotat iuxta illud in uia peccatorū nō stetit Angelus ergo malus in ueritate non stetit: quia nō fuit in ueritate firmus / nō stabilis nō certo imobilis. Post itaq3 primuz uelle potuit moueri & flecti ex quo in bonis ichoatis non perseuerauit. Sed an Lucifer quem primum inter cadentes arbitramur fuerit omnium natura prestantior contemplerur.

**¶ An Lucifer sic natura omnibus excelsior. Ca. xii. GRADVS.**



Gregorius in Omelia quā facit de centuz ouibus sentire. Videt̄ ipsum fuisse primum omnium Primus angelus qui peccauit inquit cunctis agminibus angelorum prelatus / eorū claritatez transcendit. Damascenus econtra ita dicit maior eorū q̄ peccauerūt fuit terrestri ordini prelatus / Quē sibi dissidere uidentur. Ezechiel q̄ sibi ipsi aduersari uidentur Effert enim primo ipsum pene laudibus diuinis Deinde addit / Tu cherub extentus. Quo uerbo ipsum de primere uidentur / Ordo nāq3 cherubin est sub ordine Seraphin Dionysii sn̄a. Plurimos itaq3 Angelorū sibi preposuisset: quem tam̄ tanta comendatione cunctis preponere uidentur. Accedit adhuc quia nō uidentur ut diuina uoluntas quē omnem creaturā mentis compotem iccirco creauit ut summum bonum intelligeret / amaret possideret / atq3 illo frueretur permisisset caput

omnibus creaturis abscondi & nobilissimā rem a se creatam in terram proici & perpetuo carceri m̄cipare Et qui etiam minimos eam ob rem creauisset / defecisset in maximo. Non quidem dico ac si id nequiuisset absolute facere. S3 quia ratio ni recte hoc uidetur congruentius / Et Aurelii testimonio / Quicquid tibi ratione recta occurrerit melius / id potius credito Deum fecisse. Ni ergo fallar. Id melius rationi recte occurrit. Cōfirmatur quia neq3 primum hominē dānari p̄mi sit. Conceditur autē ut ex his quē fiunt circa homines liceat inuestigare quē circa angeluz facta sint. Deniq3 quo angelum sublimior eo & Deo propinquior: tantoq3 minus poterit ab ipso discedere / quanto uehementius suapte natura in ipsum fertur. Ex quo quidem sequitur illos qui peccarunt fuisse potius de minimis q̄ ut maxim⁹ peccasse putetur. **BENI.** His in rebus ratio cuiusdam reddi nequit / ut compertum est uobis / Nobis id uidetur congruentius ut nō fuerit omnino supremus. Sed q̄ remanserit si nō maior saltem equalis. Si nāq3 plures possint esse eiusdem speciei reliquit ibi sibi simile Et sic indiuidua eiusdē speciei in naturalibus sese precellant perfectiorez quempiā Lucifero remansisse / potius est censendum. Neq3. n. uerisimile ut omnium creaturaz nobilissima sit damnata ita ut sibi nulla par aut equalis sit relicta. Neq3 igitur Lucifer predicamenti substantię mensura est dicendus. Gregorius igitur ipsum omnibus angelorū agminibus prelatum affirmans omnibus choris inferiorib⁹ prestantiorem asserit / atq3 de numero seraphin esse inuit. Vel si etiam omnibus Seraphin prestanter intellige de illis qui ab eo specie differunt (si in eodem choro sint multe angelorū species) Nō autem ut nullus remanserit sibi in specifica natura equalis. Ezechiel autem uocat eum Cherub / non forsan quia fuerit de illo agmine / Sed quia ob peccatum charitate non ardet & si sciētia polleat / Iccirco ab illa denominatus est: Aut quia Cherub extento in Salomonis templo (q̄ erat opus admirandum ualde) ipsum comparauerit: ob ipsius singularem excellentiam: Et loquebatur de Lucifero in figura tam̄ Cyri Babylonio



Regis qui licentiam hebreis concessit redire in patriam sed non edificare civitatem aut Templum. Damascenus autem Maiorem quempiam inter peccantes terrestri ordini pre fuisse ait ut forsan Beelzebub, non autem Maximum. VOLTVS. Quid Terrestri ordine accipitur? BENIGNVS. Platoniorum quidam Augustino. viii. de Ciui. Dei referente diuidebant Deos (qui omnes boni & super lunarem globum morarentur a Demonibus quorum pars boni pars item Mali. Et hi sub celo & iuxta nos habitare dicuntur. Et eam obrem Terrestres dicti sunt. Sed Damascenus qui egregius Theologus per Terrestres Angelos illos qui in terram mittuntur forsan intellexit: quibus nonnulli eos qui peccauerunt in superiori parte aeris creatos asserant & non in celo Emphyreo. Quod non ita conuenit pietati fidei neque his que in sacris literis legimus. Quod autem fuerit motuum ipsorum peccati extrinsecum Et quo pacto Maiores magis ad id commoueri potuerint satis abunde declarauimus.

**¶** An peccatum maioris fuerit occasio peccati minorum. Ca. xiiii. **¶** INDISSIVS.

**A**n peccatum maioris fuit causa peccati minorum siue inferiorum? BENI. Draco ille uirulentus dicitur traxisse secum tertiam partem stellarum per quem Lucifer denotatur. Non quidem quasi eos compellere potuisset. Sed ueluti Imperator milites ad prelium adhortans causam iustam prelii proponens eo pacto quo iam diximus. Melius enim uidebatur Angelo quam homini subici Neque in hoc errabant: quia hec propositio uera est prestantiori subiectum esse melius est. Sed hoc que intelligebat que non subiciendo se homini rebellaret Deo. Et elegerunt potius non sub esse Deo quam sub esse homini Deo. Quod autem omnes alii Luciferi delecto Deo adhaerere patet ex eo. Quia omnes nunc que sibi obtemperare dicuntur. Et sui nominantur. Unde dominus dicit damnatis Item ignem eternum qui paratus est Dyabolo & Angelis eius. Et diuine iusticie ordo exigit ut cuius suggestionem quis labitur ipsius & potestati in tormentis subiciatur. Iuxta illud petri. Aquo quis supera-

tus est: eius & seruus est. Sed neque domino gaudium aut pax ulla ex illa obedientia neque subditis prouenit. Neque obstat se potius uoluerint ut diximus Luciferi subici quam Deo homini ad quod tum superbia tum inuidia inflammauit. Magisque superiores deliquerunt quia ardentius in hominem illum indignati maiori inuidia tabuerunt. Quia & sibi magis complacuerunt magisque dignos se tali unione inferioribus angelis censuerunt. Ex quibus etiam potest aduerti plures moras fuisse ante ipsorum casum. PALMOTA. Aliqui dicunt iccirco superiores plus peccasse: quia angeli totis uiribus incumbunt atque agunt dum aliquid prosequuntur aut fugiunt: siue respuunt. Superiores autem potioribus pollent uiribus. Que ratio mihi non placet. Ea namque est conditio nature & cause necessario agentis non uoluntatis libere atque contingenter operantis. Unde etiam ipsum Deum non totis uiribus quicquam extra se uel paucissima. Immo forsan unum solum uoluisse putamus christum: BENIGNVS. Accipiendum est non ut angeli non potuerint remissius atque intensius prosequi propria uoluntate sed qua re ipsa ita profecti sunt Maiores quidem magis Minores autem minus. MLASCOGNIVS. Aiunt illi idem. Ex hac suggestionem non sequi ut plures moras fuerint peccandi: eo que angelus non indiget temporis mora ad exhortandum uel consentiendum. Veluti homo. Sublato igitur tempore deliberationis quod in hominibus requiritur in eodem instanti in quo primus angelus sua desideria sibi congrua locutione expressit alii consenserunt. Sicuti & ipse homo simul corde aliquid concipit & eloquitur. Et dum quis loquitur alius concipit & consentit saltem in fine prolationis. Immo interdum & antequam proferat omnia. Quod maxime constat in illis eloquiis que notis terminis agnoscuntur. CABO. Secundum eos cognitiones angelorum successiue fiunt in tempore discrete. Quando ergo Lucifer intellexit Deum hominem futurum & se magis amauit & illi homini inuidit. Certum est ipsum prius intellexisse quam uoluisse sibi bonum & etiam quam inuidisse homini assumendo. Neque idem actus poterat esse tran-



siens in obiectum Et quo adhortabatur alios ut  
idem uellent secum atq; nolent primo ergo fuit  
cognitio in omnibus. Secundo ut superius ipse  
dixit affectio boni in omnibus. Tertio mali pre-  
buerunt obstaculum. Et inter malos prius uidet  
ille peccasse qui aliis fuit causa peccandi: prius  
quoq; ipse peccauit q̄ alios traxit presertim hor-  
tando. Quomodo ergo omnes simul primo fue-  
runt boni. Deinde hi mali. Et semper in eodem  
instanti. Et q̄ hi adhortati sunt alios ad peccan-  
dum & tamen simul cum illis omnino peccau-  
erint non facile captu uidetur. Confirmatur q̄  
tempus discretum secundum eos nil aliud est q̄  
Angelicarū operationum successio. BENI. Vi-  
debitur postmodum de hoc tempore discreto qua-  
le sit & an ponendum & tunc constabit res quaz  
inuestigare cupis.

**C**An totidem sint spiritus reprobi quot & pro-  
bi. Ca. xiiii. BABALIVS.

**N**uestigemus an plures uel totides pec-  
cauerint quot & in beatitudine reman-  
serint. Et q̄ plures ex eo uidetur quia  
rebus prestantissimaz semper minor co-  
pia iuxta illud omnia preclara rara. Nil autem  
beatitudinis preclarius. Plures igitur mali atque  
foelices erunt q̄ foelices. Confirmatur Nam &  
facilius est male agere. Malum enim fit multifa-  
riam Bonum ex causa integra. Vnde & homines  
plures mali q̄ boni Stultoz nāq; infinitus est nu-  
merus. Si quoq; plures remansissent sequeretur  
q̄ nō de uno quoq; choro aliqui corruissent. Sed  
hec ratio nil ualeat. Potuissent enim plures ceci-  
disse: & tamen de aliquo choro. Immo de pluri-  
bus etiam nullus corruisse. BENIGNVS. Dra-  
co dicitur traxisse tertiam partem stellarū pau-  
eres ergo ceciderunt. Quamobrem recte dictum  
est ab heliseo in quarto libro Regū. Plures no-  
biscum sunt q̄ cum illis. Quod accipitur de An-  
gelis bonis nostris fautoribus. Qui plures sunt  
aduersarij uite nostrę. B. Monstra quedā sunt  
uitia & peccata. Idcirco illa rariora esse debent.  
Virtutes atq; bona opera magis naturali con-

gruunt inclinationi. Quare & frequentiora ut hęc  
sunt iustius est. Atq; certo qui ob beatitudinem  
creati sunt decet q̄ eam ut plurimum consequan-  
tur. ne frustra creati dicantur. Frustra enim di-  
citur ex secundo phisicorū quod finem ob quem  
est ut plurimum non adipiscitur. Entia prete-  
rea nolunt malam dispositionem. Sed si plures in  
carcere q̄ in Ciuitate essent: plures tormentis affi-  
cerentur non recte cum hoc uniuerso ageretur.  
Quod etiam colligi potest ex ipsa magnitudine  
& quasi imensitate patrię celestis. atq; paruitate  
huius aeris caliginosi. Centricque uniuersi. Et si  
nāq; Angeli non sint in loco circūscriptiue. Sūt  
tamen definitiue. BENESSIVS. His rationi-  
bus concluderetur etiam homines reprobos pau-  
ciores esse. BENIGNVS. De hominib; forsan  
aliud est iudicium qui bona sensui nota spretis  
mentis bonis insectantur. Quibusq; mala bona  
uidentur. Quod siue proueniat ex ipsa primi pa-  
rentis culpa: siue ex diuina quadam ordinatione  
pleriq; ambigunt. & nos in presenti preterimus  
Sat nunc sit homini & sensu & ratione uti natu-  
ra conuenire. Sicq; & sensum & rationem sequi  
sibi erit in natum. Antamen plures hominum  
damnationi sint obnoxii nescimus. Viam qui-  
dem uitioꝝ latam plures per ambulant. rari uia  
uirtutis que difficilis aditu atq; sudorem pre-  
fert. Vt in pythagore littera ipsa cernit. Hęcq;  
ob rem pauci dicuntur electi. Enimvero Quia  
homo iudicatur in extremo hyatu. Quis noscere  
poterit iudicium Dei? Quisquis & enim tum bo-  
nus & penitens. is semper foelix atq; letus erit.  
Qui ergo multo plures hominum damnant. hi  
ad uitam ipsorū non ad exitum aspiciunt. Qui  
uero ambigunt. aut oppositum dicunt ut nos  
quandoq; primi cenſeo dicere incepimus. Hi ad  
exitum saltem christianorū. Quicquid de infide-  
libus dicatur rationem dirigunt. Quam opinio-  
nem postmodum Iulianus Mugliensis egregius  
nostrī ordinis predicator. nobilq; amicissimus in  
ampla Mediolanensium urbe contra nonnullos  
magnis lateribus defensauit. Sed ad Angelos re-



deamus Ratio ultima in contrarium nihil ualere uidebatur / Ipsa tamen utilis est ut agnoscamus / An de unoq; Angeloz ordine aliqui ceciderunt Et profecto si opinio quorundam teneretur ut solum presidens terrestribus ordinibus cecidisset tum nō omni de ordine ruisse putarentur / Si uero prius ruentiu3 ea nobilitate functus fuerit qualem superius determinauimus / tum de uno q; ordine aliquos ruisse fatebimur. Si nāq; de supremo Et de aliis certo. Vnde primus cadentiu3 in figura Cyri Regis persaz Cherub appellatur qui ordo nō est terrestris. BINCIOLVS. Cur nō sit appellatus Seraph miror; BENIGNVS Nullus reprobaz nomine Seraph legit aut throni eo quia illa nomina diuinam charitatem & q̄ tam in habitationem denotant. Nomine autem cherubin siue sciencium atq; uirtutum siue potētium nominari poterunt / Scire nāque ualebunt atq; posse etiam mali. Nisi dixerimus nomine lucis charitatis ardore3 denotari Et ita Lucifer ab ardente Lucis uocabulo fuisset nominatus. BABALIVS. Ad rationes in oppositum iam ipse respondebo. Negandout re3 prestātissimaz sit minor copia. Quod patet Maiora nāq; sunt celestia corpora / Immo unuz ex illis maius est omnibus que sub celo sunt / Et plures sunt homines q̄ fenices Immo q̄ Leones aut elephanti. Illud uero omnia preclara rara sic intelligendum ut in hominum opinione & acceptatione rariora bona ceteris paribus sint preclariora / Faciliusq; est hominibus secundum partem sensibilem deuiare / Proni enim sunt ad malum ab ineunte etate secundum rationem uero recte agere. facilius / Et assuetis ualde suauius est recta operari. Agere q; ex causa integra rationi gratius q̄ per singula in moderate difundi. De hominibus cur plures secantur uicia satis notum est. An autem damnentur plures ipsoz iam audiuius.

**¶** De pena maloz spirituu3 Et primo An mens eoz adeo sit ignorantie tenebris inuoluta ut nullius ueritatis sit compos. Ca. xv. BOCIGNOLVS.



**C**onsiderandum aliquid de penis ipsorum malorum spirituum. Primo quidem An ipsorum intellectus adeo sit tenebris ignorantie inuolutus ut nullius ueritatis compos dici possit. Deinde An uoluntas adeo in malo pertinax & obstinata ut nil boni ualere uelle. Tertio An dolor ualeat esse in spiritibus. Ultimo. An aer iste caliginosus sit locus penalis malorum spirituum. BVCHIVS. De primo quid ambigere oportet quom Dionysius quartus. C. de di. no. manifeste dicat. Data esse Demonibus aliqua dona / que ne quaquam mutata esse dicimus / Sed sunt integra & splendidissima. Que autem hec dona possunt alia / q̄ ueritatis cognitio perspicua? Neque species concreate fuerunt propter peccatum abolite / Neque intellectus naturalibus uiribus fuit quin uidere posset eneruatus. Sicut enim homo peccator non amittit potentias / aut habitus intellectuales / sic neque Angelus. BOCIGNOLVS. Hec memouent ad proponendum illud dubiu3 Primo quidem. Quia si ullam ueritatem agnoscerent se ipsos maxime agnoscerent. Sed consequens uidetur inconueniens : quia eiusmodi cognitio est magna pars beatitudinis. Qua propter Auicenna & Algazel supremam beatitudinem hominis in uisione Intelligentie nobis citantur. que globum lunarem moueret possuisse uidentur. Repugnate autem eorum miserie tanta foelicitas. Preterea Si Angeli habent cognitionem ueritatis. Aut ergo matutinam aut uespertinam. Hec enim cognitio duplex competit angelis secundum Augustinum. Non quidem matutinam / quia non uident quicquam in uerbo. Neque uespertinam / quia illa referuntur res cognite in laudem creatoris Cuius rei gratia post uespere



semper sequitur mane / genesis Primo / Quare nullam cognitionem ueritatis habebunt. Denique Qui nequit maxime in inatura manifesta cognoscere / neque alia cognoscat / Sed Demones nequeunt Deum agnoscere quom non sint mundi corde. Qui soli Deum uident / Igitur neq3 alia Prior propositio / patet Neque instantia de nobis ualet / Nam id prouenit ex debilitate nostri intellectus a fantasmatibus dependentis quem admodum & nicticoracis Solis iubar uidere non ualentis. Quarto aut agnoscerent reuelatione / Aut longa rerum experientia / Aut natura / Nō quidem reuelatione / neque Dei neque bonorum Angelorum. Quē nāque conuentio lucis ad tenebras? Neque longa rerum experientia / quom sensu careant / Experientia uero sensu sit ex primo metaphisice. Neque natura quom omnis manifestatio fiat a lumine Apostolo dicente ad Ephesios. Ipsi autem Demones sunt tenebre: nullam ergo natura lucem habebunt. Contra dicit nāque tenebras lucidas appellare. Arguitur quinto sic. Si Angeli agnoscerent ueritatem / Vtique fidei secreta nota eis fuissent / Et ita uirginem peperisse sciissent / Atque morte; dōmini agnouissent / neque eam procurassent. Ita nāque de illis scribitur. Si cognouissent nūq̄ dōminum glorię crucifixissent / Sexto arguitur sic. Quicūque disticte & in particulari agnoscat agenda ille etiam uolet & operabitur quē decet & sunt oportuna Sed Angeli agnoscunt disticte & in particulari agenda. Ergo & uolunt & operantur illa. Conclusio illa falsa Igitur & p̄missarum altera / Non quidem prior Nam illa uidetur esse philosophi Sexto ethicorū. Quia uoluntas nequit contra dictamen rationis. Posterior ergo p̄missa erit falsa. BONDIVS. Quidam duplicem cognitionem ponunt. Naturalem omnino / Alteram per gratiam / Et hanc in duos secant. Quēdam enim speculatiua est (aiunt) quēdam affectiua. Speculatiua quidem / Cui solum reuelantur secreta neque tamen ex eiusmodi cognitione sequitur inflammatio / Affectiua uero

quā cognitionem sequitur inflammatio / harum trium prima hoc est illa naturalis neque ablata censetur neque diminuta / Tertia omnino ab olita Secunda uero ipsi angeli partim pollent / partim priuantur / Fit nāque & ipsis reuelatio prout expediens fuerit. Et hoc uel medio Angelorum bonorum uel aliis medijs prout libuerit diuine prouidentie. BOCI. Omnis cognitio uiuēt intellectui uidetur esse naturalis quia nulla uiolenter accipitur. Sed ad omnem tāq̄ ad suam perfectionem inclinatur. Non itaque quedam naturalis quēdam ex gratia. Deinde gratia non conceditur malis Angelis immo sunt extra gratiam. Quomodo ergo habere dicuntur cognitio nem per gratiam? Tertio contra se ipsum ille cōcedit posse alicui tribui cognitionem ad quam non sequatur inflammatio neque amor. Igitur scientia erit in illo agendorum quē tamen agere nolet: atq; respuet. BENIGNVS Ad hęc possz dici ut per cognitionem naturalem intelligamus eam quam intellectus propriis uiribus adipisci ualeret / per gratiam autem quam a Deo uel alio Angelo accipit / Talem autem gratiam esse in malis non inconuenit. Cognitio quoq; illa iccirco dicta est speculatiua quia non dictat agenda neque amanda. Ad primum igitur motiuum dicerem Beatitudinem non consistere principaliter incognitione aut uisione cuiusuis entis: Sed in fruitione / Neq3 puto ut etiam cognitio ipsius Dei faciat creaturam beatam / si illa posset in esse sine amore / & fruitione. CHROSIVS. Si Angeli inferiores Luciferum uideant & ament atq; ipso fruantur nonne aliqua ex parte beati dici possent? BENIGNVS. Si dolor uehemens atq; odiū & inuidia / & perturbatio uaria non impedirent forsan aliqua beatitudo ipsis in esset An tamen mali Angeli sese diligant hoc est unū alterum dubitari potest. Quo etiam concesso illa dilectio erit inordinata / Non igitur beatifica. CHROSIVS. Credunt muliercule quo uisio Demonum in essentia propria sit admodū tetra & horribilis Tu autem uix defendis q̄ non sit



beatifica. **BENIGNVS.** Tertia profecto ni-  
miū fetidaq; extat uitus in numeris deturpata.  
Natura ipsa splendida; Mores obsceni Et ob eaz  
rem bonis mentibus inuisi Ad secundum mo-  
tuum Si Angelis omnibus species diuine natu-  
re indita fuisset / tunc etiam mali matutinam co-  
gnitionem aliquomodo haberent. Sed uesperti-  
nam certo habent / uel potius nocturnam. Om-  
nis nāq; cognitio etiaz ipsius Dei / nisi in ipsum  
Deum referatur nō lux sed tenebre / nō dies aut  
uespera sed nox obscura est. Ad tertium tanta  
est maiestas diuine lucis / Vt non modo huma-  
num sed omnem creatum excedat intellectus. Et  
uideri a nemine nisi uelit ipse unq; poterit / Ratio  
igitur quę dicit Nequeunt manifestissima nosse  
igitur neq; alia nō ualet eo q; manifestissimum  
ens obicitur uoluntarie creaturis. Falsum tamen  
est ut Angeli mali nō agnoscant ipsum Deum.  
Nam cognitio quam habuerunt de illo añq; pec-  
carent integra in ipsis remansit. Mundi autem  
corde soli agnoscunt Deum cognitiōe meritoria  
uel beatifica. Est quoq; munditia siue puritas in  
ipsis naturalis qua idonei sunt Deum agnoscere  
Ad quartum motuum / Negatur Angelos nil  
agnoscere diuina aut bonorū angelorū reuelatio-  
ne. Et quis nō conueniant in moribus mali cum  
bonis; conueniunt tamen in donis naturalibus /  
Negatur quoq; ut experientia rerū nō proficiant  
i cognitione ueritatis. Neq; uerū est ut omnis ex-  
perientia fiat a sensu sed solum hominum i hac  
uita existentium / Negatur quoq; ut naturalib;  
uiribus nil agnoscere possit. Et quis tenebris ui-  
torum sit inuolutas mente tamen potest dici  
lucidus prout omnis cognitio lux est. Illa tamē  
quia non refertur in ultimum finem paulo ante  
nox appellata est. Tribus igitur modis Angeli  
mali cognitionem habere poterunt. Ad quin-  
tum omnibus a principio uerbi incarnatio nota  
fuit Ob id enim orta est tempestas illa ualida /  
Tempus quoq; incarnationis uel ex sacris codi-  
cibus scire poterant Sed nō permittēbantur di-  
stincte scire / Coniciebant quidem Iesum illum

esse filium Dei / sed certi ut aiunt nō erant iedr-  
co ipsius etiam morte; procurarunt. Quāuis dic-  
tum Apostoli etiam de quibusdam hominib; in-  
telligi posset. Ad sextum dici posset Non satis  
esse agenda cognoscere ad hoc ut quis exequatur  
ea quę nouit. Sicut in tertio de anima dicitur de  
cogitante terribilia; sed opus est dictare agenda  
Quod quidem dictamen in malis angelis extinc-  
tum esse. Videtur declarauimus tamen diu est /  
Quo pacto etiam dictamen rationis sequi uolū-  
tatem non oporteat.

**¶** An malus Angelus possit quicq; boni uel sic  
omnino obstinatus. De illo; ergo hic obsti-  
natione agitur. Ca. xvi. **CALIXTVS.**



Ed iam de ipsorū malorū obstinatione  
quędam perquirenda / Et q; diu ostē-  
sum est / angelos esse tāq; & homines li-  
beros / & ante uidelicet electionem &  
post. Iccirco uidendum est primo an malus An-  
gelus possit quicq; boni uelle uel semper & ne-  
cessario malum uelit / Et an posset redire ad uia;  
uirtutis atq; penitentię / Atq; ut possit aliquid  
boni uelle probatur / Primo quia Confiteri ue-  
ritatem Similiter & credere eam atq; bona cupe-  
re bonum certo est. Sed ipsi ueritatem confiten-  
tur dixit nāq; Demō christo Math. primo Scio  
q; scis scūs Dei. Et Iacobi tertio Demones cre-  
dunt & contremiscunt / Et Diony. in Capi. con-  
suetudo inquit bonum & optimum concupiscunt /  
Esse inq; uiuere / ac intelligere / Pręterea. Dictū  
est in ipsis remansisse naturalia integra / ergo &  
libertas arbitrii quę potius tendit in bonum q; in  
malum / immo in bonum solum si Anselmo sit  
credendum dicenti posse peccare neq; est. Liber-  
tas neq; pars libertatis. Immo liberū arbitrium  
est potestas seruandę rectitudinem propter se /  
Poterunt igitur bene uelle quom in eis sit princi-  
pium quod ex sui natura ordinatum est in bo-  
nium / Tertio / Nullus est ad eo auersus / qn pos-  
sit cogitare aliquod uerum. Et Paulo ante / dic-  
tum est / Angelos multas ueritates agnoscere Et  
prima principia et practica sunt nota exterminis  
non potest ergo intellectus ipsius non assentiri.



Quom uero ita se habeat finis in operabilibus si  
 cuti principium inspeculabilibus, ex secundo de  
 auditu phisico. Igitur non poterit uoluntas quā  
 tumuis auersa non uelle ultimum finem sicut nō  
 intellectus negare id quod ex sese sit motum.  
 Confirmatur consequentia illa. Si nāq3 omnis  
 malus sit ignorans. Ergo qui scit aliquid agibi  
 le. Vel agnoscit aliquid principium practicum  
 poterit secundum illud operari, & non habere  
 iniquitatem in uoluntate. Circa quodcūq3 enim  
 nequit intellectus excecari, circa illud etiam ne  
 quit uoluntas peruertere. Quarto. Quicquid in est  
 alicui contra suam naturalem inclinationem si si  
 bi relinquatur redibit ad oppositum. Nullum  
 nāq3 uolentem perpetuum ex primo de ce. &  
 mun. Et patet exemplum de aqua calefacta, quę  
 igne aut calefaciente a noto redit cito ad frigiditatem  
 Et uidetur frigidior fieri, q̄ antea. S3 pec  
 catum & iniquitas sunt contra naturalem incli  
 nationem ut & Dama. & diuus Hieronymus aiūt  
 Vnde Seneca ad Lucillum Erras frater si credas  
 uitia nobiscum nasci superuenerunt ingesta sūt  
 Non itaq3 perpetuo uitia ipsis poterunt inesse.  
 Confirmatur Si nāq3 semper in malis actioni  
 bus perseuerarent aut de peccato in peccato trā  
 sirent semper pena cresceret. Et nunq̄ haberet  
 terminum ultimum accretionis sue. Nam lege  
 diuina sanctum est ut cuiusq3 culpe sua cor  
 respondeat pena. Consequens illud inueniens  
 est in fide. Ex quo a simili sequeretur etiam bea  
 torum merita in dies crescere. & nunq̄ ullum ad ter  
 minum sibi debitum peruenisse. Deniq3 Quem  
 admodum in homine semper manet Dei imago  
 (iuxta illud psalmi In imagine per trāsit homo  
 per quaz ipsius Dei sit capax & particeps doctri  
 na Augustini xiiii. de Trinitate) sic & in Ange  
 lo. Nemo autem est Dei capax aut particeps nisi  
 aliquo bono actu. Quare talis actus erit ponendū  
 in angelis etiam malis. Cur etiam diuina mi  
 sericordia non liberentur ab eiusmodi uinculis at  
 q3 compedibus mixta est quem diuine elementig  
 neq3 mensuram possumus ponere. neq3 tempora

de finire. Accedit ad hęc Quia alio suggerente  
 peccauit aut cecidit inquit Gregorius per alium  
 reparari debuit. Sed omnes inferiores illius pri  
 mi suggestione peccauerunt. Igitur uel illi repa  
 rari debuerunt. Et ita bene agere atq3 uelle pos  
 sent. Tandem illud idem ita probatur. Si neces  
 sario male uellent maxime illud malum uellent  
 ob quod & ceciderunt. Sed illud nolunt nunc.  
 Patet quia non mouet eos proprie excellentię p  
 uersa cupido. Norunt nāq3 Dei equalitatem se  
 adipisci non posse. GRADVS. Contrarium  
 huius legitur in psalmo ubi scribitur Superbia  
 eorū qui te oderunt ascendit semper. Similiter ip  
 si dicuntur obstinati in malo. Et quod maius ē  
 Quia multorū benefactorū recordatio iocundissi  
 ma est Ciceronis snia in Catone Maiore. Si an  
 geli mali recte uelle possent. ex eo caperent ali  
 quam iocunditatem. Quod quidem non uidetur  
 posse stare cum ipsoꝝ damnatione. sicut neulla  
 quidem tristitia aut moestitia cum uera beatitu  
 dine. Confirmatur. Si enim nullum bonum irre  
 muneratum ueluti neq3 malum impunitum. ali  
 quem fructum referrent. & si nō alium. salte3 io  
 cunditatem & uoluptatem quę ex sui natura ut  
 philosophus ait consequitur bonam operationē  
 Hęc ergo aduersantur illis. BENIGNVS. Ori  
 genis dicitur fuisse opinio. omnem uoluntatem  
 creatam posse flecti in malum & bonum preter  
 animam christi propter unionem uerbi. Sed nos  
 in fide domini nostri uiri electi hęc sentimus.  
 Primum quidem Demones uniuersos nunq̄ uerā  
 penitentiam facturos aut in Deum rediueros.  
 Cuius rei hęc sola ratio sufficeret. Quia lege di  
 uina ita sancitum legitur ut neq3 homini post  
 mortem. neq3 Angelo post casum sit relictus ue  
 nię locus. Idcirco etiam si ipse angustia spiritus  
 gemerent de perpetratis atq3 ueris conscientig  
 rugiter eos morderet. & nunq̄ morderetur. sine fru  
 ctu tamen id totum esset. Quia licet iam actum est  
 Ut lignum ibi sit. Vbi ceciderit. Quomodo  
 dum igitur damnati de eorū uni lege nunq̄ salua  
 buntur. ita nūmūq3 neq3 beati dānabit iusti tūcē



damnatos saluare / q̄ beatos etiam sola damnaria  
 pena damnare / Et cur hoc? Quia iustissimum  
 est Summum principem Clementissimum esse.  
 Quamobrem nonnullos damnatos saluatos / Bea  
 torum damnatum legimus neminem. Possent itaqz  
 & Demones recte agere atqz meritorie Et ipsi bea  
 ti non recte ac iniuste / si lex illa cessaret qua hi  
 diuisi ita fuere. An autem anima christi ratione  
 unionis ad uerbum nequeat in malum flecti an  
 ratione beatitudinis alias. Hac de re igitur. dicū  
 tur obstinati / quia nullum opus: nullamqz ac  
 tionem Deo gratam agere possunt. Agant si qui  
 dem quid uelint. Velint deinde quicquid uelle  
 quis ualet Deus id attendit & deridet nil inq̄ ac  
 ceptat: Quare? Quia tempus merendi & tempus  
 Clementię preterit. ZAMA. Ergo si Deum  
 quoqz diligere. Si bona cuiquam cupere. Si  
 culpam criminum suorum agnoscerent atqz ueniam  
 postularent nil eis proderet. BENIGNVS.  
 Lege stante nil profecto mereri ualerent. GA  
 TALDVS. Pleriqz aiunt Si ueniam postula  
 ret demon ab optimo Deo utiqz obtinerent eam.  
 BENIGNVS. Forfan illi non meminerant.  
 Status & conditionis damnatorum: in quo peten  
 tes amplius non accipiunt querentes non inue  
 niunt pulsantibus etiam uirginibus Aperi Ape  
 riqz clamantibus non aperitur & quare? Quia  
 clausa ē misericordię uenia. Ex siccatu ē fons pie  
 tatis: in mensē. Si etiam ante casum culpaz agno  
 uissent / Veniam accipere potuissent / Atqz lege  
 comuni semota etiaz damnatis Deus misereri po  
 test. Non enim ob eorum damnationem impoten  
 tior factus est omni potentissimus Deus. Veruz  
 nos quid re ipsa sit statutū Quid a domino Deo  
 nostro ( cuius legis professores sumus ) sit sanc  
 tum disputamus. GONDOLEVS. Possemus  
 necne dicere ut damnatos peniteat criminuz per  
 petratorum: BENIGNVS. Noui ex lege domini  
 nostri Vermē eorum nūq̄ moritur: Noui q̄ uir  
 ginibus clamantibus non aperitur / Noui q̄ se  
 excusantibus Domine quando te uidimus esuriē  
 tem dicitur Quod uni ex minoribus his non feci

stis / mihi non fecistis. Noui q̄ aliis dicentibus  
 Domine nonne in nomine tuo prophetauimus  
 & uirtutes primas fecimus respōsurus est. Amē  
 dico uobis nescio uos Discedite a me operari ini  
 quitatis. Ecce clamantes non ex audiuntur / Su  
 bici cupientes & dominum agnoscentes atqz iuo  
 cantes repelluntur: reiciuntur: ad supplicia tra  
 smittuntur .

¶ De multiplici bono & an aliquod  
 bonum uelle aut agere Ange  
 li mali possent itqz discu  
 titur. Ca. xvii. LV  
 CAREVS.



¶ Vero ut enucleatius ista accipiam An  
 Demones aliquid boni uelle ualeant ut  
 quicquid uolunt sit semper malum?  
 BENIGNVS. Bonitas quę cum re

atqz ente conuertitur nostri quid sit: Bonitas alia  
 est quam dicimus naturalem quom res sit predi  
 ta suis naturalibus conditionibus / Sic dicimus  
 aurum bonum: Canem / atqz equum Sed præter  
 illas bonitates / triplex bonitas actionum huma  
 narum reperitur. Bonitas primum ex genere / qm̄  
 ipsa actio transit super obiectum conueniens nõ  
 solum conuenientia naturali. Sicuti dicimus ui  
 sioni conuenientē esse lucem. Dulce enim est ocu  
 lis uidere solem / sed conuenientia secundum dic  
 tamen rectę rationis Et hæc est prima bonitas ac  
 tionis Iccirco uocatur ex genere. Sicut enim ge  
 nus est primum quod ponitur in diffinitione &  
 est fundamentum differentiarum & quasi materia.  
 Ita obiectum actionis est fundamentum omniū  
 aliarum bonitatum sequentium / Et ueluti genere  
 remoto necesse est remotum ita cunctas adueniē  
 tes differentias ita & hac bonitate adempta opor  
 tet & uniuersas sequentes ademptum iri. Dicitur  
 autem prima bonitas in genere actionum laude  
 aut uituperio dignarum: ipsam tamen præcedie  
 bonitas nature atqz illa transcendens. Bonitas se  
 cunda est ex circumstantia distinguendo bonita  
 tem ex circumstantia cōtra bonitatē ex obiecto / nā  
 interdum bonitas ex obiecto prima circumstantia



poni solet. Distinguendo uero prima circumstantia est finis, precipue namque requiritur ut circa operationem humanam reperitur debitus finis & congrua intentio. Quumque actio has duas bonitates habuerit dicitur perfecta atque integra in genere moris. Et hoc est quod dicitur bonum fit ex causa integra, Veluti, n. perfecte ratio diffinita ex primitur genere atque differentiis, ita nimirum & ratio moralis boni bonitate ex genere atque circumstantiarum. Bonitas tertia est meritoria & ex diuina acceptatione Actio uidelicet cuius principium est gratia & liberum arbitrium, Hanc philosophi ignorauerunt: hec nobis in lege domini manifestatur. Vita certo eternam nisi eiusmodi actionibus merebit nemo: hec dicunt opera in charitate facta. Hec charitas est quam apostolus a Deo extollit. Totidem modis & malum siue malitia nuncupari poterit siue distingui. Ut sit malum ex genere circumstantia, atque peccatum, siue (ut aiunt) de meritum, Vnumquodque autem horum potest accipi priuatiue aut contrarie. **LVCHEVS.** Quando priuatiue: **BENI.** Quando solum pretermittit bonitas debita. Ut si bonum fiat absque intentione boni, nil cogitando de fine neque actu neque uirtute. **LVCAREVS.** Quando contrarie: **BENI.** Quando apponit circumstantia repugnans circumstantie priori. Ut si fiat largitio pauperi ob fastum & gloriam inanem. Accipi possunt hec a Seuerino Boetio super predicamentum qualitatis Et nos in Ethicis iam declarare cepimus. **GEOR.** Ergo dabitur binum malum ex genere: binum ex unaquaque circumstantiarum, binum tertio ex unoque peccato. Et ita erit malum senum. Ter. namque diuisionem perficiunt. Et cum senarius sit primus numerus perfectus, numero perfecto mala dinumerabuntur: **BENIGNVS.** Malum ex genere siue accipias contrarie siue priuatiue conuertitur. Idem, n. sonat utrumque ac si dices obiectum disconueniens. Malum autem ex circumstantia bifarium est. Similiter & malum tertium ualebit namque actus elicit sine gratia quo tamen non peccetur ut si fuerit bonus moraliter. Sed de hoc sunt plurime altercationes. Neque hic omnia dis-

cutienda. Non itaque senarius malorum numerus. **LVCAREVS.** An mali Angeli possint actionem bonam habere inquirebamus. **BENI.** Bonam quidem ex genere habere possunt. Se namque amant & supplicium odio habent, utriusque actioni conueniens obiectum, Actionem bonam tertio modo que uidetur sit meritoria neque uidentur elicere in sensu composito hoc est stante malitia, atque lege diuina. Sicut neque album manente albedine fiet unquam nigrum, In sensu autem diuino an eis repugnet mereri inspicendum Et si loquamur de posse logico Certum est eis non repugnare actionem meritoriam atque Deo acceptam edere. **MENTIVS.** Quid potentia logica: **BENIGNVS.** Quicquid ex ipsorum terminorum coniunctione non claudit contradictionem possibile dicitur Impossibile quod claudit ut dicere aliquem esse hominem irrationalem. Aut Bouem sapientem. Interdum tamen repugnantia ratione extrinseca accipitur. Quemadmodum repugnat oculo modo uidere superficiem terre antipodam siue fundum pellagi, quia impediens hoc remoueri nequit. Et hoc modo posset dici repugnare deonibus meritorie agere, quia impossibile sit Deum sibi gratiam conferre. Impossibile igitur non absolute, sed ex regulis lege diuina ut diximus preordinatis ut lignum hoc est creatura intellectu freta ubi ceciderit hoc est cuius amoris casu aut morte adhaerit. Ibi sit hoc est in illius amore iugiter permaneat. Unde Esayas Ignis eorum non extinguetur Et uermis eorum non morietur. Et dominus. Ibunt hi in supplicium eternum. Ex quibus compertum habemus lege diuina sic uniuersaliter stante Deum eis gratiam concedere non posse, neque sine gratia opera ipsorum acceptare ualere. **MENTIVS.** Potentia quam realem uocant possent necne mereri: **BENIGNVS.** Si loquamur de posse passiuo, possunt profecto. Nam susceptiui sunt & gratie & operis meritorie. Quicquid ex sui natura est alicuius forme susceptiuum, manente natura est illius semper susceptiuum Angeli uero ex sui natura tam meriti quam



premi sunt susceptiui ut ante peccatum. Et natura in ipsis integra remansit. Quare & nunc nati sunt eandem suscipere formam. Si autem loquamur de potentia actiua que uidetur est principium actionis meritorie, quod est gratia simul cum uoluntate dicimus eos carere hoc integro principio. Carent enim gratia, potuerunt altero hoc est uoluntate, possunt ergo agere meritorie ea ex parte. Est namque eis uoluntas integra que gratie coactiua est: Sed hoc posse est imperfectum. Nam quia gratiam habere non est in facultate ipsorum, Et si ne gratia nequeat actio meritoria produci ideo neque ipsi absolute sunt dicendi posse mereri.

MEN. Quid de potentia que differentia entis nuncupatur? BENI. Sit quidem in potentia tales actiones in ipsis. In potentia inquam remota non proprie, quia nati sunt enim ipsi suscipere & partialiter elicere, sed quia alteri principium coelicitiuum deficit, neque haberi potest. ideo non sunt eiusmodi actiones unquam in potentia propinqua.

**C**An mali Angeli possent disponi ad gratiam  
Ca. xviii. MARTINVS.

**N**on possent disponi ad habendam gratiam? BENI. Multa de uiatoris dispositione dicta sunt superius. Sed ipsi neque ratione extrinseca. Sicut enim statutum est. Ut eo tempore essent petentibus atque cupientibus gratia non conferatur. MARTI. Multos Deus presciuit quibus esset gratia ordinauit qua saluentur se non largitur: Ergo pari passu hi erunt obstinati, quo & demones uel que differentia sit aperto. BENI. Thomas atque henricus euadunt istam difficultatem facile. Dicunt enim demones post electionem firmiter ad herere ut superius discruimus. Iohanni Dunsienensi siue Scoto hic labor igens. Sic tamen soluit potentia ordinata Dei, respicit leges & regulas uniuersales reagentem non autem respicit actus particulares diuine uoluntatis. Et quia posita est lex de damnatis uniuersalis ut gratia perpetuo careant, non autem eiusmodi lex posita est de ullis uiatoribus. Sed solum oblata aliqui diuine uoluntati non acceptant ad gratiam & gloriam. ideo damnatis dicitur non posse conferre gratiam quia tale edictum iam exiit. Viatori autem

potest quis nolit dare, quia lex non est de ipsis lata. MARTI. Contra quicumque damnatur secundum iudicium conforme legi uniuersali damnatur. Iudicium autem conforme legi uniuersali est ira irrevocabile sicut & ipsa lex. Igitur equum impossibile est uiatorem prescitum saluari sicut & Demoneum atque quemuis damnatum. MEN. Scotus ipse ad id respondere nititur. Sic Deuiatore nulla est lata sententia diuini iudicii. Sed solum de ipso uiatore constituto in termino. Tum autem non amplius uiator est. MARTI. Videtur sibi euasisse difficultatem: quam certo non euadit. Si namque Deus ab etero noluit alicui dare gratiam, quis id non promulgauerit, neque Edictum ullum fecerit uoluntas tamen tanti principis pro lege habetur. Et maxime quia quod semel uoluit amplius nolle non ualet, Vel si ualet nunquam tamen aliter ualet, ne mutetur inquit. Quare talis uiator erit similis demonibus damnatis. BENI. Tenendo quod nobis sepius placuit. Deu gloriosum in fine uite prescito (sue si illud uocabulum abhorreas) prenoto hos elegisse, illos autem reprobasse, paucas uel nullas angustias hac in re patiemur. Et uiatores ut uiator est nullum reprobatum censebimus. Scotus tamen sua sequens principia de predestinatione fugit ut potest & euitat difficultatem, ostendens alia ratione uiatorem illum prescitum nequire saluari, alia ratione damnatum de Thomae atque henrici opinionibus alias disputauimus. PVTEVS Querunt plures pater benigne obstinatio illa malignorum spiritum aqua causa efficiente proueniat? A Deo An a Voluntate ipsa? A Deo quidem non. Ipse namque causa mali esse nequit. Si ergo a uoluntate sol certo cum ipsa sit libera, poterit resistere atque sese retrahere ab inceptis. Quacunque nempe ui mouetur quispiam ad aliquid, ea dem sistit in illo atque quiescit. Et quicumque potest quiescere in termino siue in illo sistere ad quem tamen minus inclinatur, poterit etiam ab illo sese facilius retrahere quam in eo sistere. Sicut facile deterimus minora bona ut adipiscamur maiora. Et apparentia ut potiamur bonis ueris. BENI. Quam Aurelius de fide ad petrum non ui-



L.  
deatur respicere a Deo esse ordinatam talem uoluntatis auersione, id tamen intelligendum est ut sit a Deo deserente non aut a Deo ponente malitiam aut causante. Sicut. n. dicimus Deum non esse causam prauę oponis qua ratione praua est a principio, ita certo neq; est causa eius continuationis ut talis est. Quomodo autem deus sit causa mali atq; peccati & alias diximus & latius dno opitulante declarabimus. PROCVLVS. An spiritus damnati ualeant quicq; boni moralis facere iam scire percipio ita quidem ut sit bonum ex circumstantia, & non solum ex genere. PALMO. Quid opus est id inquirere. Quomodo enim ipsi qui omnia proprium referunt in amore. Et qui habent exactum malitię habitum eos ad omnia facinorosa inclinantes, bene agere poterunt, aut a malo unquam delinere. Eo. n. q; omnia se referunt, nil perfecte boni facere possunt. Eo uero q; habitu prauo sunt complete predicti ut semper in malum opus est uelint. Quod est Augustini sententia super illud psalmi Deducite dñe in semitas manus tuas confirmari poterit. BENI. Opus certo est etiam hoc inquirere. Si namq; naturalia ut sepius repetitum est sunt in eis integra, Et natura etiam ipsi in bonum uehantur. Cur uoluntas ipsorum nequeat uelle conformiter naturali inclinationi non uideo. Si q; uerme rodantur sue conscientię aculeo & ipsi cōpungantur, poterit displicere eis presumisse contra tam pius conditorē. Et deserto bono in comutabili: ad hesisse bono comutabili. Si preterea ab horrentur supplicium ea ratione qua leditur natura ipsi sibi si stendo. Illud certo non est moraliter malum. Amare namq; naturam propriam non addendo circumstantiam repugnantem recte rationi non est malum moraliter. Similiter & odio prosequi supplicium tam nature contrarium non erit eius rationis malum. Non ergo necesse est eos omnia se ipsos referre ut in ultimū finem (Id namq; priori loco ut fundamentū sumebas) Possunt enim quedam non referendo uelle. Contra uero alterius fundamentū tuum trifariam obicito. Primo sic. Quicquid potest uoluntas circa actus potentiarum suo imperio subiectarum, potest & circa proprium actum. Patet id Aurelii non ignota imprimi retractationum sententia Nihil est tam in potesta

te uoluntatis quam ipsa uoluntas. Que sententia nequit accipi de ipsa uoluntate secundum se aut ipsius esse primum quia inquit dicitur actus primus saltem partialis tamen principalior. Sic enim minus potest in se quam in omne id quod non est ipsa. Accipitur ergo de ipsius opone. Ut sit sensus. Nullius potentię operatio est tam impotestate uoluntatis quam operatio propria eius, que etiam uoluntas sepius nominatur. Prius ergo nomine uoluntatis potentiam ipsam intelligit, deinde ipsius operationem. Sed uoluntas potest omnem operationem potentiarum sibi subiectarum (ubi eas habet) suspendere. Igitur potest etiam omne uelle ac etiam nolle suspendere. Et ita non obstante tali habitu, poterit nil operari & ita nil mali uelle. Secundo sic obicito. Semper & solum habitus unus inclinatur ad actus eiusdem rationis ut habitus superbie ad superbire solum, habitus inuidie ad inuidendum dumtaxat. Et nullus est habitus qui ad omne facinus inclinatur. Neque omnium facinororum habitus sunt in Angelis malis. Non enim ut ipsi aiunt fuit in eis nisi peccatus superbie atq; inuidie. Ex quibus sequitur ipsos circa reliqua recte disponi posse quomodo habitus in talibus ad facinus non urgeat. Ac etiam totis uiribus ipsi prelati potest aliquid uelle ad quod habitus non inclinatur. Et quorum ipsorum preterit opinione duo actus perfecti nequeant esse simul sequitur quod potest nil mali uellet. Tertio sic obicito. Nullus habitus potentię cōcedit ut ipsam prius sibi proprio modo operandi. Dat. n. ad opitulandum non autem ad impediendum. Namque cum minus principalis & secunda determinat ad actionem eam principaliorē. Sed potest econuerso. Cōstat autem uoluntatem principaliorē esse eam quam habitum. Et ita que admodum an habitum contingenter agebat quia talis modus agendi est sibi proprius. Igitur & freta habitu contingenter ager. Non ergo ratione habitus necessario aliquid uolet si absque habitu contingenter illud uoluerit. RESTI. Hoc ultimū uerū est contra primum in plerisque locis libri ethicis unum in vii. ait malum & in temperate in penitentem esse, atque in corrigibile. SOR. Exponat difficile penitentem & difficile corrigibile. Vnde Eustratius & Gerarodotus ut ego illum locum tractat. Sic alii. Sed nostri preceptoris Benigni. Cui concessa est mens forsā ob prę



vicinitatem ipsius philosophi est alia & longe dignior expositio: Intemperans in corrigibilis ē atq; ipenitens Non quia non possit que uelit nō uelle, aut que nolit uelle. Sed quia iussu uoluntatis intellectum ut sua uolita aut nolita recte rationi conformia putet conuertente uoluntas sine remorsu agit & operatur. Quomodo ergo agentorum penitebit cui quod agit rectum uidetur? Quo pacto corrigetur preclusis correctionis preceptis? Certo difficile. Quia tamen ratio prepedita est non omnino execrata, poterit sibi persuaderi contrarium. Sed ubi recte iudicare incipiet nō amplius omnino itemperantis conditionem subibit. Sed loquatur iam preceptor ipse. **BE. NI.** Sunt uiri acuti isti tue opinionioni fauentes. Sunt certo & illi priori doctores non spernendi. Et illis rationi consentaneum uidetur ut in natura tam eccellente possit esse aliqua operatio que non sit mala moraliter neq; ex genere, neq; ex circumstantia Ex genere quidem constat sic esse. Ex circumstantia uero probabile uidetur ita esse non tamen determinant ita esse. Ostendunt sane demones nō necessario malum uelle, neq; determinate illud accipiendo ut dicatur hoc malum puta Deum non esse aut hominem carere beatitudine, neque indeterminate ut dicatur aut hoc aut illud malum semper uolunt. Sicut dicimus in logica semper aliquam diem fuisse, quod etiam singulare uagum appellauimus. Possunt enim nil mali actu uelle, quia saltem omnem actum suspendere ualent. Neque oportet ut uolendo tam uelle q̄ nolle suspendam ueluti quidam putant de quo alias. Subdunt igitur. Q. & si possint interdum nil mali uelle uerisimile tamen est ut superbia inflammante atq; inuidia concitante semper deprauent actiones suas & aliquid mali machinentur. Iccirco alii dixerunt eos necessario malū uelle, ea necessitate qua necesse est ut ueniant scādala. Et attenda ipsorum malignitate. Forſan etiā possunt re ipsa nil mali uelle contrarie, nullam apponendo circumstantiam malam, non tamen priuatiue. Semper enim actiones ipsorum priuantur

aliqua circumstantia debita. Non tamen ipsorum nature que integra id repugnat. Sic etiam ut actū penitendi peccatorum habeat non repugnat ex natura ipsius actus. Sed solum ut sit fructifera penitētia scite lege repugnat. Vos metipsi ad obiectiones in principio propositas respondete.

**¶** Responsio datur ad nonnullas obiectiones superius iuductas. **Ca. xix. VOLTIVS.**

**A**D primum ego ex iam abste declaratis ita respondeo: Quamuis demones possint recte agere quia nulla circumstantia in debita actionem deprauare, nunquam tamen forſan apponunt omnis circumstantias debitas. Immo etiam semper iniquo animo & praua intentione re ipsa agunt. Et hoc quotiens delibēantes de fine agunt. Iusta ergo & recta sed nō iuste neque recte faciunt. Vnde ueritatem interdum fatentur non ut doceant sed ut decipiānt. Et interdum compulsi rerum euidētia ei assentiuntur, neque tamen uellent (si fieri posset) assentiri. Aut ergo carent circumstantia debiti finis ut quum ob nullum finem agunt quod quidam intelligit non deliberate agere. Aut etiam malum adhibent sinez. Et hoc Thomas uidetur uocare deliberate agere. Ad secundum dico. Libertatem creatam esse flexibilem tam ad bonum q̄ ad malum & non minus sed potius ad malum q̄ ad bonum ut chatholici scriptores passim tradunt. Et superius fuit ostēsum. Vnde & Angeli mali eam flexibilitatem habent. Sed aliunde fit ut bene agere nequeant Meritorie quidem quia gratia careant neque eam habere ualeant. Moraliter uero si nequeant perfectos actus edere pro uenit ex nimia ipsorum malitia, qua uel finem malum apponunt uel bono suas actiones priuāt. Et hoc quia in punitionem ipsorum proteruię influentia uniuersalis omnium causę ad eiusmodi actionem non concurrat. Sed ad Anselmī criticam sententiā dico. Si posse peccare aut etiam recte agere itelligam? ordinē ad actū & put potētia ē dīa qua ens diuidim? ita dicēdo. Entiu



quoddam actu quoddam potentia / Libere arbitrii non est talis potentia / neque includit eam ut partem essentie sue. Si uero per posse accipiamus potentiam qua est actio producibilis / Sic certo potentie libere ea conditio est ut possit producere uel non producere / sed ut producendo possit deficere hoc posse secundum quid non est potentie libere comuniter loquendo sed solum ex nihilo fabricate. Nam & beati potiuatur tali principio / sed a beatitudine est si nunquam deficere possint / potentia inquam propinqua / qua soli uiatores deficere ualent. TVDISSIVS. Dices tu ut facultas libera possit similiter uelle perfecte Et defectibiliter? PRODANELLVS. Non inquam imo dissimiliter potentia nempe libera & quicquid libertas positium includit est principium & ipsa sola est principium libere ipsius uelle aut nolle absolute loquendo / Nil autem est in libero arbitrio ponendum quod ipsius defectionis sit principium / Icirco dictum est posse peccare non esse libertatem neque libertatis partem. Libertas enim actum in se respicit & omnia ipsius positia / non autem respicit defectum. Habent igitur & demones libere arbitrium quod quidem secundum quod cunquam positium denotat solum posse actionem producere & non denotat posse peccare. Tamen ex defectibilitate concomitante non ex ullo positio peccant / Quamobrem posse peccare non est libertas neque pars eius primo accipiendo posse pro ut denotat ordinem ad actum / Secundo secundum ipsius rationem generalem. Tertio secundum quod cunquam ipsius positium / Demones autem habent principium bene agendi sicut & potentiam siue principium non peccandi Nam principium peccandi non est peccatum sed origo peccati / Habent etiam principium peccandi. Sed dissimiliter: Non habent totale principium male agendi / Partiale solum meritorie atque moraliter perfecte recte uolendi Non habent autem potentiam non peccandi siue potius in peccato non persistendi. Maculam namque illam quam peccando incurrunt de lete nunquam ualebunt. Reatumque quo sunt obnoxium nunquam exsoluent. Et eo modo uere dici possunt obstinati neque habere posse ad non peccare / Et

quod ait Anselmus libertas est potestas seruandae rectitudinem accipi debet quum insit. Inexistente namque nobis rectitudine atque bonitate / nemo eam auferre nobis inuicis poterit. Si uero rectitudine uolendo priuati fuerimus non refert nostra eam neque habere semper ut quum inter termino uisum sumus / neque conseruare unquam. Quis enim non habita seruare poterit? Ad tertium Thomae forsitan respondere difficile ponit namque uoluntatis motiuum principium ipsum intellectum. Inquit enim uim appetitiuam comparari ad uim apprehensiuam ueluti mobile ad motorem Doctori Anglo non difficile Nam intellectus cogitur a ueritate ut ei euidenter trahenti dissentire nequeat / non ita uoluntas Que in nullum bonum necessario fertur / Et quis in agibilibus ita se habeat finis ad media / sicut principium ad conclusionem? Pendent enim media ex fine ueluti ex principio conclusio. Non tamen sicut se habet principium ad intellectum sic finis ad uoluntatem. Veritas namque principii cogit intellectum bonitas finis non compellit uoluntatem / Thomas tamen quis forsitan non intelligat intellectum esse totalem uoluntatis aut necessarium motorem tamen eo etiam concesso diceret Non omnem cognitionem principiorum esse motiuam neque omnem apprehensionem finis sed solum dictatiua quae ipse practicam uocat. Secundum ergo ipsius Concipiunt demones sine errore multas ueritates sed apprehensione speculatiua hoc est non dictante sibi operationem quam praxiam appellamus. Quidam tamen alii inducuntur a Scoto dicentes nil recte praesertim rerum agendarum concipere posse demones. An autem dictamen intellectus oporteat sequi uoluntatem alias (si meministis) declaratum extat / Et quid ibi Thomas sentiat onsum est Ad confirmationem etiam illam ibidem respondentum est Ad quartum dici posset peccata esse contraria naturae hoc actionibus bonis naturalibus inclinationibus ut plurimum conformibus / non tamen peccata contrariantur uoluntati sicut neque frige factio que calefactioni contraria dicitur homini contrariari / qui utriusque est susceptiuus. Vnde secundo ethi. Neque a natura neque



ppter naturam uirtutes ac uitia in nobis esse di-  
 cuntur / Sed nos esse natura utrorumq; suscepti-  
 uos. Nam contraria / natura ipsa sese mutuo ex-  
 pellunt circa idem subiectum. Dicuntur tamen  
 uitia & peccata potius contra naturam / hoc est  
 naturalem inclinationē hominis secundum q̄  
 homo est. ¶ Est autem ratione homo / & recta  
 ratio est proprie ratio / Ideo recte diuus He-  
 ronimus atq; aliunde uitia aduenisse aiūt / Trā-  
 seat ergo prima argumētationis propositio que  
 in his que natura agunt semper uera non in il-  
 lis que libere / cessantibus namq; causis / uiz in se-  
 rentibus passio / natura redibit ad propria dispo-  
 sitionem. Semper namq; & necessario amoto i-  
 pedimento actiuum naturale in passiuum appro-  
 ximatum agit / non sic uoluntas: Nam & si neces-  
 sario sit passiuā & actionis bonę susceptiuā / nō  
 tamē necessario est productiuā ueluti graue qđ  
 priam amoto impedimento necessario descendit  
 Dixi ergo ut prior illa cōcedatur in naturalib;  
 negēt i uoluntariis. Et ulterius si eā absolute con-  
 cedatis: Alterā ppositionē & posteriōrē negare  
 absolute poteris: siue. n. distiguas maiorē / siue  
 concedas: Minorem semper interimere ualebis.  
 Ad sequentem confirmationem dico Quotiens  
 habitus aliquis siue bonus / siue prauus ad cul-  
 men pertigerit siue illud sit culmen: & sūmum  
 ex parte rei / siue ex diuina ordinatione / actio-  
 nibus etiam in numeris (si dēntur) numq; au-  
 gēbitur / Quare sicut beatorum charitas ex acti-  
 onis assiduitate atq; etiam multiplicatione nun-  
 q̄ intenditur eo qđ in sūmo culmine est / ut illa  
 animę Christi (ut creditur) uel quā ad sūmū  
 culmen ex diuino decreto prouenit ita certo ne-  
 q; damnatorum malitię habitus unq̄ crescit ex  
 prauarum actionum cōtinuitate & multitudi-  
 ne / sed quot graduum in primo damnationis i-  
 stanti fuerit tot & perueniētā secula / Simuliter  
 quemadmodum beatorū operationes non dicū-  
 tur merita / illis namq; premiū substantiale siue  
 essenziale (non enim ea hic distinguimus) nul-  
 larum actionū accessu augetur / ita nimirū ne-  
 q; dānatorū actiones proprie dici possunt pec-  
 cata / ut ipsi in ulteriorem penam ordinentur  
 Supplicium namq; damnatorū non crescit / Si

tamen loquamur de primo atq; supplicio neces-  
 sario / actiones & ex sui natura concomitante /  
 omnis bona actio premiū quoddam & decor a-  
 gentis uere putabitur. Omnis praua siue p̄piciū  
 atq; operanti pena estunabitur. Iussum enī est  
 & ita erit / ut omne peccatū sit pena ipsi peccā-  
 ti / Et eiusmodi merita atq; supplicia crescent i  
 infinitum / Nullum ergo bonum uiatoris aut  
 hoc modo cuiuscumq; absolute irremuneratū  
 & nullum eodez modo malum impunitū / Acti-  
 ones itaq; uiatoris studiosę atq; uitiosę siue me-  
 rita & peccata dicuntur: beatorum atq; damna-  
 torum nequeunt eisdem nominibus proprie ap-  
 pellari: Sed dicantur filiales aut beatę / siue bea-  
 torię ille seruiles uel potius damnatę / siue dam-  
 natorię: Non itaq; beati proprie merentur / ne-  
 q; damnato proprie peccant: quis semper i cul-  
 pa atq; peccato existant / quā in reatu illo qui  
 nunq̄ abolebitur / Erit igitur actio demonū i  
 pprie culpa atq; peccatū / uel si fieri dicatur  
 cōtra celestia mandata / tunc erit culpa / sed ad  
 nullam extra se poenam ordinata. Ad aliud cō-  
 stat eos esse capaces: potentia remota / non propi-  
 qua / partiali principio non totali / diminute i  
 aliqua uidelicet actione non perfecte bona / nō  
 autem complete / Ad ante penultimū dicere ua-  
 leo Diuine clementię nō esse tempora diffinita  
 aut mensuram dum quis est in uia: quādo uide-  
 licet fructiferam penitentiā agere ualeat. Ad pe-  
 nultimum Alio suggerente peccantes facili⁹ ue-  
 niam consequi censeo / dum in statu sunt uenit  
 in quo nullus damnatorum est amplius / Quā  
 autem hominem solum & non demonem Chr-  
 stus redemerit / non fuit illa causa solū eo qđ ho-  
 mo alio suggerente peccauerit: Sed potius quia  
 damnati non proprie redimuntur. Ad ultimū  
 dico peccatum illud manere quo ad maculā &  
 reatum / An autē maneat quo ad uelle illud idē  
 ambigitur / puta si prius appetuerat equalitatē  
 Dei nunc etiaz eandem appetat / Et Thomas qđ  
 dē dicit illud manere qđ ad appetitū ut uelit facere  
 uel fecisse / quis nō credat se id posse: Quib;  
 bis inuit eos uelle malū qđ p̄mo uoluerit s; nūc  
 non credit id se consequi posse ac si pri⁹ credidit /



sent / quom tamen error non precessent peccatū  
BENIGNVS. Ego sic Thomam ibi accipio:  
non intelligit ut angeli mali nunc non credant  
se optata consequi non posse / ac si prius credi-  
dissent. Sic enim & sibi & cōmuni omnium opi-  
nioni contradixisset / omnes namq; aiunt erro-  
rem non fuisse ante peccatum / Sed quia ipse in-  
duxit exemplum de illo qui uoluit occidere cre-  
dens se posse / cui si adimatur occidēdi facultas  
nihilominus ipse uellet se illud fecisse / ac etiā  
faceret si posset: Sic & mali angeli: Nō itaq; exē-  
plum illud currit / ut aiunt quattuor pedibus  
differentie enim in eo quia occidere uolens cre-  
dit id sibi possibile / angelus impossibile cupiēs  
non credit illud possibile. VOLTVS. Ex-  
cusasti in eo: sed restat alterum: Quomodo sal-  
uabitur ut damnati uermen non moriturum in-  
tus contineant: & tamen illud idem uelint / qđ  
tamen uoluisse displiceat. BENIGNVS. Si de  
omnibus damnatis illa sententia intelligatur /  
tunc damnati erunt similes in continētibus ma-  
lum namq; cuq; dolore operantur: Si namq; ra-  
tio uoluntati non resisteret cum uoluptate uel-  
lent: ut ergo uniuersa ipsos dolore afficiant / uo-  
lunt illa quorum assiduo morfu cruciantur.

MENTVS. Ergo potest quis uelle quę sibi  
praua uidentur quod etiam contra Thomam ē.  
Conciliatus in eo fuit a preceptore alias. Quo-  
ad reatum certo peccata preterita manent: Quo-  
ad actualem perpetrationem forsā non opor-  
tet. Et ita superbia eorum immacula reatus ip-  
sorum ascendit semper.

¶ An spiritus illi possint affici dolore: Et quo  
pacto sunt passiones in ipsis. Cap. XX.

#### MLASCOGNVS.

**S**I dolore affici ualeant spiritus illi ter-  
tio inquirebatur (Et quo pacto quidē  
a corporeo igne pati possint / alias de-  
claratum fuit. Et qđ in eis non est querēdus do-  
lor carnis si sensu corpeo careant. Hic itaq; nil  
noui de illis occurrerit / solum inquirimus an il-  
le passiones possint esse in eis. BASI. Dolor &  
gaudium / timor atq; spes: & si que sint alie pas-

siones in angelis esse non possunt: Eo enim mo-  
do proprie pertinent ad appetitum sensitiuum  
qui est uirtus organica / prout tamen illa nomi-  
nant simplices actus uoluntatis / possunt dici es-  
se in angelis. Talem dolorem oportet ponere i-  
demonibus qui accidit ex his quę ipsis uolenti-  
bus sunt / uel fiunt / uel uolentibus non sunt /  
neq; fiunt / plurima certo quę nollent sunt plu-  
rima etiam non sunt quę ipsi esse uellent. Inui-  
dent hominum saluti / Dolentq; atq; tristantē  
de ipsorum gloria / atq; exaltatione / Tristantē  
nummum quia se cohiberi a multis fraudibus  
& dolis inferendis hominibus conspiciunt: Su-  
pra omnia eos qđ se beatitudine priuatos perpe-  
tuo uident / premit & angit. Atq; quia grauius  
fuit peccatum demonis quam hominis consen-  
taneū rationi est / ut etiam atrociori dolore ple-  
ctatē / Iuxta illud Apocalypsis Decimo octauo.  
Quantum glorificauit se & in delictis fuit / tan-  
tum date ei tormentum & luctum. CERVIVS.  
In his abste dictis ambigo immo & falsum pu-  
to illud / ut in angelis non sint passiones ille  
sed qđ sunt solum in appetitu sensituo / Neque  
illa nominant simplices actus (ut opinaris) uo-  
luntatis: Nullum certo illorum est actus uolun-  
tatis / Rectius dixisses illa consequi simplici  
actū uoluntatis. MARTI. Sentētia illa Thomę  
est: Et ita accipiunda / Quattuor illa consi-  
milia actento modo quo causantur in animalibus  
ex humorum concitatione cordisq; dilata-  
one uel contractione non sunt in angelis: Sūb  
tamen prout nominant simplicem actum uolū-  
tatis: hoc est prout denotant simplicem formam  
& spiritualem / ueluti superius iram ab eis remo-  
tam accepimus / accipiendo eam materialiter: &  
repositum formaliter: Illa ergo sunt actus: qui-  
dam uoluntatis: non tamen sunt actus uolendi  
Cōmunior enim est actus intellectus qđ actus in-  
telligendi: quia etiam dicere immo & omnis ha-  
bitus intellectualis est actus intellectus / nō au-  
tē actus intelligendi: Cōmunior certo & actus  
uolūtatis qđ uolēdi. BABA. Cōtra conclusionē  
qua tenetur demones dolere / arguit pmo sic. qđ



cūq; non potest benefacere / nō potest de malo  
 dolere / patet / Quia dolere de malo bonum est.  
 Nam nolle penam & naturę proprie lesionem  
 conformē est naturali appetitui / Qui semp̄ re  
 ctus. Sed angeli mali ex iaz ostensis non possūt  
 benefacere quom̄ in malo sint obstinati. Igitur  
 neq; poterunt saltē de malo ut pena propria do  
 lere. ¶ Similiter dolor causatus ex remorsu con  
 scientię bonus est: & ponitur in angelis. Et ita  
 angeli mali bene dolebunt & benefacient / Quę  
 repugnant superius dictis. Sic enim non solum  
 possent benefacere / sed re ipsa facerent. ¶ Pre  
 terea Nulla opposita possunt esse in eodem simp̄  
 ut est sententia ultima per hermenias: Sed dolo  
 & gaudium sunt opposita / quia contraria: Sūt  
 enim formę positivę / mutuo se circa idem sub  
 iectum expellentes. Quare nequeunt esse in eo  
 dem simp̄. Nunc autē in sic est q̄ demones gau  
 dent / dicente Augustino contra Manicheos.  
 Diabolus habet potestatem in eos qui Dei pre  
 cepta contemnunt: & de hac tam infelici pote  
 state letatur / Quod etiaz patet. Nam ipsi sūme  
 homini invident / Invidia autē proprium est  
 affligi de bono alieno: & letari ac gaudē de ma  
 lo. ¶ Tertio sic. Qui non potest timere / nō po  
 test etiam dolere / Constat id / Quicumq; enim  
 de presenti malo dolet ille de illo ut futuruz ap  
 prehenditur timere valebit. Qui ergo timere ne  
 quit / neq; dolere poterit. Sed Demon non timet  
 Iob namq; Decimo sexto scribitur Factus est ut  
 nullum timeret: Igitur neq; dolere. ¶ Quarto  
 Quicquid nequid esse imprudente / nequid esse  
 in demone / patet id Quia demon prudēior: &  
 ingenio acutior: quo vis homine: Sed dolor ne  
 quit esse imprudente: Neq; enim cadit in unuz  
 constantin: Moderatē enī fert adversa & equo  
 animo / presertim si agnoscat ea oportere / tol  
 lerate / & eo magis si videret ex eo solum dolo  
 rem in ipso esse / quia non acquiescit / illis que ac  
 cedunt: Magnę namque dementię videtur non  
 velle illud ex cuius velle omnis angustia absee  
 dit: quodq; habere oportet. Igitur dolor nequi  
 bit esse etiam in angelo malo / quom̄ sit mente  
 acutissimus. BENESSIVS. Ad hęc ita respō

deri posset. Ad primum concedemus angelos a  
 liquid boni ex genere posse velle: & forsā ex cir  
 cumstantia: Semper tamen bonum illud imper  
 fectum re ipsa est: Nam aut deprauatur circum  
 stantię peruerse appositione / aut cōuenientis p  
 uatione / Aut enim de peccato dolent propter  
 penam: & de pena nolentes eam: & tamen i pec  
 cato esse volentes / non autē dolent de culpa p  
 pter se / aut quia Dei offensiva: uel si etiam dolo  
 rent nō eos iuaret. Si ergo maior illa intelliga  
 tur de quocunq; benefacere uera est: Qui enī  
 nequit velle quicquid quod saltem sit bonum  
 ex genere / non potest certo de malo dolere. Et  
 minor falsa: Si autē de perfecte bona factione  
 Maior erit falsa: Quia falsum q̄ qui nequit  
 merito benefacere ut nequeat de malo dolere  
 Et Minor uera Demon enim nequit mereri: po  
 test tamen aliquo modo bene dolorem odio. ha  
 bere / unde Augustinus. xix. de ci. Dolor iquit  
 amissi boni in supplicio testis est nature bonę  
 De malo autē culpę dolet quidem conscientia  
 mordente non autē dolet proposito firmo nō  
 peccare amplius statūte: Doler etiam de malo  
 culpę in quantum pena est / non in quantum for  
 san culpa est / uel nō principaliter ea rōne dolet  
 Aduertant Thomę discipuli ad ultima uerba e  
 us i hac questione. Ad secundū dico Conceden  
 do angelos malos & dolere & gaudere: Et negā  
 do illa esse contraria nisi accipiantur circa idem  
 obiectū: ut. s. de eodem & eadem rōne gaudeāt  
 & doleāt / ut hī a p̄ho. vii. & x. ethi. Demones  
 autē non gaudent eis dē & dolent / sed diuersis.  
 BINICIO. Contra: vehemēs dolor expellit oē  
 gaudiū oēmq; uoluptatem cō continget: vñ  
 eūq; / & non solū contrariari ut hī. vii. ethi. S;  
 i demonibus ponit uehementissim⁹ dolor / Nul  
 lū ergo poterit gaudiū i eis esse. BON⁹. Gaudi  
 um illud est istar gutte aque pietę in fornacē  
 ignis ardentis uel minima portione aque i uini  
 dolio unnerse / aut potius i uini guttula in pel  
 lagis deiecta. Gaudium ergo illud insensibile  
 erit ueluti lumen paruum offuscatur / uibrante  
 lumine solis. Si tamen pena illa esset damni so  
 lū: & detentionis / prout multa exponunt posset



L.  
aliquale gaudium in eis esse etiam sensibile / hoc est quod aliqua ex parte letificaret ipsos p[er] mo-  
rula aliqua / Citotamen uerteretur in tristitiam  
& dolorem: sicuti dolore renum / aut podagre  
laborantibus / Qui & si aliquid dulce sentiant  
illud tamen ex templo in amaritudinez conuer-  
tatur: & ortum arescit & decidit. Ad tertium di-  
co Demones timere atq[ue] contremiscere posse ( iu-  
xta illud Iacobi credunt & contremiscunt ) Qd  
autem dicitur ut diabolus factus sit nihil timens  
Foran non timet: quia dolet: Nam positus in  
crumna / non timet sed tristatur / Quia non mo-  
do positi / sed subito ponendi non amplius ti-  
ment: ut philosophus refert de subito decapita-  
dis in secundo Retho. potuisset ergo timere si de  
quo dolet: ut futurum prestolaretur: & sub am-  
biguo conciperet. Verum quia actu luit penas  
criminum. Et certus est de illo etiam quod sup-  
erest nil timet / omnium tamen dolore afficitur /  
Alii autem nil timet / hoc est nullum timorez a  
peccato cohibentez habet / Alii nil inquit ti-  
met quia neq[ue] Deus quoz sit desperatus: Et ne-  
mo Deum sine spe amat: Nam & i beatis aliquo  
modo est spes / non quidem uirtus illa theo-  
logica: sed quid consequens actum uoluntatis  
tendentis in bonum non possessum: neq[ue] tamē  
ideo quisq[ue] amat Deum ut potiatur desideratis  
Quoz ergo nil boni a Deo speret / neq[ue] mali qd  
non iam experitur / timeat / Deū non timet / Cre-  
aturam quoq[ue] nullam timeat: uel quia nil sibi al-  
tera infligi posse conspiciat: uel quia etiam ipse po-  
tius nocere se posse / uidet q[uam] nocuimenta ab aliis  
suscipere. Ad quartum dicerem Demones non  
esse prudentes proprie quom nil ut plurimum:  
uel semper bono sine faciant esse tamen astutos  
callidos: & uafros / dolisq[ue] plenos / habent er-  
go acumen magnum & solertiam in gentez / ne-  
q[ue] tamen prudentiam. Neq[ue] usquequaq[ue] ueruz  
est ut dolor non cadat in uirum prudentem ni-  
si forsan stoyce & intellectualiter loquēdo / Mē-  
te namq[ue] non re ipsa prudentis conditiones illi  
metiuntur. Neque siue ob superbiam / siue ob  
peccati iuxtam poenam acquiescere ualent: si-

cūt faceret forsan bonus angelus: qui ibidez ab-  
q[ue] ulla pena maneret.

**C**An aer iste caliginosus sit locus detentionis  
eorum. Caput. XXI. **BONVS**

**D**E aere isto caliginoso / turbidum &  
nebularuz ploeno inquirebatur: an  
sit locus ad poenam & tormenta de-  
monum deputatus: Aeri tres con-  
stat esse regiones Superiorem illam quam ignis  
calor afficit: Inferiorem quam solis radius incē-  
dit: Et mediam que utroque calore semoto fri-  
get & glacescit. Et quāuis aer calidus natura sit  
tamen per antiparitasim ex utraque parte fri-  
gidus redditur. Duas regiones ipsius inediaz &  
inferiorem caliginosam appellamus. Et an hae  
in parte sit locus detentionis ipsorum inuesti-  
gamus. **BENIGNVS.** Mire omnipotens  
Deus angelos etiam malos in bonum hominis  
atque salutem ipsius ordinauit: Id namque  
exposcit diuine prouidentie ratio: ut infir-  
ma reducat ad se per media. Omnes autem an-  
geli medium gradum inter Deum & hominem  
tenent / Cuncti itaque uitam eternam homini  
procurent: boni tamen directe: & data opera re-  
trahunt nos a malis / & ad bona cōcitant / Ma-  
li uero dum nos e contrario ad mala inducere &  
a bonis retrahere conantur nobis sunt causa uir-  
tutis / uincendi namque premium pollicetur  
Deus: Et uincere nequit quis nisi cōstixerit. Et  
configere non ualet nisi concedatur aduersarij  
vincendo igitur aduersariorum temptamenta  
coronamur. Nolendo igitur uitam nobis pro-  
curant: Et ueluti fratres Ioseph a regno depele-  
lere cupientes regem instituunt: Et qua uia sep-  
uitatem fugiebant / ea proculdubio seruitutis  
iugo colla submiserunt / Sic & demones duz no-  
stram procurant mortem / uitam nobis nolentes  
conferunt: Quo fit ut ipsi quoque a nature sue  
ordine non omnino exciderint: Atq[ue] huius he-  
gratia uidentur in hoc aere nobis uicino detine-  
ri / Quousque igitur exercitatio durabit homi-  
num eo usque & demonum tur hunc incolere



aerem; postmodum autem omnes mali erunt simul  
 similiter: & boni ut triticum congregabuntur  
 in horreum; quibus etiam nunc plerique demonum  
 ut & crucientur & cruciantur sint in regionibus in-  
 ferioribus; quas infernum uocamus. usque itaque  
 ad iudicii diem; ut Augustinus quarto super ge-  
 nesis ad litteram scribit. Erit hic aer caliginosus  
 carcer quidam ipsis malignis spiritibus. GEOR-  
 GEVS. Placent quae dicis. Sed contra ea obicito  
 primo sic. Quicquid a loco ledi nequit; locum  
 nequit habere ipsum pena afficientem; Sed an-  
 gelus quoz sit natura spiritualis a loco certo; ne-  
 que ledi; neque ulla alteratione affici ualebit. Qua-  
 re neque ullum locum habebit ipsum poena affi-  
 cientem; praeterea homines damnati detruduntur  
 in ipsum infernum; Cur non & angeli mali per-  
 sertim; quom grauius peccanti durior; asperior  
 que sit dandus carcer: Quomodo etiam dicentur  
 puniri igne quom incolant aerem? Omne deni-  
 que quo quis leditur agit in ipsum; Et quod in a-  
 liquid agere non potest neque sibi nocere; aut ip-  
 sum ledere poterit; Sed aer quom sit corporeus  
 in spiritum agere non ualebit; Quare neque ip-  
 sum ledere; & ita neque poenam ullam sibi infer-  
 re poterit. MENTIVS Ad primus ego dice-  
 rein similiter & ad ultimum sicut iam supra di-  
 ctum extitit locum atque corpus spiritum ledere  
 non posse; neque in ipsum agere ualere; Con-  
 tristatur tamen angelus ex tali detentione mo-  
 dis iam declaratis. Ad secundum Quae & si ratio-  
 ne grauitatis peccati demones potius sint in tar-  
 tareis regnis recludendi; Tamen quia medi sunt  
 inter nos & Deum propter nostrum exercitum  
 hic includuntur non sicut anime; nulla enim  
 anima natura prestat alteri. Icaro neque ulla  
 ponitur in loco illo pro exercitio aliarum ani-  
 marum. Ad illud de igne dicerem non oportet  
 eas usque ad iudicii diem in ignem actu detru-  
 di sicut neque bonos in celo empyreo collocari;  
 Sed satis esse ut mente illum ignem semper ge-  
 rant quo tandem sunt detrudendi; Luunt ta-  
 men peccatorum penas; & in hoc aere detenti;  
 Nollent enim in eo esse; Et quamuis rogauerit

dominum ne ipsos mitteret in abyssum id non fe-  
 cerunt; ac si maiori poena punirentur in abyssu  
 quam in aere; sed ut hominibus pro uoto ob esse pos-  
 sint; ueluti etiam rogauerunt alias ne ipsos de re-  
 gione quadam expelleret. Qui ergo putauerunt  
 usque ad diem iudicii nullum; neque supplicio  
 neque premio afficiendum; hi profecto erraue-  
 runt grauer: Nam apostolus cupiebat dissolui  
 ut esset cum Christo; Et quamuis aliqui de ani-  
 mabus nobiscum teneant; sed de ipsis demoni-  
 bus illud solum fateantur; ut usque ad iudicii  
 diem sint immunes a pena; Tutius tamen est no-  
 bis de omnibus damnatis uniformem ferre sen-  
 tentiam. Omnes ergo illi post casum hi post mo-  
 tem supplicio afficiuntur; ueluti & omnes bo-  
 ni premio uisionis atque fruitionis diuinae; Qua  
 nobis quoque ex utraque hac mole corporea ille co-  
 cedat Deus qui est trinus & unus Amen.

#### ¶ Finis Sexti Libri.

#### ¶ Argumentum Sep- timi Libri.



Terio atque iterum pridie kalendas  
 Iulias sacris apostolicis quae deuotissi-  
 me expletis non solum Senatus; sed  
 etiam populus Epidaurinus seu Rha-  
 cusinus rerum diuinarum sitibus sua spon-  
 te ad uenerandam Matris Dei nostri eadem con-  
 fluxit; ubi licet illiustris Senatus benigne ob-  
 tenta; quidam etiam de populo (est enim docto  
 Senatus; doctus & populus) disputarunt. Ve-  
 rum quia eadem a uiris patris; conscriptisque  
 patribus dicta fuerant; ne multitudine inter lo-  
 quentium fastidio lectori essent nomina popu-  
 larium domorum; quarum plerique sunt egre-  
 gie hic non afferro. Accipiantur igitur iterum  
 communes disputationes; Et aduertat unusquisque  
 ad celestium spirituum; uarias linguas & ma-  
 ternas locutiones.

in iiii



Capita Septimi Libri.

- ¶ An unus angelus possit mouere mentem alterius ita ut uere dici possit ipsuz illuminasse  
Caput Primum.
- ¶ An unus possit mouere alterius uoluntatez ita ut aliquid uelit. Caput. ii.
- ¶ An superiores possint illustrari / purgari & perfici ab inferioribus Caput. iii.
- ¶ An superiores de cunctis que norint / doceant suos inferiores Caput. iiii.
- ¶ Quo pacto & de quibus angeli locuntur / & opinio Henrici atq; Thome ponitur. Ca. v.
- ¶ Alia positio de modo loquendu: & est Scoti. Caput. vi.
- ¶ Solutio quarundam obiectionum contra opinionem Caput. vii.
- ¶ Corroboratio Tertie opinionis / & quarundam rationum contra eam solb. Cap. viii.
- ¶ Obiectionum Gregorii de Arimino contra eandem opinionem: Solutio: & ipsius opinio Caput. viii.
- ¶ Ponitur & alius loquedi modus: Et residua declarantur Caput. x.
- ¶ Quid sit angelorum & animarum clamor: Et nouus modus loquendi assignatur. Ca. xi.

Incipit Liber Septimus.

¶ An unus angelus possit mouere ad intelligendum mentem alterius & ipsum illuminare. Caput Primum  
GEORGEVS



Congregatis itez nobis hac in Siluana urbe celebrari / & ex uic toto in orbe celebranda ob toties congregatos uiros clarissimos atq; celeberrimos. Et ne id ab re actu putem ne ue nulla re p̄clara / p̄acta tam celesber tamq; prestans / coetus dissoluatur ea que de sumis illis spiritibus inchoauimus / expleamus. Videnda & discutienda sunt quezdam primo de angelorum illuminationib; Deinde de ipsorum locutionibus: Et circa primum quattuor precipue sunt inuestiganda / An unus angelus possit mouere intellectum alteri ad aliquid cognoscendum: ut dicatur ipsum illuminasse: An unus possit uoluntatem alterius mouere ad aliquid uolendum. An inferior ualeat illuminare superiorem / An superiores illustrent inferiores / de omnibus que ipsi norunt. BENIGNVS. Esto foelix iste conuentus uirorum cum omni in re prestantissimorum / cum diuine philosophie diligentissimorum atq; acutissimorum seclatoruz presentia illustratus. Et quia peripatheticorum more fructus non folia querimus / ad rem ipsam ex templo bonis auib; accedam. Circa primum quezsum conclusio satis nota est: Dionysius namq; viii. cele. Ierar. angelos secunde Ierarchie purgari / illustrari: & perfici ab angelis prime ierarchie manifeste ostendit: Quare unus alterum docet & illustrat: pro cuius rei inuestigatione aduertendum q; sententia philosophi p̄mo helen. Omnes transseretes secundu aliquaz similitudinem transferunt: Et quia lux corporea reddit colores oculis manifestos. Iecirco quicquid menti nostre aliquid manifestat / ipsam illuminare dicitur / vñ & Apo. ad Ephe. v. inquit Omne quod manifestatur in lumine est / quia uirtute luminis fit manifestatio / vñ & intellectus agens / quia causat species intellectuales quibus mens cognoscit & sapit / iccirco lumen naturale anime nostre uocatur. Illuminare itaq; nil aliud est quam ueritatem agnitam alius propalare atque manifestare / Vñ de Paulus ad Ephesios. iiii. Mihi oiu; sanctoruz minimo data est gra illuminare oes que sic dispensatio sacramti absconditi a seculis in Deo: Quia ergo angeli docet angelos ( Na teste Dionysio septimo cele. ierar. Theologi plans. mon



strant celestium substantiarum ornatus a supremis mentibus doceri deificas scientias. Idcirco dicuntur sese illuminare atque illustrare. Docet autem angelus angelum speciem rei in ipso causa dō uel etiam ipsam actualem alicuius rei cognitionem ut postea declarabimus. Quidam tamen ita dicunt ut ueluti uirtus corporis minus perfecti confortatur ex propinquitate perfectioris corporis: Calidum namque minus ex propinquitate magis calidi, calidius redditur: Ita numerum angelus inferior ex conuersione ad superiorem angelum roboratur. Id namque apud ipsos facit conuersio quod apud corpora, approximatio: Et hic est unus modus docendi: Alter uero fit hoc modo: Angelus superior habet scientiam uisibilem, quae eo intuitu inferior angelus capere nequit. Sibi namque naturale est particulatim renum cognitionem accipere: Quae igitur superior angelus cognitionem illam totalem quasi distinguit (tanquam doctor quidam) suosque conceptus alteri ordinate enucleat ut eos accipere possit: illum docere dicitur. Cui ita cognitionem suam proponit: unde Dionysius, xv. cele. Ierar. unaqueque substantia intellectualis datam sibi intelligentiam, prouida uirtute diuidit & multiplicat. GEORGEVS. Praeceptor duabus uis incedere uidetur: Quam nos (sequi uelis) declaras minime. BENIGNVS. Mihi quidem ita uidetur ut angeli alios doceant per impressionem specierum siue cognitionum: Quod persuadetur postmodum tanquam congruum: & illi naturae conueniens. Altera tamen opinio etiam superius fuit recitata, atque ex parte conciliata: Si tamen conciliari nequit, non curio: pono eam tanquam probabilem, ut agnoscat nos eam re pluribus modis delibare posse: Qui ergo alteram opinionem omnino destruunt, non recte id faciunt. Copiosior hoc modo rerum cognitio: Et quia nequit ad unguem altera uera, altera falsa apparere. Disceptatio fiat causa exercitii, pro ut libet. Sed in rerum cognitione amplectatur nunc illa, nunc ista nunc utraque, sub distinctione accipiatur. Angeli intelliguntur docere quia causant species & cognitiones: Et quia su-

periores robur dant inferioribus in ipsos conuersis: atque quia particulatim eis proponunt iuxta ipsorum capacitatem ea quae ipsi simul agnoscunt. Et habebis pro duobus in obis quattuor: Fietque doctrina pinguior, immo fertilior, atque foecundior. GEORGEVS. Contra istam conclusionem uidentur esse plures obiectiones. Primo contra illam uiam quae dicit angelum causare cognitionem, in alio aut speciem: Eo, n. concesso sequeretur angelum posse creare: Nam produceret aliquid ex nihilo. Determinatum autem est creaturam creare non posse: Neque potest dici ut speciem precedentem, aut cognitionem intensiorem faciat. Quia ex secundo eth. habitus ex eisdem intenditur ex quibus & fit: Ex quibus ergo fieri nequit, ex illis neque intendi poterit. p. Quae angelus habet, non oportet ea sibi infundere, aut in eo causare: Sed omnium species sunt angelo concreate, ut ostensum est. Igitur nullam oportet sibi infundere. Deinde contra illam particulam alterius uiae, quae dicitur intellectus inferioris corroborari ex conuersione in superiore, arguitur sic. Semper maior offuscatur minus: ut dicitur a luce maiori quae minoris impedit effectum. Ea enim de re Stelle in die uideri nequeunt. Similiter calor paruus insensibilis redditur approximatus calori ualde intenso: Similiter omne ignobile comparatum ad nobile quid & egregium, minus uisusque iudicatur: unde monoculus uel potius luscus inter cecos, potius in pretio quam inter uidentes putabitur. Exempla igitur uidentur concludere oppositum: Et ita inferunt a simili: Neque angelus inferiorem roborari, a superioris potentia, siue in superiore conuersione unino potius offuscari atque impediri. Deinde quod angelus nequeat absolute loquendo illuminare angelum probatur. Nam eo modo sese habent nunc angeli beati quae se habebunt & homines postmodum: Quia erunt sicut angeli Dei in celo: Erunt ergo mutua similitudo: Sed tunc unus hominum non illustrabit alium iuxta illud. Iere. xxxi. Non docebit ultra quis proximum suum: & uir fratrem suum. Igitur neque angelus, nunc angelum illuminat.



Item si angelus illuminaret angelum: aut ergo lumine nature / aut lumine gratie / aut lumine glorie / neque enim uidetur esse aliud lumen de quo propositum accipi posset / Sed nullo tali lumine angelus illuminat angelum. p3. Quia dei proprium est naturam illorum speciebus concreatis perficere / iustificare / atque beare / Igitur nullo modo angelus illustratur ab angelo. Deinde presuppono lumen de quo inquitur esse quaedam formam mentis. Tunc sic. Quod non potest ab angelo formari / non potest ab illo illuminari. Sed nulla mens siue illa dicatur ratione siue (latius) intellectu predita / potest ab angelo formari. Constat Augusti. sententia in libro lxxxiii. questionum ubi dicit. Mentem rationalem a solo Deo formari: per quam omnem mentem creatam debemus intelligere: Igitur nequit mens ab angelo sicut nec formari / ita neque illuminari. ¶ Ultimo arguitur sic: Nil est illuminabile nisi tenebrosum: Sed mens angeli boni non est tenebrosa / Igitur neque illuminabilis. Confirmatur omnis mutatio fit inter opposita Sed illuminatio est mutatio: Igitur est inter opposita. Oppositum autem lumini est tenebra que circa idem uersatur cum lumine: Vbi ergo tenebra nequit esse ibi / neque lumen: Et ubi lumen nequit esse ibi / neque illuminari. Sed in angelis bonis tenebra esse nequit: Igitur neque illuminari. **MENTIVS** Ego enitar preceptoris auxilio istis obiectionibus satisfacere / Ad primam ergo dico / Negando consequentiam / pducit namque species atque cognitionem in subiecto apto / nato. Et mens uniuscuiusque inclinatur in illud tanquam in suam perfectionem / Qui autem creat non requirit causam alterius generis / puta causam matricalem: Sed nullo presupposito subiecto agit **GEORGE** Contra deus dicitur creare gratiam in anima uel angelo: Creat igitur & tam presupponit subiectum in quo suscipiatur. **MENTIVS**. Dico Si necessario pductio gratie presupponeret subiectum / ita ut a Deo nisi prexacto subiecto pducatur nequiret / non crearetur. Ad secundam multa allata sunt in alio congressu nostro / ubi quo pacto angeli in scientia proficere possint declaratum est.

Ad tertium Concedi posset maior de lumine corporeo / non autem de lumine spirituali: vñ Tertio de anima dicit philosophus Non post excellentissimorum contemplationem / modo a contemplatione aliorum prepediri: sed etiam iuuari & roborari: postquam uero excellentia senserimus minus sensibilia / uix sentimus: Organum namque debilius fit: Immutatur namque ab uehementi sensibili secundum totam capacitatem / que imutatio non fit omnino absque dolore: ut Alacen primo perspectiuę declarat. Ex quibus patet quod etiam in corporeis rebus maius non offuscat minus: ac si impediret ipsum ne agat. Nam sol non est impedimento stellis / ne lumen ex se diffundant / sicuti assidue diffundit sed potius est impedimento ipsi oculo / ne talis imutationem percipiat ex eo: quia ipsum uehementius imutat: vnde in alto puteo in meridie existens uidebit stellas: quia non imutatur in tali loco a sole / ueluti si existat in superficie terre. Radi enim stellarum non pertingunt ad oculos eius / tanquam existentis in medio illuminato: Sed prius deueniunt ad medium illuminatum deinde ad ipsum. Nam etiam in tenebris existens lucem uidere potest: Hęc autem impedimenta nequeunt poni in angelis organis corporis carentibus / Minus ergo calidum a calidiori tanquam a suo simili corroboratur / ueluti a contrario tabescit & corrumpitur / non obstante quod sensus ab illius perceptione prepediatur / Quod autem minus tale in absentia magis talis prestantius putetur / hoc non prouenit: quia sit magis tale: sed quia non agnoscitur paruitas sua / nisi agnita nobiliori atque perfectiori. Opposita enim iuxta se posita / clari diudicantur: quia & magis elucescunt: Aduertant huc & Thome & Scoti auidiores. Ad quartum dico propheten illum se ibi exponere: Subdit namque ubi dixerat / Non docebit uir fratrem suum dicens / Cognosce dominum: omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum. In uisione igitur Dei omnes docentur a Deo: Et in illa nullus alterum illustrat: Sed quia rationes diuinorum operum refilgent in Deo / non solum tanquam in causa & excep



7  
plari: sed tanquaz continente omnia eminenter  
quas rationes ipse solus in seipso ex sui natura  
uidet: Solus enim seipsum comprehendit. Reli  
qui de eiusmodi eo plus agnoscunt / quo clari⁹  
Deum uident & inspectant / Reuelat quoq; abs  
q; medio primis Deus: Illi uero suis inferiorib⁹  
Et in his fiunt illustrationes. Ad quintum an  
gelum non causare gratiam aut gloriam in alio  
fatemur / neq; etiam species concreatas imprime  
re: sed eas quibus caret: Et cognitionem illaruz  
rerum quam ex se habeat minime. Possunt quo  
q; in uno quoq; illorum luminum inferiores / a  
superioribus confirmari atq; coroborari. Ad se  
xtum dico Augustini sententiam accipiendam  
esse mentez a solo Deo formari / ueluti imaginē  
ab archetipo exemplari: Dei namq; soli⁹ imago  
est illa / a Deo etiam solo formatur in ipsius dei  
uisione: Nam omnis mens creata quantuscunq;  
polleat creaturarum cognitionibus / in formis pu  
tanda est / nisi uisionis Dei / atq; fruitionis exa  
ctissima forma donetur. Ad ultimum Tenebra  
in sacris litteris interdum designat priuationez  
cognitionis perfecte: vnde Christus uenit illu  
minare his qui in tenebris sedebat / ut sancti pa  
tres in limbo. Interdum cognitionem imperfe  
ctam: Et sic Tobias in tenebris se esse fatebatur  
neq; lumen celi uidere. Interdum cognitionem  
erroneam: & uoluntatem prauam: Et ita ambu  
lantibus in regione umbre mortis / lux orta est  
eis: Et hęc dicuntur tenebre interiores / uicia ui  
delicet ex errores: Interdum suplicii eterni acer  
bitatem: & sic damnati & reprobi uniuersi pro  
ficiuntur in tenebras exteriores. Angeli itaq; bo  
ni quom Deum uideant primis tenebris nō sub  
duntur. Tenebras quoq; tertias & quartas non  
habent ut manifestum est. Secundas autem ha  
bere uidentur / omnis enim alia cognitio in eis  
Dei cognitioni siue uisioni comparata umbrati  
lis atq; tenebrosa est. Tenebra etiam potest de  
notare / priuationem cuiuscunq; cognitionis ut  
magne uel parue. Et ita omnis ignorans quip  
pam tenebris / saltem secundum quid afficitur  
Talis certo tenebra hoc est alicuius cognitionis  
priuatio / poterit esse etiam in beatis: Sed id nō

est concedendum absolute: sed cum additione:  
Nam hoc modo & secundo modo superius posi  
to est tenebra / secundum quid non simpliciter  
accipienda: Quare angeli boni & actu & poten  
tia: secundum quid sunt in tenebris: Nam aut co  
gnitionem aliorū a Deo actu habent: & sic actu  
sunt in tenebris secundum quid / aut sunt in po  
tentia ad talem cognitionem: & ita sunt in potē  
tia tenebrosi secundum quid. Et etiam actu ac  
cipiendo tenebras ultimo modo pro priuatione  
cuiuscunq; cognitionis.

**C**A n unus angelus possit alterius uoluntatem  
mouere ad aliquid uolendum. Caput Secun  
dum. BONVS.

**A** n unus angelus possit uoluntatem  
alterius mouere ad aliquid uolendū  
secūdo loco propositum fuit: Id er  
go inquiramus. **BENIGNVS** Voluntate mo  
ueri ad aliquid uolendum uiri egregiū bifariam  
potest accipi: vno quidez modo ab ipso obiecto  
conuenienti: Quod ego uoluntatem mouere ad  
sui amorem / ita intelligo ( quod alii uix decla  
rant ) ostensa re aliqua conuenienti generatur in  
appetitu uoluptas & gaudium / Tenemus nam  
q; posse uoluntatem / ante uoluptatem de re ca  
pere q̄ eaz uelit: Et possibile putamus delectari  
posse appetituz de re quam nolit / ut in uirginib⁹  
in uite uolatis / alusq; mulieribus quandoq; cō  
pertum est / ueluti & dolere possumus his de re  
bus quas eligimus & uolumus: Eligunt enim ui  
ri constantes uulnera: eligūt: plagas & uerbera /  
Mortemq; ultro insequuntur / neq; tamen nō  
dolent / Gaudio autem & uoluptate inclinatur  
uoluptas ad prosequendum & uolendū: Et sic  
obiectum & triste: & uoluptuosum dicitur uo  
luntatez mouere posse: Et hoc per se & ex sui na  
tura / per accidens autem ille mouet qui obiectū  
mōstrat: & bonitatem ipsius / siue conuenientiā  
aut etiam molestiam & discōuenientiā / detegit  
& manifestat. Non itaq; omnino abnuimus in  
tellectum esse motorem uolūtatis. Immo & ho  
minem hominis. Verum & si omne bonum im  
primendo uoluptatem moueat appetitū & uo  
luntatem / nullum tamen a deo perfecte / uel



ei bonum uniuersale non quidem predicatio-  
 ne (quia illud forsan minimum omnium est) &  
 sed largitione (omnibus enim inde profuit) &  
 continentia (omnia namque bona in illo sunt unita)  
 Illud autem bonum solum sufficienter mouet  
 nullum enim aliud; immo & omnia alia simul  
 iuncta non solum non equantur illi; sed etiam  
 differunt uelut umbra & somnium a ueris rebus.  
 Nemo autem illud potest in se quale sit ostende-  
 re nisi ille qui est illud bonum; ille inquam qui  
 Mosi flagitanti. Ostende mihi gloriam tuam  
 Respondit. Ego tibi ostendam omne bonum.  
 Se ipsum profecto omne uocabat bonum; quia  
 in ipso sunt omnia bona. Accepistis iam quo  
 pacto res moueant uoluntatem; ueluti appeti-  
 bile appetitum; & quod summum appetibile uo-  
 luntatis est ipsum summum bonum. Accepistis  
 quoque omnem uoluntati bonum; aliquod pro-  
 ponentem ipsam aliquo modo mouere; hoc au-  
 tem bifariam accipitur. Aut enim est mouens in-  
 transecum; puta proprius intellectus; aut ex-  
 transecum docens ipsum intellectum; Nemo au-  
 tem proprie potest uoluntatem mouere aliquid  
 nisi & intellectum imutet. Obiectum namque pri-  
 us apprehenditur; quam appetitu impressione uo-  
 luptatis mouere intelligatur; Enim uero an pos-  
 set quis actum uolendi imprimere dubitari pos-  
 set. Et hoc quidam uocant mouere ex parte ipsi-  
 us potentie. Deum certo id posse non uidetur re-  
 pugnan. Et hoc etiam circa ignotum; nisi ostē-  
 datur contradictio esse ut uoluntas possit uelle  
 incognitum; Cautē forsan dictum est uolunta-  
 tem non ferri; nisi impræcognitum; ac si ipsa  
 ignotum si aliunde imprimatur non posse; Que  
 hic discutere pretermitto. Venio ad rem ange-  
 lum posse mouere uoluntatem angeli ueluti ap-  
 petibile quoddam appetitum non incongruit.  
 Immo etiam manifestando bonitatem alicuius  
 obiecti ut moueat consentaneum est rationi; ut  
 quod actum uolendi concauset; forsan non repu-  
 gnat; Sed ut illum ipse totum imprimat; non  
 concederetur; Neque ergo poterit angelum iustifi-  
 care; Quia neque gratiam causare; neque actus uo-

luntatis primum ad ipsam iustificationem; si-  
 cut homo se disponit suo proprio actu ad iusti-  
 ficationem. Seipsum tamen iustificare nequit.  
 Sed id solius Dei munus gratia producentis; at-  
 que infundentis; BONVS. Angeli uidentur  
 posse angelos in uolendo mouere; Nam Diony-  
 sius tria illis attribuit; illuminare; purgare &  
 perficere; Quorum duo posteriora uidentur ad  
 affectum pertinere; purgare namque ad sordes  
 abluere; perficere autem ad finis consecutionem  
 pertinere uidetur. Sordes autem; atque consecuti-  
 o finis ad ipsam uoluntatem spectant; per. Que  
 admodum sese habet intellectus superioris ad in-  
 tellectum inferioris; ita & uoluntas ad uolunta-  
 tem; Sed intellectus superioris mouet docendo  
 intellectum inferioris. Igitur & uoluntas uolun-  
 tatem; Confirmatur nam Tertio de anima dicitur  
 appetitus superior mouet inferiorem; Sed  
 appetitus angeli superioris; superior est sicut  
 & intellectus; Quare ipsum appetitum inferio-  
 ris poterit mouere. Deinde; Frustra & falso ge-  
 ritur nomen quod non est conforme rei. Nihil  
 autem frustra & falso est in bonis angelis ponē-  
 dum. Ergo eorum nomina sunt conformia re-  
 bus designatis; Sunt autem aliquorum nomina  
 Seraphim; quod incendere denotat; Incendunt  
 igitur aliqui illorum; hoc est ad amorem conca-  
 tant & inflāmant. ZAMAGNVS. Ad pri-  
 mum horum respondebitur facillime; Angeli  
 namque purgant; quia ignorantiam excludunt  
 & perficiunt; quia fini qui ueritas est coniungunt  
 Deus autem solus illuminat purgando per gra-  
 tie infusionem & summi boni coniunctionem. BO-  
 NVS. Contra; In bonis angelis nullus error est  
 aut ignorantia dispositionis. Quomodo ergo  
 excludetur quod non est. ZAMAGNVS.  
 Ignorantia negationis; quamuis sola priuatio  
 sit; solet tamen dici exclusiua ueluti; & sol tene-  
 bras depellere dicitur. Purgantur igitur ea rati-  
 one qua tenebre ignorantie pelluntur. Illumi-  
 nantur autem; quia scientia perfunduntur; per-  
 ficiuntur certo in quantum rei cognite iunguntur;  
 & ipsam cognitam reddunt; unde Dionysius  
 us Septimo cele. Ierar. Purgatio est in subiectis



essenti tanq̄ ignotorum illuminatio / illa ergo  
 tria re unum / ratione uero diuersa / In fusio nā  
 q̄ scientię put respicit ignorantie expulsionē  
 purgatio prout scientię concessionem illumina  
 tio / prout autem rei agnitionem / & cui3 obiecto  
 coniunctionem dicitur perfectio. Ibi enim cō  
 pletur hic spiritualis motus. Ad secundum ma  
 ior illa neganda in proposito / Eo q̄ uoluntas  
 libere elicit: & potest non elicere / iccirco nisi ue  
 lit / siue ipsa eam producat non esset operatio li  
 bera / neq̄ uoluntaria / Intellectus autem est na  
 tura productiuus: iccirco & operatio etiam ali  
 unde infusa potest eiusdem rationis esse. BO  
 NVS. Contra Cognitio que uerbum & cogni  
 tio non uerbum / non uidentur esse eiusdem ra  
 tionis. Sed cognitio solum ab intellectu produ  
 cta / uel comproducta uerbuz appellatur: Qua  
 re non eiusdem rationis erit cum alia. ZAMA  
 Quom operationes per obiecta distinguantur:  
 & eiusdem potentie circa idem obiectum / eadē  
 ratione consideratum / & eodem modo cognitū  
 atq̄ approximatum eiusdem rationis sit opera  
 tio / etiam uerbum & non uerbū poterit esse eius  
 dem rationis. Sed esto sit alterius poterit tamen  
 imprimi intellectui / uoluntati autem nulla pō  
 terit / quia omni actui eius repugnat ab alia ca  
 usa totaliter producti: Et si etiaz Deus illum in  
 primeret / non esset actus uoluntarius. Ad con  
 firmationem dico philosophuz ibi loqui de ap  
 petitu rationali qui alterius rationis a sensitio  
 uoluntas namq̄ mouet illum q̄ interdum etiaz  
 aliquo modo & ipse mouet / non autem intelli  
 git ut uoluntas una moueat aliā / Neq̄ proprie  
 angelorum intellectus humano superior / Aut  
 beatorum angeli respectu minus: Que namque  
 uersantur circa idem obiectum omnino / & eo  
 dem modo intelligere possunt / eiusde3 sunt ra  
 tionis. Sic dicitō de uoluntate. Qui tamē eos spe  
 cies differre putant / hi etiam asserūt ipsos ī mō  
 do cognoscendi specie differre: homines namq̄  
 uel a fantasmatibus cognitionem accipere / uel  
 ab influxu intelligentiarum aiunt inferiores au  
 tem angelos pluribus / superiores paucioribus  
 speciebus agnoscere: Superior igitur ille secun

dum priorem modum qui & beator: vnde illa  
 anima domini Saluatoris quocunq̄ angelo su  
 perior: Adsequens dico Quemcumq̄ suadentē  
 atq̄ adhortantem ad anorem dici solere incen  
 dere / Seraphim quoq̄ potius ardere q̄ incendē  
 designati: Et eo modo semp sunt Seraphim: Sē  
 per quippe ardent: Incendunt quandoq̄.

¶ An superiores angeli possint illustrari / pur  
 gari & perfici ab inferioribus. Cap. iii.

SARACHIVS



Vestitum tertio loco fuerat / An infe  
 riores possint illustrare superiores:  
 purgareq̄ atque perficere. BENI  
 GNVS. Credimus diuina lege sanectum esse /  
 ut inferiora in Deum reuocantur per ea que su  
 periora. Quamobrez comuni lege stante: Supe  
 riores nunq̄ ab inferioribus illuminantur / Ve  
 luti namq̄ causa ordinatur ad causam / sic ordo  
 ad ordinem / Et sicut causa nequit causari a suo  
 effectu: Ita neq̄ ab ordine inferiori ordo supe  
 rior illustrari aut purgari poterit omnia quippe  
 ordinata sunt: & ad inuicem cōnexa ex duodeci  
 mo diuinorum / Et testimonio Dionysii de di  
 uinis nominibus: atq̄ de ecle. Ierar. Qui quidē  
 ordo non solum est ponendus ratione essentia  
 rum: sed etiam ratione operationuz: Ex quo ita  
 arguunt: Angelus inferior natura est redu. ubi  
 lis medio angeli superioris in suam perfectionē  
 Qualis est quin intelligit aliquod opus diuinū  
 quod uidelicet nequit intelligere suapte natura  
 Q̄ q̄ hęc ita re credantur ut plurimum esse / ta  
 men posse aliter fieri non contradicit / Sicut nā  
 q̄ Deus homines qui minor angelis natura / Su  
 periozem fecit gratia: sic sic nimirum & angeluz  
 inferiozem p̄ferre posset in dignitate. Et ita ī  
 ferioz superior esset: Contradicit igitur ut qui  
 purgat & perficit / non sit superior: At uero ut  
 inferior natura sit superior gratia non repugnat  
 Posset quoq̄ Deus omnis absq̄ medio & purga  
 re & illustrare / Et cunctos gratia atq̄ gloria e  
 quales reddere / Neq̄ uideo ut strictior sit ordo  
 inter angelum superiozem & inferiozem q̄ inter  
 angelum & hominem uel animam a corpore ab  
 solutam. GONDOLÉVS. Placent ista oibus



nobis: Sunt tamen quę illis obstat / Primo quidem Quia Qualis est ordo deriuatorum atque exemplarum / ut sic dixerim talis est / & illorum a quibus deriuantur / uel ipsorum exemplorum Sed ecclesiastica Ierarchia deriuata est a celesti Dionysio affirmate: Et Paulo apostolo confirmante Ierusalem quę sursum est / libera est / quę est mater nostra: Et tamen in ecclesia inferiores possunt illuminare superiores / Iuxta illud prima ad Corinthios Decimo quarto Potestis omnes per singulos prophetare: ut omnes discant: & omnes exhortentur / In reb<sup>9</sup> quoq; publicis qui presunt ac precipiunt postmodum subduntur atq; obtemperant / ut & philosophus in politicis docet / & nos usu ciuitatis nostre aliarum q; cernimus. ¶ Preterea Si iccirco illuminatur ab angelo angelus: quia conuertitur in ipsius superiore inferior. Quę in superior possit conuertitur ad inferiorem: Immo supremus ad infimum: Sponte namq; sua fit hęc conuersio. Igitur poterit ab illo etiam purgari atq; illustrari. Tertio Quenadmodum Deus corpora inferiora regit: per superiora / ut patet in Astronomia / ipsęq; philosophus in libro de generatione contra antiquos dicat. Secundum accessum & recessum solis in obliquo circulo fieri in his inferioribus generationes & corruptiones. Quod etiam ipsa experientia rerum cernimus / Similiter in Meteoris non solum inquit sic esse: Sed ait necesse esse omnem uirtutem horum inferiorum contiguam esse rationibus superioribus ab eisq; gubernari: & inde omnes ipsius uirtutes prodire atq; hauriri. Et tamen eo non obstante Theologi fatentur Deum plurima: & circa hominum ne dicam animos / sed etiam corpora absq; medio celestis corporis efficere atq; influere / Immo & in alia inferiora corpora in suis assidue seuocata superiorum corporum influentia. Quare etiam illud idem poterit facere circa inferiores angelos: Neq; enim est ibi maior connexio q̄ inter corpora. Denum si potentie ipsorum ut probabile uideatur / sint eiusdem rationis: Secus nequiret homo beator / aut eque beatus esse angelo / nullius intellectus est superior natura / sed essentia sola /

Neq; itaq; unus in illuminationibus magis ab alio dependebit. PVTEVS. Ad primum istorum dico iter angelos bonos & homines hoc differre / Inter angelos quippe / Qui sunt sanctiores & propinquiore illi sunt / etiam scientia atq; omni gradu dignitatis prestantiores / nõ ita inter homines / inter quos est sepe numero sancta rusticitas & indocta sanctitas est: & docta atq; erudita malignitas / Et uaria esse hominum dona constat: Sepissime quoq; maximi in minus deficiunt: Ex quorum donorum uarietate singuli singulos iuuant / unusquisq; etiam se inferiori opus habet. Non itaq; in omnibus hęc nostra ierarchia / illi celesti consimilis. Neq; tamen reor inconueniens ibi quandoque non seruari semper eundem ordinem / uerum quę ut plurimum fiunt semper fieri dicuntur / Nã & de Anna prophetissa paucis diebus ante legebamus quoniam discedebat de templo domini. Ad secundum posset dici angelus nunq; conuerti nisi ad quem diuino decreto sibi conuertendum sit / Illud autem tale extat / ut soli inferiores conuertantur in superiores: Adde non conuertuntur ad illos a quibus se nil posse accipere norunt. Approximare namq; ad minus calidum ut calefaciat: nil iuuat / Nemo enim dat quo ipse careat / neq; plus q̄ ipse habeat. Si tamen quandoq; inferioribus quicq; speciali munere reuelaretur / ut inferiores ab illis accipiant non incongruit: Sed tunc inferior superior esset officio. Ad tertium dicunt negando similitudinem: Interdum enim pretermittendo illum qui est inter / corpora ordinem reducit melius in Deum creatura inferiorum Sicuti satius est quandoq; inferioris hominis mandata spernere / ut superioris principis adimplerentur iussa / Sed non ita est de angelis qui ueriformiter adherent Deo / neq; ille ordo propter hominem pretermittendus est: Nam illo pretermisso nil homo iuuabitur in diuinis: Neq; enim operationibus aut illuminationibus angelorum reducit quom ille sibi sint ignote / Adde illud etiam ordinem pretermitti / non repugnare: Sed nos loquimur de consuetudine comuni celestis curię. Ad ultimum forsitan potentie sunt ange-



lorum / atq; hominum eque susceptiue / sed nō sunt eque actiue / uel si sint Deus tamen statuit ut quorum natura prestantior ipsorum: & mēs Et hoc quo ad angelos dumtaxat: Nā homines & maiores & equales angelis facit / Et forsan q̄ doq; aliquo dono: & inferiores angelos facit p̄ stare superioribus. Et tunc superior cupiet doceri ab inferiori: & sic se ad ipsum applicabit & conuertet / Verum inferior tum ut diximus nō iam inferior tali munere erit.

**¶** An superiores angeli de cunctis que norint doceant suos inferiores. Caput. iiii.

### GOTIVS



Roponebatur sequenti loco an Superiores de cunctis que norint / doceant suos inferiores. **BENIGNVS** Boni conditio ea est ut sit sui ipsi difusiuum Et quod quis didicit sine inuidia comunicat de bet / Neq; sapientie honestam possessionem abscondere licet / Idq; uel ex eo deprehendi ualet: Quia nos quoq; in quibus tepidior charitas est / monemur ab apostolo Petro Gratiam acceptaz in alterutrum administrare sicut boni dispensatores multiformis gratie Dei. Quanto magis illi qui luceas nō habitant domos: & charitate mutua feruent & ardent: subiectis & angelorum agminibus diuinas impertientur reuelationes: Quā si ita sit omnes nouerunt que unus nouerit: vn de Gregorius in illa celesti patria licet aliqua sint data excellenter / nil tamē possidetur singulariter. Et Dionysius vnaqueq; celestis essentia intelligentiā sibi a superiore datam inferiori comunicat. Semper tamen superiores limpidius illa eadem agnoscunt / presertim si intellectu exactione sint predicti. Si uero mentes ipsorum nō differant ratione: & quicquid unus noscat aliis indicet / tunc si aliu de non impediuntur omnes eque clare agnoscunt: Forasan tamen unusquisq; pro meritis percipit. **GOTIVS:** His obstat uidentur hec primo Quia reuelatis omnibus que norunt superiores cuncti erunt in cognoscendis equales: Sed ad hoc & ipse noui respondere / Nā assidue fiunt noue reuelationes circa dispositionem huius mundi inferioris: Ex quo sequitur

nullum omnia futura hactenus circa Deum scire / Si enim quecumq; quis nouit aliis reuelat & assidue reuelationes fiunt: & usq; ad nouissimū iudicii diem sint future: Nemo circa Deum nouit omnia futura: Ex quo etiam sequitur. Animam Christi aut nescire omnia futura. Aut nō omnia scita aliis reuelare / Sed hic de angelis loquimur / Si quoq; omnes scirent omnia / non iccirco inferiores equales essent superioribus quoq; forsan nō ita limpide percipiant: neq; magisterii dignitate pollebunt. Esto enim ut discipulus sciat ueluti: & magister eius: Agnoscat tamē superiorior esse illum a quo didicit. Secundo eide conclusioni contrariatur: Nam pleriq; dicunt Quod etiam magister sententiarum fatetur mysteriū incarnationis fuisse multis angelis absconditum: Verum id quoq; in alio quodam cogressu nostro declaratum fuit / Ignorauerunt namq; inferiores: quia forsan non ita limpide agnouerunt / Quis ergo posset teneri / non omnia superiores referare inferioribus. Rationi tamen & Dionysii atq; Gregorii dictis quod proceptor dixit potius congruere uidetur. Sed iam de angelorum locutionibus diseredum.

**¶** De Angelorum locutionibus: Et primo discutitur: An angeli loquatur: Et quo pacto Et de quibus / Et ponitur opinio Henrici: & Thomę. Caput. V. **TVDISSIVS**



Ec sunt hac in re inuestiganda: An angeli loquatur: Et de quibus. An sine delectu quilibz possit cui libz loqui. Et quo pacto hec locutio fiat. An ita ualeat loqui uni ut alios eius locutio lateat. An loquantur cum Deo & Deus cum illis **CHROSIVS.** Ego assumam Henrici quez parsina urbs Solēnem appellant: Et asseraz ex ipsius mente de quibus angeli loquuntur. Non enim oportet inquirere / an loquantur. Nam prima ad Corinthios decimo tertio. Lingua angelorum distinguitur contra linguam hominum Gregorius idem asserit Secundo Moralium: & Damascenus li. secundo. Neq; obstat: quia idē Gregorius dicit Octauo Moralium Vnius cuiusq; mentem post rationem ab alterius oculis



membrorum copulencia non abscondet. Igitur multo magis spiritus uidet in spiritu. Et per cōsequens non loquetur ei. Nam illa quę unus alteri loquitur abscondita sunt ab audiente: ut patet. Secundum itaq; Henricus est primo animaduertendum Angelum singularia nō cognoscere primo: neq; per ullam rationem propriā. Sed per uniuersale sibi concreatum: Quod probatur. Primo ex. ii. diu. unumquodq; sic se habet ad cognosci / sicut & ad esse. Singulare uero nihil addit superesse uis nisi negationes: per cōsequens cognosci poterit sufficienter per rationes ipsius uis. Et multas alias rationes inducit quibus probat Singulare nil addere ad uis: & ita nō cognosci nisi per illud. Sic autem angelus deuenit in notitiam singularis: Apprehensio & enim ipso uniuersali apprehēditur aliquo modo singulare / quom idēz sint excepta negatione: Et quia ipso uniuersale est in singulari / Iccirco representatur intellectui / ut in illo est. **M**ouet ergo habitus intellectum terminatq; cognitiones ipsum uniuersale primo / Deinde procedit intellectus & agnoscit uniuersale ut est in supposito tamen adhuc per modum uniuersalis: Tandem illud cōcipit per modum singularis: Et progreditur cognitio ut patet quasi linea protensa / siue indirectum protracta / cuius primus punctus est ipsum uniuersale cognitum: Secundus est ipsum in singli agnitum tamen sub ratione uniuersalis. Vltimus punctus est ipsum singulare. Illud enīz in hoc progressu ultimo terminat cognitionem. Verum agnito uis ut est in uno singulari / agnoscit adhuc illud in alio / & in alio absq; ulla nouitate in conceptu ueluti si eadem albedo uideret in multis subiectis / si in multis simul esse possit. Atq; ueluti si unicus intellectus esset & abstraxisset uniuersale ab hoc fantasmate atq; illud intellexisset. Deinde applicaret se ad fantasmata alterius hominis / iterum illud idēz uniuersale perciperet: sed sub nouo respectu. Sic angeli illud idem uniuersale sub multis respectibus agnoscunt sine ulla nouitate cognitionis. Manet namq; idem primum actionis obiectum: Quis ergo alii angeli uideant. formas

uniuersales in aliis / non tamen uident singularia q̄ illi uident: neq; uident eos illa uideri quos nulla nouitas in aliquo absoluto ex tam multiformi singularium cognitione in angelo ponatur. Et ita quod unus intelligit / poterit alium latere. **N**am & si unusquisq; posset deuenire forsan uirtute propria in notitiāz oīuz singulariū existētū n̄ tñ n̄ existētū nisi p̄ reuelationē. Et ita poterit unus alteri loq; formando in seipso conceptum nouum de singulari uago / nō signato (Sicut namq; / neq; nos exprimere ualemus / alteri singulare nobis notum sub ratione signata: sed solum per proprietates & accidentia ducimus per singulare uagum in notitiam singularis determinati: Sic neq; angeli.) Formato igitur conceptu talis indiuidui uagi: alius angelus uidet illum conceptum in ipsius mente / ac siquid in libro exaratum quis legeret / Et percipit illud non solum prout est quid in se / sed etiam percipit illud tamq; adhuc aliqua ex parte latens / ueluti & nos sermonem alioruz de talibus ignotis percipimus quidem quid dicunt: atq; confuse illos nobis illa enarrat agnoscunt. Formatur p̄inde angelus inspicens atq; quasi legens consimilem conceptum in se de illo singulari sub ratione uniuersali: & indeterminata / & ea de re dicitur audire. Neq; enim differunt in angelo uidere & audire. Et quis ipsum intelligere sit in se quoddam loqui / ille tamen secundus conceptus qui ordinatur: ut alius uideat. occultamentis proprie / est quodam locutio. **H**abemus ex his non solum angelos loqui / sed etiam eō modo loqui: Et quę sint illa de quibus loquuntur: quia singularia reuelata. Et q̄ pacto illud sit ignotum audienti / ne uideantur frustra tali locutione / aut superflue pollere. **R**ANEMS. Ista opinio pleriq; correptione digna uidetur ponere. **P**rimo quidem non admittimus singulare sola negationis additione ab uniuersali differre / Sed non sō singula hīc probanda: Sed precipue illud est improbable: ut singularia & ipsorum uarias conditiones & transmutationes possit representare: habitus uel illius aut spēs / aut Idea etiam quę in mente diuina



17  
¶ Quo pacto etiam reuelatur? quod a forma i  
herente representatur: prius namq; illud singu  
lare secundum ipsos actu includit uniuersale: a  
ut reuelat q̄ talis forma representandi illud sit  
ratio. ¶ Sine ratione quoq; dicitur angelū pos  
se uidere cōceptū uagū in mēte alteri? & non  
posse uidere cōceptū determinatum: quom̄ iste sit  
perfectior illo: Quicumq; enim duo intelli  
gibilia ad eundem intellectum liberum a sensu &  
imaginationibus comparantur / quorūz neutrum  
excedat facultatem ipsius perfectius erit intelli  
gibilis. ¶ Quo pacto deniq; nō omnia singu  
laria simul intelligit: aut cur hoc prius q̄ illud ra  
tio non apparet. ¶ Illa tāde; similitudo sibi ne  
ganda / Nos enīz iccirco non ualemus alteri cō  
ceptum determinate exprimere / quia neque cō  
ceptuz in se possunt ostendere / neq; in illo cō  
similem causare: Neq; illo modo saluatur ratio  
locutionis & auditionis. Multa & alia possunt  
obici: Sed pretermittantur. CHRO. Si Henricus  
ades responderet utiq; ARANÉVS. Ista est cōmunis  
excusatio: s; cur tu qui ades / p̄ illo quez ita complecti  
uidens nō respondes. CHRO. Scirem & ipse isti cause  
fauere / Sed cur p̄io & aliorum opinionem accipere: BASILE  
VS. Si recte meministi Aquinas noster theolo  
gus angelicus: ita angelos loqui posse declarat /  
presupponit primum intellectum moueri a uol  
untate / ad hoc ut intelligat: Quod ita declarat  
Intelligibile potest esse in intellectu trisariam  
primo habitu / quam notitiam Augustinus me  
moniam uocat: Deinde actu / ut cū actu res quā  
p̄iaz contemplatur. Tertio prout alteri compa  
ratur / aut ad aliud refertur. Constat autem rez  
intelligibilem transferri de primo gradu ad se  
cundum iussu & imperio uoluntatis. Qua de re  
i diffinitione habitus philosophus posuit: Quo  
quis uti poterit quā uoluerit: Similiter de secū  
do gradu transferitur ad tertium edicto uolun  
tatis: Quā namq; cognitio in opus ordinatur /  
siue ut alicui manifestetur: illud sit imperio  
uoluntatis: Loquitur igitur angelo angelus q̄  
do ordinat conceptum suum alteri manifestare  
ita ut illi innotescat. Nihil enim aliud est loqui

q̄ conceptum proprium / cupiaz manifestare /  
Sibi autēz ipsi loquitur quando ipsemet sese cō  
uertit super actum suum interiorem ad habitum  
emanantem. Qui & uerbum (si uidelicet sit p  
les mentis) uocari solet. GRADIVS. Grator  
ista opinio priore illa / verum premitit unum  
ambiguūz angelos uidelicet nequire mutuos cō  
ceptus uidere nisi illi quorum sunt uelint osten  
dere / Quia q̄ sunt hominis Teste apostolo no  
uit negno nisi spiritus hominis qui in ipso est.  
De quo alias disputatum est / Deinde talis locu  
tio uana esset / in beatis uident enim sese mutuo  
in cunctis que mutuo uelint / BENIGNVS.  
Si angeli natura uel diuino edicto nequirent o  
perationes aliorū mentales agnoscere pulcher  
rima / erit illa positio / Neq; forsan etiam beati  
uident aliorum omnes cogitationes: Non enim  
illuminare possent / Quis etiam locutione illa  
potius utantur non beati / ut ipsi dum essent in  
statu uic siue nature condite / & mali etiam nūc  
Sed certo si boni illustrent bonos siue beati bea  
tos / beati etiam loquuntur beatis.

¶ Alia opinio de modo loquendi Angelorum  
Et est Scoti Cap. vi. GEORGEVS.

**A**lii angelos ita loqui putant: ut lo  
quens producat conceptum rei quā  
manifestare intendit in altero: Qui  
ergo cognitionem in alio inducit / lo  
quitur / Qui eam suscipit audit. Et hoc proprie  
est loqui / probatur. Omnis loquens producat  
nitur cognitionem alicuius rei in audiente: &  
si posset absq; ullo medio (p̄ta uoce aut alio  
instrumentis) eam produceret: Igitur & angelus  
loquens id si poterit / faciet / potest autēz: Et  
hic tota uis consistit: uerum q̄ id possit / proba  
tur: Quicumq; enim habet actum primum per  
fectum respectu actus secundi / potest illum p  
ducere i quolibet susceptiuo recte disposito: &  
congrue applicato / Hoc patet. Nam actiuūz &  
passiuūz sunt extrema cōmunissima / abstracta  
ab omnibus inferioribus: Et omne passiuūz si  
ue susceptiuūz / potest pati & suscipere a quo  
cumq; contento sub actiuo. Sed angelus habet  
primum actum respectu cognitionis producen



de. Est enim sibi memoria secunda siue intellectus  
cum obiecto presente in se aut in specie. Et si o-  
pus sit habitu ille non deest. Intellectus quoque  
possibilis alterius angeli est susceptus cuiusvis  
cognitionis recte dispositus & congrue poterit  
esse approximatus. Quare unus imprimere in men-  
te alterius ualebit alicuius rei cognitionem. Quo-  
modo id manifestius sit dicant angelum posse ge-  
nere aut cognitionem rei illico. Aut cognitio-  
nem & speciem simul / aut etiam species di-  
stantiat. Si namque angelus audiens habeat speciem rei  
de qua hic loqui intendit: super uacanez foret  
eam sibi denuo imprimi. Et quia non semper a-  
ctu contemplatur illa / quorum insunt sibi in co-  
plexa / poterit sibi cognitio imprimi absque ulli  
speciei impressione. Si autem non sit ei species rei de  
qua loquendus esset / ut sunt forsan pleraque sin-  
gularium / aut eorum conditiones / tum poterit  
sibi tam species quam actus transfundere. Speciem  
namque speciei inherente gignit / species & enim  
speciei effectiua est. Si quoque uoluerit poterit so-  
lam speciem in audiente causare / sed tum non e-  
rit perfecte audiens: quia audire est actu cogni-  
tionem accipere. Quandoque etiam congruit ut  
solum speciem producat: & hoc praesertim quum  
uidet alium aliquid actu contemplantez a quo  
uel non possit ( ut inferior superior ) uel no-  
lit aduertere audientem. Et continget illi audie-  
ti ueluti homini nimia reruz cogitatione distra-  
cto: Cui si quisquam loquatur non percipit qui-  
dem / remanentibus tamen speciebus a uoce tra-  
nsfusa causatis ad se reuersus agnoscit ea que sibi  
tunc dicebantur. Que cognitio sicut occasiona-  
liter est ab alio: ita etiam neque proprie auditio di-  
citur. Si quoque posset sibi cognitio infundi non  
dimissa priore / de quo in alio congressu / posset  
etiam aliud intense contemplati noua cognitio  
addi. Sicut non obstante intensissima contem-  
platione diuine essentie / potest in angelo alia cog-  
nitio illa non exclusiua gigni. Ex quibus deduco.  
Quomodo in angelo sint plures cognitiones uarie /  
puta uisio essentie diuine / uisio alicuius rei in se  
ipsa / uisio itez rei in alio angelo cognoscente.  
Et cognitio abstractiua per speciem / nulla tam

illarum cognitionuz potest dici auditio / nisi il-  
la dumtaxat que sibi imprimitur memoria secun-  
da alterius angeli. Aduertite uero uiri egregii il-  
lam memoriam prius causare in intellectu in  
ipso cuius est memoria. Deinde in alio. Que quo-  
que causatio non fit absque uoluntatis iussu: Con-  
iungit enim parentem proli. Neque est imagina-  
dum ut memoria producat cognitionem. Cogni-  
tio autem loquentis inducat cognitionem in au-  
diente. Actiones namque immanentes uidentur ef-  
fectu ultimum effectus non productiuum sibi simulum  
effectuum. In effectibus namque ordinatis qui pe-  
ne sunt eiusdem nature: si unus illorum sit a cau-  
sa equiuoca / & alter debet esse / uel saltim potest  
esse potius a causa illa quam a effectu suo presenti  
si nulla ratio appareat ob quam potius sit pone-  
ndus effectus / prioris producti quam communis pro-  
ducentis. Sed cognitio loquentis atque audientis  
est in essentialibus eiusdem rationis / eiusdemque  
nature. Et illa loquentis potest causari ab actu  
primo ipsius: & per consequens & secunda ne-  
que ulla ratio apparet / cur deberet potius causari  
a priori illo effectu. Immo neque uidetur ab eo ca-  
usabilis. Quarum censenda est causari a comuni ca-  
usa nota. Et aduertite cognitionez posteriorez  
imperfectiorem forsan esse / & ita etiam incertio-  
rem: Potest autem loqui cuilibet e pluribus pro-  
hibito uoluntatis sue. Sicuti nempe uoluntas po-  
test determinare proprium intellectum / ut cuius-  
cunque specie concurret potius quam tali. Sic etiam ut  
in tali cognitionem producat potius quam in alio.  
Tot ergo erunt locutiones quot erunt hi qui au-  
diunt: Quot namque sunt productiones passiuę  
tot & actiuę. Poterit tamen esse unus loquens &  
si sint plures locutiones. Simili modo potest esse  
unus audiens & plures locutiones atque auditio-  
nes: ut si eidez plures cognitiones simul aut suc-  
cessiue ab uno uel a pluribus imprimantur. Se-  
per igitur si plures audiant / plures sunt locuti-  
ones / plures & auditiones. Sed non sequitur igitur  
si unus audiat / una est locutio aut auditio / nisi  
his premisis: ut actu simul audire intelligatur /  
nam successiue possunt esse multe auditiones in  
uno audiente. Et iterum ut eidez simul nequeat



plēs auditiōes suscipere / qā mlti negāt q̄ q̄d alias  
C Contra opionē supra positā fuit quēdā ob-  
iectiones: & solvunt. Cap. vii. MENTI<sup>9</sup>



T si acutam opionē p̄ acute & recita-  
ris & declararis / Contra illā tñ obicit  
primo sic. Nunq̄ distās agit indistans  
nisi prius egerit i mediū: Quicūq; er-  
go nequit agere in mediū / nequit agere etiā in  
terminū: Sed angelū ē eiūsmōi ut nequeat agere  
in mediū / Eo quia mediū non est cognitionis  
susceptiuū / aut auditiuū. Nihil autē agit in id  
quod a formē iducendē non sit susceptiuū. Igi-  
tur angelus nequit agere cognitionē inducen-  
do in terminū v3 angelo a se distanti Maior il-  
la colligitur a p̄ho. ii. de aīa ubi declarat actio-  
nem agentis obiecti non posse transire ad orga-  
nū sensus: ut speciē coloris ad oculū nisi transi-  
uerit prius per mediū / vñ si iter obiectū & orga-  
nū esset uacūū / nihil sentiret / habetur idē. vii.  
phiscorum. Aut nāq; p̄hs Mouens & motum  
oportet sint simul. Confirmat: Quia concessio-  
eo / ut aliqd possit agere in terminū: & non i me-  
diū sequit̄ q̄ localis distantia non erit īpedi-  
mēto tali locutioni. Prēterea falsū uidet̄ ut un<sup>9</sup>  
possit multis loqui simul: Nullum. n. agens na-  
turale siue creatum potest quocumq; effect<sup>9</sup> ad-  
equatos habere simul. Sed angelus ē agens eiū-  
smōi. Quare non poterit quocumq; effectus ad-  
equatos habere simul. Sed si in multis posset loqui  
simul puta tribus aut quattuor posset loqui / &  
decem ac uiginti: Et quot quot adessent: & ne-  
quiret omnes illas cognitiones unita gignitio-  
ne gignere. Quare unāquamq; propria produ-  
ctione produceret / Et ita haberet effectus plēs  
simul quorum unusquisq; adēquaret potentia3  
Sicut enim unum dumtaxat intelligimus / ita &  
unam cognitionem solum p̄ducere semel pos-  
sumus. GEOR. Ad primū horū (q̄q̄ ista mo-  
tūa sint difficillima solutu) ipse tamē sic respō-  
derem / Negando illam maiorem: Si namq; in-  
quiratur / Cur agens interdū nequit agere iter-  
minum non agendo prius in mediū / Respō-  
detur id fieri duplicem ob causam: Quia uel me-  
diū & terminus sunt eiūsdē rationis: & ita for-  
ma que inducenda est prius recipitur i medio q̄

termino / Semper enim passum propinquius p̄-  
us suscipit forinā q̄ remotius / sicut prius calefit  
pars ligni / propinquior calori / Similiter & sol  
prius illuminat partes sibi directius subiectam  
siue propinquiores q̄ in directe suppositā siue  
remotiores / uel mediū & terminus sunt diuer-  
sa ratione: Sed ipsū agens habet duas actiones  
a duabus formis procedentes / quarum una agit  
in mediū altera in terminum: ueluti quum sol  
generat mineras in uisceribus terre: quemadmo-  
dum accepimus fieri i nostri benigni illa patria  
que uel prima ortu: uel prope primam est collo-  
cata. Ipse namq; in aperto & in excelsis / ut om-  
nis illuminaret per orbem homines ortus est.  
Que quide3 patria ab ingenti: argenti copia ar-  
gentina nuncupata est: Et argentum patrię illi-  
us optimum est. Desigabat forsan splendorē  
argenteum scientię sibi diuinitus potius conce-  
se q̄ humanitus acquisite: In artibus enim nul-  
lum habuit preceptorem quas tamen Floren-  
tię atque Pisis publice multis annis legit acutif-  
sime: In theologia paruo tempore usus est do-  
ctore quem ipse interdum uidebatur iuuenul<sup>9</sup>  
adhuc p̄excellere & in multis corrigere: Sol ita-  
que generans murem ex corpore putrefacto aut  
apem siue uespen / agit quidem in mediū / a-  
git certo & in terminum: Sed in mediū uno  
modo illud uidelicet illuminando atque calefa-  
ciendo / siue alio modo alterando / in terminū  
autē ibi aliquā substantiā producendo. Si ergo  
utrumque horum excludatur / ut neq; mediū  
sit receptiuum eiūsdem rationis formę cum ter-  
mino / neque agens habeat aliam formam acti-  
uam in mediū / tunc poterit produci effectus  
aliquis absque hoc ut uilla actio fiat in medio:  
Falsa itaque illa Maiō uniuersaliter poterit igitur  
in angelo distanti produci cognitio non p̄-  
ducendo quicq; in medio prius natura / quia ne-  
que mediū est cognitiois susceptiuum / neq; ā-  
gelus est alterius formę i ipso medio causatiu<sup>9</sup>  
Nulla namq; talis nobis inotescit / hoc autē qd  
dicimus in ipsis stellis atq; planetis ex parte ap-  
paret / p̄ducunt. n. aliquid i terra ( ut dixim<sup>9</sup> )  
Immo & in uisceribus terre: neq; quicq; tale pro-  
n



L  
ductant in medio: Non. n. transit ille effectus per  
mediū sicut species coloris / Et quis illustrat ip-  
sum medium hoc nil facit ad rem / nā & si nō il-  
lustrarent mediū / adhuc tam illud producerēt  
in uisceribus terre / Nā uirtus solis ē ubi nō il-  
luminat agit / & ubi illuminat non agit illud:  
Ex quo patet illas actiones segregatas esse non  
sub ordinatas / Piscis quoque quidam reddit ma-  
num rethe tangentis stupidam / neque tamen con-  
tingit manum / neque retia obstupescunt / aut ul-  
la nobis nota alteratione imutantur / Et si uis  
contendere ut etiam rethe imutetur imutatione  
ignota. Et ego dicam angelum etiam / medium  
alterare nobis incognito modo. Omne preterea  
corpus generans non contingit passum nisi secū-  
dum superficiem / neque tamen in sola superficie  
agit. Immo intro attingit illius intima: ubi tamē  
non est per essentiam neque per contactum mathema-  
thicū siue realem ut suo extremo tangat intima  
passi. Sat ergo est passum tangi tactu uirtuali:  
hoc est ut in se recipiat effectum uirtutis agentis  
Et ita uisus tangitur a colore: quia suscipit spe-  
ciem ab illo transfusam: & si color posset produ-  
cere uisionē in aīali absque specie preuia / tangeret  
uirtutis sue brachio ipsam potentiam: Quicūque  
. n. aliquid in aliquo iducit: tangit illud. Acci-  
dit ergo ut agendo in terminum / prius agam⁹  
in mediū / Et quia uisibile prius producit spēz  
de hinc ipsa specie media / uisionē / Et ipsa spe-  
cies pri⁹ nata est gigni in medio quā in organo: Itē  
circo si mediū nullus esset / sed uacuum nil uide-  
retur. Nō. n. posset species gigni in medio: Et si  
non in medio / neque in organo / Quā si obiectū pos-  
set uisionem causare absque specie preuia / causaret  
utiq; in organo absque illius causatione in medio /  
quā medium non est capax uisionis / & obiectūz  
haberet actū primū perfectum respectu uisionis  
Quia uero obiectū non est in actu primo perfecto  
ad uisionē producendā / Sed solum est producti-  
uū speciei quā cum potentia simul reddit actū pri-  
mum uisionis / Et ipsa potest recipi in medio /  
antē in organo / eam ob re nequit uisio illico pro-  
duci in organo. Quia uero angelus habet in se ac-  
tū primū producendę cognitionis in apto nato: Itē

circo nō est opus preuia specie: Si quoque specie pro-  
duceret illa nō ē susceptibilis a medio. MEN.  
Forfan ideo uacuo posito nihil uideretur / quā o-  
portet agens & passum esse in loco si quēz corpo-  
ra sint localiter / si autē spūs diffinitive. Et si o-  
portet ea esse sic in loco / oportet et iter ea si distet  
esse mediūz quo sic possent esse in loco / Et hoc pa-  
cto et angelus nequiret in angelo distate produ-  
cere cognitionē per uacuum / sicut neque si ipse esset  
in uacuo qui producit: aut ille qui suscipit / Et sic  
ētitas mediū iter distantes requireret non ut ali-  
quid suscipiat / sed ut quod requisitū ad hoc ut agē-  
tia lunitata ualeāt agere / GEOR. Sic et posset  
dici Tamē si angeli ante mundū sensibiles creati  
fuisent / potuisent mutuo loqui absque hoc quod  
in loco ullo fuisset / De corporibus pot⁹ illud quod  
ais cōcluderet. MEN. Sed quod ad illud. vii. phi-  
si. dices GEOR. Agens tangit passum / & est si-  
mul cū passo trifariā distinctiue / aut. n. tangit  
re proximum passum / quā illud est eiusdē rōnis euz  
termino: Aut alteri⁹ / & tūc recipit formā alteri⁹  
rōnis: aut tangit uirtute: & hoc pacto oē agēs tan-  
git passum: nō quā sit ibi essentia ubi passum / neque  
ut potentia sua propria forma sit ibi / sed quā uirt⁹  
sua hoc est effectus uirtutis sue ē ibi. Ad scđz quod  
distatā quā forsan imoderata est impedimento alias  
dcm ē. Ad tertium posset ita uideri ut quēdammo-  
dū idē ignis multa simul adurit atque calefacit si  
multa sibi applicēt. Immo quotque applicari pos-  
sunt / Similit̄ sol plurimos effectus simul producit:  
Ita & angelus plūnas spēz atque cognitionēs in diuer-  
sis susceptiuis gigneret ualebit. Neque uerū ē ut u-  
na queque sic ipm adquet ut aliam sūp gignere  
non ualeat / Sed bene posset una quēque uirtutē su-  
am adquare sic & uirtus sua / nullā cognitionē  
perfectiorem illis producere possit / Enīz uero ne-  
queunt infinitas simul producere: Omnis namque  
creata uirtus sicut itensiuē ita & extensiuē finita  
est / nō quidē quin successiue possit progredi abs-  
que termino / sed quia simul nequit producere infi-  
nitas. Nā & si Sol successiue possit infinita nō tū-  
simul: Sed quid sit in re iam audiamus.

¶ Corroboratio Tertie opinionis & quarum-  
dam rationum contra eam exclusio. Ca. viii.



BENIGNVS.



Primo ista quaz Georgius ultimo at-  
tulit supra cunctas & subtilis: & un-  
diq; exacta uidetur. Neq; ulla in ea  
difficultas nisi quia ponit pro se p-  
duci effectum in passo distante nil agendo i me-  
diu. Et ut eiusmodi difficultas penitus exclu-  
datur accipite in simili. Exploratum certo do-  
ctis uiris est / ut omne cognitum ab angelo in-  
feriori sit uel possit eque perfecte aut etiam ex-  
ctius cognosci a superiori: Sed angelus inferior  
potest seipsum notitia intuitua cognoscere / igitur  
& superior illum cognoscat intuitiue. Sem-  
per enim intuitiua perfectior est q̄ abstractiua.  
Hec autem cognitio non fit per ullam speciem  
aut habitum qui rem presentet etiam ipsa non  
existente / Sed gignitur a re existente in intelle-  
ctu creato / & sibi moderate presente. Neq; tam  
talis notitia transit p̄ medium. Secunda opinio  
etiam non displicet presertim si teneatur cog-  
nitionem unius non posse uideri sine nutu uolun-  
tatis alterius / Secus enim frustra manifestare uel  
lent que manifesta in eis essent. Nec non & ad-  
miratio insurgit: quo pacto quis suas cogitatio-  
nes ab altero uideri permittere possit / si ille non  
sit natus eas uidere secundum eos. PVTEVS  
Contra conclusionem istam in se non ut firmis-  
sim: tunc contradicaz sententia: sed ut ueritas ip-  
sa lucidior cunctis reddatur / arguitur multifa-  
riam / & primo sic / Frustra & inaniter uidetur  
angeli loqui / quom omnia sint audientibus an-  
te q̄ loquantur nota: Sed opinione illa unusq; q̄  
potest in alterius mentem prospicere & uni-  
uersa ibi latentia cernere: Neq; enim cognitio ma-  
gis labet (sicut neq; intuior est) q̄ potentia ul-  
essentia / Neq; suo uelle angelus potest / sua co-  
gnitionem / suumq; amorem celare. Nam ipsuz  
uelle quo alia operit & occultat alio quoda uel  
le occultabit. Et procedetur per in uia & inea-  
bilia. Deinde Quom admodu sese habent prima  
corpora ad alia: ita & angeli tanq; primi intelle-  
ctus creati ad reliquos ut puta ad humanu: Sed  
illa corpora prima / habent cognitionez sibi co-  
creatam / neq; illa per motum acquirunt: Qua

re conformiter arguendo / angeli etiaz habebunt  
suas perfectiones sibi inatas GRADIVS. Ad  
istud posterius satis patuit in secundo cōgressu  
Memini namq; illam rationez ibi fuisse soluta  
Ad priorem illam dico / q̄ sicut secundam opi-  
nionē tenēdo angeli boni cognoscunt sese mu-  
tuo / locutioq; nō sit omnino necessaria / Sed p̄  
statu quo fuissent in uia / aut non beati / sic pos-  
sent loqui: Ita & secundū tertiam opinionē lo-  
quuntur quidez q̄ uis etiaz sine tali locutione il-  
le qui audit illa intelligere possit / potest & enim  
is prius illi cognitionem imprimere q̄ ille qui au-  
dit perspicat: Aut forsā lege diuine / ita decre-  
tū est ut mutuas operatiōes mētis uideri nequeat  
Loqui et possunt de notis / ueluti & nos facim⁹  
Confabulam⁹ namq; sepius & conferim⁹ nota  
Incitam⁹ p̄terea ut locuti nobis placent contē-  
plent / Quia ergo et angelus q̄ uis possit contē-  
plari que sunt in mente alterius: tam et potest i  
aliarum rerum cōsideratione occupari: Iccirco ille  
potest i illo causare sp̄m uel cognitionē ut ip-  
suz aduertat ab aliis & ad se conuertat: Nō itaq;  
frustra pōnitur locutio angelorū: Minus q̄ ne-  
cessariū est angelus cū Deo loq; loquuntur / nō  
sua locutione q̄ illi immanifestū aperiant. Sed  
solum qa aperire cupiunt / Cordis desideria cla-  
māt coram Deo / iuxta illud Desideriū cordis e-  
orū audiuit auris tua.

Obiectiōnū Gregoriū d̄ Arimino cōtra decāz  
opinionem solutio: Et suę opinionis positio  
Caput. .ix. CERVIVS.



Vnt & alię rationes: quas Gregori⁹  
Ariminensis contra Tertiam opini-  
onem inducit: Arguit autem sic. Si  
Angelus potest causare notitiam in  
alio / que dicatur auditio / poterit eam causare e-  
tiam in seipso / Est enim intellectus ipsius eius-  
dem rationis cum intellectu alterius / Ergo ha-  
bebit simul duas notitias de obiecto eodem / u-  
nam que erit prior qua intelligit solum / alterā  
que effectus est posterior q̄ audire dicitur / Ex  
quo sequentur duo contra opinantem: Erunt  
namq; duo actus perfecti simul uidelicet cog-  
nitio que non est auditio: & que auditio dicitur.



L.

Et utramque possibile est perfectam esse. Non erit etiam intellectus audientis mere passivus quorum producat & suscipiat: Quorum utrumque sententis ab ipso ibi positus repugnat. Preterea, Si ita esset ut illi credunt, sequeretur quod ille qui audit posset habere cognitionem distinctam de re non existente quam nunquam nouerit cuiusque speciem propriam nunquam habuerit. Deinde Qualis esset notitia illa quærit Ariminensis: quia non abstractiua quom non sit per speciem (Abstractiua uero omnis per speciem solam fit) neque intuitiua quorum possit esse non existentis. Ponatur namque aliquod preteritum, unum angelum ignorare, Alium autem nosse & illius habere speciem, quia media poterit distincte illius rei transactæ recordari: poterit ergo sicut in se ita & in alio producere illius rei recordationem. Et ita quispiam rei semper sibi ignotæ recordabitur. Quod est absurdum. Si quoque iterum obicit esset uni angelo cognitio unius conclusionis: quæ nequeat cognoscisci nisi ex prius notis posset ille talem cognitionem in alio causare quorum sit sufficienter in actu primo respectu talis considerationis. Et ita iste cognosceret illam conclusionem absque cognitione talium priorum quæ oportebat omnino prius nosse. Quod est etiam per absurdum. Denique Esto inquit ut in coetu multorum angelorum unus loquatur uni, quo pacto ille audiens agnosceret potius Michaelen sibi locutum quam Gabrielem præsertim si cunctos uideret illud agnosceret de quo unus illorum locutus est. Nam in potestate cognoscentis cuiusque angeli est posse loqui. Addit quod secundum illam opinionem non ponitur modus quo angelus loquatur angelo alterius speciei aut anime separatæ: atque demonibus. Si quoque ratio illius opinionis ait, esset uera tunc unus homo posset alteri loqui quom habeat actum primum perfectum alicuius cognitionis. Similiter habens actum primum perfectum uolendi poterit producere ipsum uelle in sua uoluntate, non autem in uoluntate angeli alterius aut hominis. Quare ratio illa falsa in qua opinio fundatur. Dicit enim habens actum primum perfectum posse in passio sibi congrue applicato, & eiusdem

rationis secum actum producere secundum. Sequeretur enim quod homo illo modo posset loqui homini, atque uoluntas aliquid producere in uoluntate alterius uel angeli uel hominis. Falsum quoque est ut intellectus inferioris angeli, aut anime separatæ sit eiusdem rationis cum intellectu angeli superioris. BONVS. Iste uidetur aptus atque idoneus ad destruendum: Sed quid ipse tenet, nostri nec ne? CERVIVS. Angelos loqui per scripturam inquit certissimum: sed qualiter est nobis ignotum. BONVS. Omnis difficultas per nescire facillime soluitur. CERVIVS. Addit tamen in mentibus Angelorum duplicem esse locutionem, una est cogitatio ipsa quam primum signum rei: Et hæc locutio secundum ipsum est nota soli Deo. Altera locutio est illi sub ordinata in significando: Formant quippe Angeli in seipsis quedam signa res ab eis conceptas significantes: sicut & nos formamus in mente signa conformia uocibus: Et hanc talium signorum formationem linguam angelorum uocauit (inquit ille apostolus) unde Glofa Angeli inquit prepositi, significant minoribus quibusdam nutibus aut signis. Et hoc modo unus quisque poterit distincte quom libuerit loqui: & alter determinate scire quis loquatur, quia ille qui signa eiusmodi proponit. Sed non poterit uni loqui & non alteri, si alter debite appropinquet & aduertat. Et concludat quod quis cogitationes alterius nequeant uideri: Signa tamen ista possunt, non propter maiorem propinquitatem sed quia natura cogitationis est talis & signi talis. BENIGNVS. Quarta erit ista opinio de modo loquendi angelorum: Sed utinam ita facile construxisset sua, sicut facile uidetur destruxisse aliena. Neque tamen destruxit bene aliena. Quando enim primo infert si angelus potest causare in alio auditionem, ergo & in se. Negat sibi consequentia: Nam & si possit causare in se actum intelligendi, non tamen ille uocabitur auditio: quia in proposito alius est qui loquitur & alius qui audit. Non ergo sequuntur illa inuenientia contra opinantem, quod ipse inferre uidet. Neque sufficit esse intellectum eiusdem rationis



ad hoc ut audiat / sed oportet esse alium intelle-  
ctum audientis ab intellectu loquentis . Nemo  
enim proprie loquitur sibi ipsi . Quando postea  
infert ergo ille qui audit poterit habere cogniti-  
onem distinctam de re non existente / cuius ne-  
que speciem unquam habuit / neque illam unquam novit .  
Concedimus consequentiam : Non enim sumus  
Platonici / ut prius nota soluz discamus : Sed di-  
scimus ignota : & audimus nova . De talibus ta-  
men secundum illam opinionem non soluz cau-  
sabitur in audiente aegelo cognitio : sed etiam spe-  
cies illius rei . Et prius natura species quam cognitio  
Quia deinde querit qualis sit cognitio illa : Di-  
cimus quod potest esse abstractiva & per species  
per se ipsam / Immo si a primo actu talis cog-  
nitio causetur qui sit perfectus per solam speciem  
& non rei in se presentiam / semper in audiente  
causabitur notitia abstractiva / Si autem primo  
actu sit constitutus ex intellectu & re presente  
poterit in illo angelo causari notitia intuitiva /  
Terminabitur enim ad rem in se . Sed illud rudi-  
culo habendum : ut si possit quis causare recor-  
dationem alicuius in se / quod possit etiam eam ca-  
usare in alio . Recordatio namque habet pro pri-  
mo cognita propriam operationem transactam  
unusquisque & enim recordatur eorum que ipse  
vel vidit / vel sensit / vel intellexit / vel appetit  
aut voluit / iussit / Quis ergo illius cuius re-  
cordatur / possit angelus notitiam producere in an-  
gelo : non tamen talis notitia in audiente dicitur  
recordatio quia non cognitio alicuius actionis  
proprie transactae : hoc patet quia & nos possu-  
mus alius ex primere quorum meminimus / ne-  
que tamen audientes meminerunt / sed bene per-  
cipiunt : res a nobis memoratas . Quia ulterius  
deducit quod tunc posset causari notitia conclusio-  
nis alicuius que nequit cognosci absque alia con-  
clusionem usque premissis prius notis . Dicimus si con-  
clusionem illam sit impossibile intelligere sine ali-  
cuius prioris cognitione / tunc aegelus perfecte  
docens non causabit cognitionem illius absque  
cognitione illorum : quorum cognitio necessario  
preexigitur . Nil itaque ad rem . Illud quod deni-  
que assertit posse nesciri ab audiente in coetu ange-

lorum existente quis locutus sit : Non putamus  
illud esse inconueniens : Nam est enim de substā-  
tia auditōis scire quis loquitur : sed aliquo mo-  
do concipere ea que dicuntur a quocumque dica-  
tur . Potest tamen inter multos unum audiens nos-  
se / ut Michael sit quia videre posset ipsum so-  
lum causare aut causasse talem cognitionem : vi-  
dendo enim actum primum / videt etiam ipsius  
relationes siue actiones / aut dictiones . videbit  
ergo (si ut ait omnes uideat) in quo sit relatio  
talis uidelicet causationis : Immo etiam & uolū-  
tionis / videt enim illum uelle / aut etiam uoluisse :  
quia etiam respectu habent aliquam entita-  
tem que non subterfugit rationem cognoscibili-  
lis . Potest quoque eo modo loqui superior inferi-  
ori atque anime : Immo & demoni / quia suscepti-  
uum est eiusdem rationis intellectus enim est e-  
iusdem rationis in illis omnibus quamuis ef-  
fectus differant specie / Et ita ratio illius opi-  
nionis quare defendimus uera est / & in uero fū-  
datur : Neque instantia de homine iuuat arguen-  
tem : quia homo pro statu isto non est sic : neque  
actiuus neque passiuus : sed tamen in acquirendo  
quod in comunicando scientiam dependet a sensu /  
Et utitur instrumentis corporeis : Et si memoria  
posset producere / non est tamen inens alterius  
hominis susceptiua cognitionis nisi proprio sen-  
su . Omnis namque nostra cognitio ortura habet  
a sensu . Similiter instantia de uoluntate non co-  
git nos in oppositum . Diximus namque in supe-  
rioribus uoluntatis actus a nullo extrinseco pre-  
sertim creato produci posse . Memento illorum  
in hoc enim congressu dicta sunt . Eant igitur  
captiosae rationes ille : Neque nobis tam ingenio-  
sam opinionem subripiant . **GONDOLVS**  
Quid de suo modo ponendi dicendum censet .  
**BENIGNVS** . Ego si ualere etiam ipsius opi-  
nionem defendere . Si posset intelligi angelos  
posse eiusmodi signa causare / que cogitationis  
uel rerum cogitatarum essent presentatiua : Sed  
que sint signa illa : & quo pacto causentur / non  
constat . Quia etiam dicit Soli Deo natura esse co-  
gnitas cogitationes cuiuscumque alias improbauimus .  
**P**onitur & alius loquendi modus : & residua



in hac materia declarantur. Cap. X.  
PROCVLVS.



St ne ullus alius de locutione ange-  
lorū ponendi modus: BENIGN<sup>9</sup>  
Quidam parū differens ab illo quē  
contra Gregorium defensaumus: Dicit namq̄  
q̄ formata cogitatione alicuius rei in se / potest  
angelus illius cogitationis cognitionem produ-  
cere in alio / non quidem sicut ī semetipso actu  
primo & perfecto: sed illa cogitatioe sua gausat  
tanq̄ obiecto: Ex quo sequitur / angelum posse  
naturaliter agnoscere cogitationes alterius / ob-  
iectum enī natura producens de se cognitionē  
natura etiam erit cognoscibile ab illo in quo ta-  
lez cognitionē producit. Quod ipse sicut & nos  
concedet: Sed difficultas est quomodo sub iussu  
uoluntatis continebitur talis productio: Neq̄  
enim uoluntati subduntur naturales motiones  
obiectorum: Et forsan illud concederent. Et ita  
sequitur q̄ semper & necessario loquūtur ad cō-  
grue distantes: Semper enim obiecta producūt  
species aut cognitiones in potentiis congrue ap-  
plicatis: Inter omnes modos duo sunt precipui  
Tertius uidelicet & secundus: aut enī libere p-  
ducunt speciem & cognitionem in alius siue de-  
notis illis qui audiunt siue de ignotis (Quādo  
q̄ namq̄ nos etiā nota alius colloquimur) Aut  
certo si mutuo cogitationes proprias ignorent /  
& quā uoluerint possint eas referare / & alius a  
perire: mutuo etiam ita loqui ualebunt. Immo  
si etiā possent mutuo uidere cogitationes / si ta-  
men eas uelint uel cupiant propalare dicentur  
loqui. Verum quia loqui non solum est uel al-  
teri suos propalare cogitatus sic enim muti loq̄-  
rentur / sed est uelle manifestare & manifestos  
facere ipsos cogitatus. Iccirco Tertius modus di-  
gnio. Quintus illum sequitur / Et quartus esset  
cōueniens ostendatur eius possibilitas. Primus  
nīpime satisfacit. GONDOLEVS. Sicerunt  
primi nouissimi: neq̄ tamen nouissimi primi:  
Tertii enim hac in re sunt primi. Quinti qui ta-  
men tempore priores sunt quartis / non multū  
discedunt a tertiis: Secunda tamen opinio atq̄  
tertia. uidentur magis celebratē. BENIGN<sup>9</sup>

Recte asseris. Sed ut residuum de illis quē sunt  
proposita absoluamus: Aduerte omnes illum  
nantein loqui / non tamen omnem loquentē il-  
luminare / Nam & inferiores loquuntur superi-  
oribus / ut cum Dionysio perhibente ingrebāt  
Quis est iste rex glorię: pro cuius rei captu at-  
q̄ lūpidiori cognitione est aduertendum q̄ &  
si omnis cognitio sit quedā perfectio ipsius co-  
gnoscentis / non tamen omnis cognitio est per-  
ficiens simpliciter ipsum cognoscentem / Sed q̄-  
dam perficit simpliciter. iiii. quedā secundū qd  
Et perficientium simpliciter quedā perficit p-  
mo / quedā secundo / Similiter etiam perficiē-  
tium s̄z quid quedā perficit primo quedam ue-  
ro secundo. Simpliciter quidem & primo perfe-  
ctum reddit uisio diuinę amplitudinis. Simpli-  
citer autem & secundo quęcumq̄ ipso Deo re-  
uelante qui est omnis ueritatis regula imānife-  
stantur: Secundum quid autem & primo cogna-  
tio cunctorum uniuersalium per species concre-  
atas cognoscentem decorat: Secundum quid &  
secundo cognitio singulariū in genere proprio  
Si itaq̄ angelus loquatur angelo de ignotis illi  
ad quem fit sermo illa erunt singularia uel con-  
ditiones singularium (Nam omnium uniuersa-  
lium uniuersi habent cognitionem in natam)  
Aut ergo loquetur de singularibus & eorum cō-  
ditionibus prout a Deo reuelante illa accipiuntur.  
Et dicitur illuminare / purgare & perficere  
& speciali modo loqui. Aut loquetur de singu-  
laribus & eorum conditionibus in genere pro-  
prio. Et dicitur loqui dumtaxat: Specialis ita-  
q̄ locutio que est reuelatorum pertinet ordine  
cōmuni atq̄ consuetiori ad superiores solū: iux-  
ta illud Glosę super apostoli uerba. Si linguis  
hominum loquar & angelorum / locutiones an-  
gelorum / uidelicet specialis sunt. illuminatio-  
nes quibus superiores illuminant inferiores: Lo-  
cutio autem de ignotis non reuelatis dicitur so-  
lum locutio / non autem illuminatio: unde qd  
qd Deus creature loquitur totū illuminatio q̄dā ē  
Iccirco etiam distinctio locutionis quę illumi-  
natio: & locutionis quę solum locutio ita exprī-  
mutur atq̄ declaratur: ut illa locutio quę fit uo-



lunare diuina ordinant talem locutionem sic  
illuminatio: que uero uoluntate creature sola non  
excludendo comunem influentiam uoluntatis di  
uine: sic locutio dumtaxat: Que quidem decla  
rationes sibi non repugnant: Immo consentiunt  
quis modi dicendi sunt uarii. Prior enim dicebat  
locutionem de Reuelatis esse illuminationem.  
Altera locutionem que fit uoluntate Dei ordi  
nantis. Neq; hic plus in morandum: Consta  
bunt enim acutioribus ea que diximus: Ebetes  
autem etiam decies repetita non percipient.

¶ Quo pacto locuntur cum Deo: & quid sit an  
gelorum & animarum clamor: ponitur etiam  
¶ Sextus & proprius modus quo angeli locuntur  
Cap. xi. BENIGNVS.

**D**Eo quoq; locuntur angeli: Scribit  
namq; Zacharias duodecim pphe  
tarum penultimus: Respondit ange  
lus Deo & dixit Domine exercituum usquequo  
non miserebitur hierusalem: Nec tamen ita  
loquuntur Deo: ac si ei manifestarent ignotum  
aliquid: aut causarent in eo speciem uel cogniti  
onem cuiuspiam rei: sed solum quia uehementer  
cupiunt & uellent ea que auent queue postulat  
a Deo mandari executioni: Neq; enim loquuntur  
tribuendo quicq; ei: prout preceptor loquitur di  
scipulis: docens illos atq; monens: Sed potius p  
ut discipuli loquuntur preceptori: interrogando  
& postulando atq; consultando: & diuina ef  
fectam quam nunq; ualent comprehendere ad  
mirando: unde Gregorius in Moralibus Ange  
li inquit loquuntur Deo: per hoc q; super seinet  
iplos respiciunt in motum admirationis surgunt  
Non itaq; omnis locutio est ordinata ad mani  
festandum aliquid alicui. RESTIVS. An semp  
Deo loquantur saltem boni. BENIGNVS.  
Semper loquuntur locutione laudis & admiratio  
nis: Nunq; enim cessant clamare Sanctus Sanctus  
Sanctus dominus Deus sabaoth. Sine fine dicunt  
nunq; q; desunt dare Deo honorem gloriam  
& benedictionem. Locutione tamen consultati  
onis super agendis tum solum loquuntur quom  
nouum quippiam per eos agendum in quo illi  
mutari cupiunt: occurrit. Alio igitur modo ip

si cum Deo: & Deus cum ipsis loquitur: Angelo  
rum quoq; atq; animarum inter sese locutio al  
terius rationis. Potest autem ut ex dictis constat  
loqui uni & non alius ex eo quia uel uni solum  
aperit cogitationem uoluntate: uel in uno & non  
in alio causat speciem atq; cognitionem. Et quia  
uis illuminationes aliquo modo sunt communes om  
nibus: quia omnes illuminantur: non tamen de a  
liis que de reuelatis loquens omnibus loquatur o  
portet: posse quoq; uideri distantia nimia in  
pedire uisionem: non tamen cognitionem abstra  
ctiuam. De hoc tamen in de anima libro confi  
ciendo perscrutabitur. GRA. Angeli etiam cla  
muntur sicut loqui ita & clamare. Quis eorum  
clamor sit enucleare non postponas. BENI.  
Gregorius in Moralibus ait Tanto quisq; mi  
nus clamat: quanto minus desiderat: clamor ita  
q; desiderii magnitudinem denotat: Et ita Ioa  
nes perhibet animas interfectorum clamare uin  
dictam. Clamor amplitudinem maiestatis desi  
gnat: Et eo pacto Seraphim clamant: alter ad al  
terum: Clamor quoq; facinoris execrabilitatem  
significat: & sic crimina ingentia ut uox sangui  
nis fraterni. Et uidue atq; pupillorum dicitur  
ad thronum Dei clamare. GRADIVS. Clama  
tes loqui uidentur: Si ergo clamare sit ueheme  
ter desiderare: Igitur loqui absolute est cupere  
absolute. BENIGNVS. Diximus iam etiam  
desideria uoces atq; loquelas quasdam in sacris  
litteris nominari: Sed eiusmodi locutio est comu  
nis angelis atq; hominibus: Quia uero quinq;  
positi sunt modi angelice locutionis ut numerum  
perfectum conficiamus: ponamus & sextum mo  
dum quo angeli atq; anime loqui agnoscentur  
Locutio nostra manifestior: ducet nos in cogni  
tionem locutionis mentalis que immanifestior:  
Nos autem loquimur narrando: deprecando:  
interrogando: imperando: optando: Dumq;  
uoces alicuius modi edimus: conceptus quoq; il  
lis modis consumiles formamus. Separentur er  
go uoces: maneat conceptus uel potius for  
mentur absque uocis formatione: & remanebit  
locutio mentalis absque uocali. Quando er  
go Angeli concipiunt res absolute atque de his

n iiii



aut illis cogitant non dicuntur loqui sed. soluz  
intelligere / Et si quoq; uellent eiusmodi cogita  
tiones ab aliis uideri / propter id non dicuntur  
loqui eas ostendentes: neq; audire illas uidentes  
Enimvero si unus alterum interroget / an dies  
iudicii sit cito affuturus: uel an ad ouile Chri  
sti sit orbis uniuersus rediturus / Aut certo quic  
q; aliud: talis conceptus interrogatiuus locutio  
erit: Quia si & alius respondeat narrando siue in  
dicando / aut se nescire / aut sic scire / Talis con  
ceptus responsiuus atq; narratiuus locutio erit:  
Similiter si deprecetur aut ab alio se quippiam  
optare ostendat / loquitur / Eodem modo si im  
peret unus alteri ut superior inferiori / ut ibi scri  
bitur. Curre & loquere ad puerum istum / quo  
nam absq; muro habitabitur hierusalem / talis  
conceptus imperatiuus locutio erit / Et quia no  
habent angeli omnes conceptus simul / neq; om  
nes actus uolendi: Idcirco possunt inuicem sese in  
terrogare / & conceptus indicatiuos / atq; impe  
ratiuos: & huiusmodi etiam successiue formare:  
Et habens conceptum interrogatiuum loquitur /  
Interrogatus uero audit: Similiter is qui impe  
rat loquitur / Cui uero imperat audit. CALI  
XTVS. Recte Senaria ista opinio / quia omni  
no perfecta. Et hic modus loquendi erit comu  
nis angelis inter sese atq; cum ipso Deo. Solum  
hoc obstat: Quia talis locutio couenit etiam ho  
minibus: Nos enim habemus eiusmodi concep  
tus: Et ita lingua hominum non erit alia a lin  
gua angelorum: Apostolus auteq; eas distinxit  
quom ait: Si linguis hominum loquar & angelo  
rum. BENIGNVS. Linguam hominum eam  
que uocibus fit non eaz que mente uocauit / na  
homines non percipiunt mentem alterius: idcir  
co non audiunt mentalem linguam aut locutio  
nem pro statu uis: percipient postmodum: & si  
et omnium ciuium superiorum labrum unum  
& lingua una: uel & si plures lingue fuerint om  
nibus tamen omnes loquentur: Forfan eni plu  
res sunt modi loquendi angelorum: sicut & plu  
res hominum. Ait namq; Paulus Si linguis ho  
minum & supple si linguis angelorum loquar  
nisi plurale posuerit pro singulari / aut qui om

nes locuntur: quis uno modo super omnes tam  
locutiones celestis patrie illa precipua: illaq; su  
auissima est qua Gloriosum atq; Altissimu De  
um: Glorificant / Venerantur atq; benedicunt  
in secula seculorum. Amen.

¶ Finis Septimi Libri.

¶ Argumentum Octau Libri.

Alendis Iulu & die sequenti ob re  
uerentiam Diue Genitricis & patri  
bus conscriptis: & uiris patritus &  
quibusdam de populo potentibus  
ad eandem basilicam conuenienti  
bus: quom & ego ad essem hec que secuntur fue  
runt cum uehementi omnium desiderio disputa  
tata. Ego profecto no mediocri admiratione de  
uuenim feruenti animo / Senuinq; atq; patri  
grauissimorum patientia tenebar. Vidisses ibi  
Catonos: uidisses Lelios / Mutios / Scipiones /  
videre uidebar Romanum populum / gentem  
q; togatam. Sed ad rem.

¶ Capita Octau Libri.

- ¶ Plures esse Angelorum sacros Principatus at  
q; ordines: & in quolibet ordine plurimos an  
gelos. Caput Primum;
- ¶ Ordines illos partim esse natura / partim gra  
tia Curq; ita sint nominati. Cap. ii.
- ¶ Origo differentie enumerationis quorundam  
ordinu: Et ipsorum alia assignatio. Ca. iii.
- ¶ Quo pacto hi ordines semper manent / Et  
homines ad eos assumantur: Et quid de ordi  
ne decimo. Cap. iiii.
- ¶ Quo pacto inter malos sit prelatio / preside  
tia & uariis ordo. Cap. v.
- ¶ Quo pacto mali docentur ad inuicem: & bo  
ni eis presideant. Cap. vi.
- ¶ Qualiter angeli presideant corporibus: & co  
pora eis obtemperant. Cap. vii.
- ¶ Qualiter mouent corpora & miracula faciunt  
Cap. viii.



**C**An possint suapte natura homines illustrari  
Cap. ix.

**C**An possint uoluntatem humanam imutare  
& imaginationem sensuum Cap. x.

**C**An ulli angeli unquam mittantur in obsequia hominum.  
Cap. xi.

**C**An omnes medie ierarchie mittantur: & qui  
sunt plures assistentes an ministrantes. Cap. xii.

**C**Singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputantur.  
Cap. xiii.

**C**An solus istius ordo sit pro custodia deputatus & an relinquunt unquam hominem. Ca. xiiii.

**C**Dolent angeli hominis interitum: & quando  
quod inter se decertant. Cap. xv.

**C**De impugnatione & temptatione demonum  
Caput. xvi.

**C**De miraculis falsis quibus decipiunt homines.  
Caput. xvii.

**C**Incipit Liber Octauus.

**C**Plures esse angelorum hierarchias atque ordines: & in qualibet plures angelos. Cap. i.

GEORGEVS.

**S**auissime preceptor. ex quo ita  
bonis, ut aiunt auribus nos conuenisse in hunc angelicum locum hanc que angelicam basilicam contigit ope repretium est: ut sicut de spiritibus illis plura luculentissime disputasti, etiam pauca que super sunt disputando posteris frugem uberissimam laboris tuorum. Et huius tuę ciuitatis memoriam perpetuam relinquis. Nunc itaque de ordinibus angelorum atque ipsorum administratione siue missione, nec non & de ipsorum prelatione siue aliis rebus presidentia differendum occurrit. Et ut a primo exordiar hec sunt que inquiri, an sint plures angelorum ierarchie atque ordines: & in uno quoque ordine plures angeli. Deinde an sit talis distinctio a natura, Et que nomina queue proprietates uniuscuiusque ordinis, atque quo pacto inter se comparentur, postremo an post iudicium diem eiusmodi ordines perseuerabunt.

Et an homines assumantur ad angelorum ordines. BENIGNVS. Sectando Dionysium. vi. celestis ierarchie documenta tres ierarhias siue angelorum sacros principatus nos fateri oportet. Et si namque unus sit omnium ciuium celestium tam hominum quam angelorum princeps Deus: & illa superna Ciuitas que ex angelis atque hominibus constat, sit una: Respicendo tamen ad diuersas multitudines uariis modis, quasi diuersis legibus gubernandas, plures ipsius Dei erunt ciuitates: pluresque principatus: Quamobrem quia homines alio modo diuinas percipiunt illustrationes quam angeli: homines enim rerum sensibiliu dicuntur similitudinibus angeli sola intellectu puritate pollent: Idcirco Dionysius celestes principatum ab ecclesiastico se iunxit. Eodem modo Et ipsos celestes principatus in tres ob uarias ipsorum condiciones distinxit: Quia ergo una multitudo angelorum Deo ipsi assistit ab ipsoque sine medio creature illustratur & gubernatur primi sacri principatus nomen obtinuit: Similiter quia media multitudo medio princeps, ipsaque media tertiam regitur, ut paulo post uidebitur: Idcirco Tres sibi sacri principatus esse dicuntur, Unus itaque principatus est totius uniuersi ex. xii. diuinorum: Una postea est ciuitas hierusalem. Eo tamen modo sunt diuersi principatus non quia sint uari principes, sed quia uaria multitudo inuim illustratio atque administratio. GEORGEVS. Accepi quo pacto una quoue plures inueniuntur sacri principatus: Et ex hoc illos (qui ponunt inter diuinas personas, talem principatum quem super celestes uocant) errare uideo: Nam ibi est summa equalitas, nulla uero illuminatio aut purgatio, aut perfectio. Sed inquiri an in uno quoque principatus sit unus ordo dumtaxat: BENIGNVS. Quemadmodum ierarchia trina propter trinam trium multitudinum administrationem ponitur: ita eadem auctoritate in unaquaque hierarchia tres ordines ponuntur. Vt in omnibus sanctissime Trinitatis uestigium resplendeat: Et ut ubique supremum Medium: & ultimum reperiat, ne multitudo sine ordine confusio quedam chaosque uideatur



unde & in ciuitatibus ut in nostra hac (quã de  
us fortunet) inspicimus: Sunt nobiles siue opti  
mates primum Deinde populus / Tandem ipsa  
plebs uilis. Diuersa itaq; officia diuersos ordi  
nes faciunt: Et quibus hierarchia quoq; ordo  
quidam sit quã multitudo ad inuicem ordinata: uo  
cabulum tamen id attribui solet / unicuique triu  
partiu hierarchie diu taxat: Et ita dicimus no  
uem ordines siue nouem choros angelorum. Si  
militer quis unusquisque beatorum bonum al  
terius ut proprium putet: & ita ipsorum sunt om  
nia cõmunia iuxta illud

Amicorum omnia cõmunia  
Excellentiores tamen sunt & prestantiores An  
gelis angelis: Et imperfectiori gradu est prebẽs  
& tribuens quã suscipiens iuxta uerbum domini:  
Beatus est daf quã accipere. Quare & preceptõ  
foeliciores est ad discende / mitte igitur formam di  
seipuli: Satis namque didicisti & assũme formã  
magistri quo ceteris fortunis tuis uera beatitu  
do iungatur: Neque etiam angelorum ordines  
per istos actus purgare / illuminare & perficere  
distinguntur / ueluti in ecclesiastica hierarchia  
Nam omnia illa possunt eidem angelo cõmpete  
re. plures itaq; i uno quoq; principatu sunt eho  
ri siue ordines / plures quoq; i uno plurimi per  
singulos ordines angeli. Nam Seraphin clama  
bant alter ad alteru: Et milia milium ministra  
bant ei: Sed si singuli essent per singulos ordi  
nes tot essent angeli / quot & ordines. Et quibus ho  
bis confuse: & imperfecte sint nota eorum offi  
cia / unusquisque tamen habet proprium officiu  
Itcirco non ponuntur frustra i tanta copia / ut  
aliqui deducunt: Qui tamen tenent plures pos  
se esse eiusdem speciei non oportet ut omnibus  
propria & distincta tribuant officia / Neq; tam  
se frustra sicut neq; plures homines: S; ut simili  
tudine nature conuenientes plurimi beatitudie  
eterna fruuntur simul: Non enim eadẽ ratio est  
de uno sole & uno angelo: Sol enim & cuncta si  
dera creata sunt in ministerium cunctis gentib;  
Angeli uero ut sũmum bonum amando possi  
deret: Et forsã omnes unius ordinis sunt eius  
dem speciei. Et ita non essent nisi nouem diuer

sitates angelorum / sicut sunt nouem uarietates  
celorum mobilium. Eoq; modo numerus corpo  
rum celestium quo ad speciem & numerus an  
gelorum esset equalis.

¶ Quo pacto hi ordines sunt a natura: & quo  
pacto a gratia: Et cur ita sint nuncupati.

Cap. .ii. GONDOLEVS;  
**O**rdines hi an sint a natura perseru  
tandum: & de istorum nominibus  
atq; gradibus. BENIGNVS. Or  
do ibi dicitur multitudo celestium spirituum  
inter se speciali gratie munere assimilantur / si  
cut & in naturali daturu participatione conue  
niunt: ex qua diffinitione patet ordines illos nõ  
modo ingratuitis uerum etiam in naturalibus  
distingui: Inchoatiue quidẽ distinguuntur na  
tura / Complectiue autem gratia / Qui enim in  
ter eos sunt prestantiores: naz illi utiq; & gratia  
Huius rei causa dñr sacri principat; & Seraphi  
atq; Dei forme assimilari: quia ordines illi com  
plentur diuine charitatis munere. Nomina ue  
ro sunt hæc Seraphin de quibus i Esaiã legim;  
Cherubin de quibus in Ezechiele / Throni de  
quibus Paulus ad Coloscenses meminit: Domi  
nationes / uirtutes / potestates / principatus / de  
quibus idem apostolus ad Ephesios scribit Ar  
changeli ut i canonica Thadei apostoli h; An  
geli ut in Daniele atq; Thobia aliisq; scripturẽ  
locis passim traditur: Et quia rebus nomina a p  
rietatibus ipsarum imponuntur / ordinũ quo  
q; istorum uocabula: ut etiam Dionysius testat  
a proprietatibus ipsorum angelorum sũmunt;  
neq; tamen proprie ipsas designant propieta  
tes: sed res illas quarum proprietates dicitur La  
pis enim non designat lesionem pedis: sed sub  
stantiam illaz in se: Quare contingit distinctõ  
rem significari quã intelligi. Seraphin itaq; dicti  
sunt ab ardore siue incendio: unde Dionysius  
vii. cele. hierar. illud nomen exponit secunduz  
proprietates ignis in quo est caloris excessus / Si  
cut igitur ignis continuo motu sursum mouet  
Et sicut uirtute caloris est actiuus: & maxime  
penetratiuus pertingens usq; ad minima cum quã  
dam super excedenti feruore / Et sicut est clar



atq; lucidus ita & ipsi Seraphin directe ad nul-  
lam partem declinando mouentur in Deum: &  
angelos subiectos ad feruore; uirtute actiua at-  
q; quasi penetratiua prouocant: & per incendi-  
um purgant / Et luce in extinguibili freti cete-  
ros perfecte illuminant: Hoc itaq; nomen non  
a charitatis proprietate / sed potius a charitatis  
excessu est ipsi inpositum: Cherubin quoq; nō  
a scientia sed ab ipsius scientiæ excessu imponi-  
tur / Est enī in ipsis plenitudo scientiæ / Teste  
Dionysio quo ad perfectam Dei uisionem . Et  
quo ad plenam diuini luminis susceptionem at-  
q; quo ad illud quia omnium rerū ordinis pul-  
chritudinem a Deo emanantem contemplantur  
Quarto quia ipsi ex plenitudine scientiæ in alios  
omnium cognitionem copiose transfundunt.  
Throni autem dicuntur per comparationē ad  
sedem materialem & usitatam; ueluti namq; se-  
des super terram eleuantur ita & hi angeli adeo  
alios eleuantur / ut omnium rerum rationes in  
ipso Deo absq; medio agnoscant: Et ueluti se-  
des est / quasi quoddā firmamentum firmatur  
namq; in ipsis is qui sedet / ita e contrario ipso-  
rum angelorum cognitio firmatur in ipso Deo  
& ipsi firmi fiunt in suis actionibus diuino mu-  
nere / Sed eo modo non essent ipsi sedes sed po-  
tius sedētes: Idcirco possit illud sic iduci ut sint  
Throni: quia diuina in ipsis ut sedibus quibus-  
dam firmantur / ueluti quoq; sedes ipsū seden-  
tem suscipit: & sedēs in ea defertur / ita & ipsi  
Deum suscipiunt per ipsosq; diuina ad inferio-  
res deferuntur / Veluti quarto sedes ex una sui  
parte patula est / ut aliquem excipiat: ita & illi  
angeli prompti sunt ad diuina complectenda.  
Gregorius autem dicit Deum per ipsos sua com-  
plere iudicia. Forsan etiam his tribus prime re-  
rarchie ordinibus denotatur perfecta beatitudo  
Seraphin namq; a fruitione: Cherubin a uisio-  
ne / Throni a quietatione siue tētionē atq; pos-  
sessione sunt dicti. Dilectioni namq; uicē succe-  
dit fruitio: Cognitioni enigmaticę / uisio: Spei  
uero Tētio atq; perfecta possessio. ¶ Domina-  
tiones dicti sunt a precipiendo: Domini namq;

est agenda precipere. Illa enim ut Gregorius ait  
Dominationes dicuntur pro eo q̄ eis coetera an-  
gelorum agmina; ad obediendum sunt subiecta  
Dionysius autem Duodecimo de diuinis nomi-  
nibus. Dominatio inquit precipue laudatur in  
Deo per quemdam excessum: tamen per partici-  
pationem diuina eloquia uocant dominos prin-  
cipaliores ornatus per quos inferiores ex donis  
eius accipiunt. Et Octauo cęlestis hierarchie.  
Nomen damnationum primo significat quan-  
dam libertatem a seruili conditione / & pedestri  
subiectione sicut plebs subicitur: & a Tyranni-  
ca oppressione quam interdum etiā maiores pa-  
tiuntur / Secundo significat quamdam rigidā  
& inflexibilem gubernationem: quę ad nullū  
seruilem actum inclinatur / neq; ad aliquem ac-  
tum subiectorum uel oppressorum a Tyrannis  
Tertio inquit significat appetitū & participa-  
tionē ipsius ueri domini quod in deo est: Simi-  
liter & nomen cuiuslibet ordinis significat par-  
ticipationem eius quod est in Deo. ¶ Virtus p̄-  
terea quid importet / uidetur manifestū. At ue-  
ro uirtus interdum est media inter essentiam &  
operationem quam alio nomine potentiam uo-  
camus / Et eo modo omnes superni Spiritus di-  
cuntur Cęlestes uirtutes sicut & cęlestes essentię  
Interdum autem uirtus excessum fortitudinis:  
Et hoc modo est proprium nomen ordinis / un-  
de Dionysius Nomen uirtutum significat quā-  
dam uirilem & inconcussam fortitudinem / pri-  
mo quidem ad omnes operationes diuinas eis cō-  
ueniētes. Secundo ad suscipiendum diuina & si-  
gnificat q̄ sine aliquo timore aggrediuntur di-  
uina quę ad eos pertinent: Quod ad uirtutē for-  
titudinis uidetur pertinere. Dicit quoq; nomen  
uirtutum significat participationē diuinę uir-  
tutis / Gregorius autem uirtutes uocat angelos  
per quos miracula fiunt. Potestates dicit Dio-  
nysius significant quamdam ordinationem cir-  
ca susceptionē diuinorum: & circa actiones di-  
uinas quas superiores in inferiores agūt eos sursum  
ducendo: Potestas igitur hic quamdam ordina-  
tionem importat / iuxta illud apostoli Ro. xiii.



Qui potestati resistit Dei ordinationi resistit: ac si diceret potestas est Dei ordiatio: Ad ipsos ergo spectat ordinare que a subditis sunt agenda Gregorius autem ipsis potestatibus arceri & repelli aduersas potestates ait. Principatus secundum Dionysium significat: ductiuum cum ordine sacro. Illi enim qui alios dicunt primi inter eos existentes ut conductores militum principes proprie uocantur / cui conuenit illud propheta cum preuenerunt principes coniuncti psallentibus. Gregorius concordat. Ait nempe / principi pari est inter reliquos priorem existere quasi ipsi primi sint in executione illorum que imperatur. Archangeli secundum Dionysium medii sunt inter principatus & angelos / Sicut ergo Medium denominatur ab utroque extremo diuersissimo de comparatum / uelut tepidum si conferatur ad calidum frigidum est: si ad frigidum calidum putabitur / Ita nimirum Archangeli si conferantur ad angelos sunt principes / Si uero ad principes / sunt Angeli / Gregorius autem absolute dicit eos archangelos / eo quod soli Angelorum ordini principantur. Quasi magna nuntiantes. Angeli postremo nuntii sunt / Manifestant enim diuina hominibus: Quo nomine uniuersi illi spiritus appellari consueuerunt: Omnes enim sunt administratores: Sed superiores illi ordines in hac administratione & rerum diuinarum manifestatione precellunt: & quendam prestantiam preferunt / Icarco peculiaria uocabula ex eo sortiti sunt / Ultimus autem ordo quia nulla tali prestantia pollet ab ipsa simplici nuntiatione Angelorum nomen sibi uendicauit / Dicuntur deinde hi preecipue nuntii siue Angeli: quia & frequentius & sine medio aliorum spirituum nobis diuina denuntiant. Ipsique solum mittuntur non autem mittunt. GONDOLEVS. Omnes ardent / omnesque incendunt: Omnes quoque uident & rationes rerum in Deo aspiciunt: Omnes etiam dominantur uel alius angelis / uel hominibus uirtus & potestas in omnibus est / Principes sunt atque archangeli omnes / Ultimo excepto o

dine / qui & si non angelis hominibus tamen principatur. Qui homines etiam interdum Angeli dicuntur. Communibus igitur nominibus gaudent: Sed superiores ab excessu talis proprietatis nomen sumunt: Excellentia namque dona in ipsis excellentissima sunt: Et quia charitas est inuis amplissimumque & si in omnibus bonis sit in primo tamen ordine precellit: post hanc uisio Dei / cuius alius prestat / Et illa que communis existat omnibus beatis / preecipue tamen in secundo prestat ordine: Non quidem (ut accipio) quod illi limpidius uideant quam primi (Omnis enim excellentia inferioris / excellentiori modo est in superiori) uident igitur clarius omnibus quam post eos sunt. Sic & de sequentibus ordinibus concipio: Aliud quoque noto. Nam Nuntium esse non uidetur tantę prestantię: Quare quo spiritus se inferiores eo magistrali nomine nuncupantur. Et ultimi absolute Nuntii dicuntur. Fruuntur igitur excellentissimum / Nuntiare uero minimum / utrumque omnibus commune: Sed fruitur utrumque uisio crescit ascendendo / Nuntiatio uero augetur descendendo. BENIGNVS. Bene aduertisti, GONDOLEVS. Nomina ipsorum ordinum accepi. Sed an sit ulla ratio qua unus illorum superior sit alter inferior. Et quis ille iam declarandum est.

¶ Ponitur causa differentię enumerationis horum ordinum / Et illius occasio sumitur ex dictis apostoli: describitur & alio modo illorum uarietas. Cap. Tertium BENIGNVS.

**E**o modo Angelorum ordines gradus dignitatum suarum obtinent / quo superius a nobis enumerati sunt. uerum quia Paulus ille qui usque ad tertium celum raptus audiuit archana uerba scribens



ad Ephesios ordines angelorum ascendendo sic enumerat / Deus instituit Christum ad dexteram suam in celestibus super omnem principatum & potestatem / & uirtutem / & dominationem / Et ille idem scribens ad Colocenses eosdem ordines descendendo ita commemorat: Siue Throni / siue Dominatiões / siue principatus / siue potestates Omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Ob eius modi forsitan uariam apostoli enumerationem Dionysius Virtutes in medio Dominationum atque Potestatum collocauit ipsos uero Principatus in capite Tertie hierarchie: Gregorius autem principatus ibi posuit ubi ille uirtutes / Et e contra ibi uirtutes ubi Dionysius principatus collocauerat. Sed Dionysio tanquam Pauli discipulo potius assentiendum / quis forsitan Gregorius mutauerit potius uocabula quam res significatas: ut quibusdam uidetur: uel si re ipsa differant hec differentia leuissima est. Reddat tamen suspectam Dionysii doctrinam. Si enim tantę auctoritatis esset / nunquam Gregorius oppositum presumpisset. Tamen ut dictum est forsitan in uocabulis atque nominibus non autem re ipsa sibi dissentiuunt: Nam & uirtutes sunt principatus & ipsi certo principatus sunt uirtutes: Ratio autem hierarchie atque ordinum ita accipi potest: Prima enim omnium hierarchia ut sit illa que circa ipsum Deum tanquam ultimum finem uersatur / oportet. Media uero que circa agenda in uniuersali disponit / uel tima autem que iuxta ipsa agendarum rerum executioni mandat / Sicuti & nos prius apprehedimus sine atque amamus. Deinde media pro illo adipiscendo preparamus / Tertio Exequimur. Circa finem autem tria occurrunt ipsum considerare ipsum perfecte cognoscere / ipsi defigere firmiter inherere: Quorum primum attribuitur Thronis / Secundum Cherubin / Tertium Seraphim: uel potius ut nos induximus. Tria succedunt circa summum bonum. Tercio: Visio / atque Fructio / Quiescere itaque atque tenere & possidere in Thronis / uidere ipsis Cherubin: Fruere autem Seraphim / competit per quandam attri-

butionem. Regimen autem habet in se triplicem rationem uidelicet Primo. Discretionis qua discernitur agendum: & hec denotatur nomine Dominationum / Discretio namque & bona consultiq; dominatur omnibus que ad bonos mores pertinent: Secundo ad rationem gubernandi requiratur uirtus qua possint ad impleri ea que discernuntur & consulantur. Et hec forsitan est uoluntas que absolute uirtus appellatur. Tertio requiritur potetia executiua: Icirco medius chorus hic uocatur uirtus. Tertius autem Potestas: Circa quoque executionem actus tria considerantur: Aliqui namque principaliter executur alios etiam secum ducentes & trahentes / ut sunt milites illi quos hodie Conductores appellamus. Et hi sunt principatus / Qui autem simpliciter executur: Angeli uocantur. Qui medio modo Archangeli: ut Angeli sicut simplices milites: Archangeli capita acierum: Principatus autem Conductores. ¶ Enim uero hierarchie summe celestium ratio sumi potest ex ratione terreni principatus: Veluti namque philosophi testimonio ars imitatur naturam / ita terreni principatus pro modulo suo imitantur illos celestes. Et quem admodum eodem philosopho perhibente / Si natura artis opera conficeret / eo modo illa prout & ipsa ars egeret. Et sicuti nos ex his que artis sunt naturalium quedam inuestigamus / ita certum & in proposito dicendum est: Nam si Deus ipse loco terreni Regis poneretur / Curia sua illum eundem ordinem haberet: Ex hoc quoque Regum uisibilem ordinem curie illius inuisibilis Regis uenabimur. Quemadmodum igitur hi uisibiles reges tres uidentur habere principatus: Primo quidem supra multitudinem sibi assistentium. Secundo super multitudinem castrorum siue exercituum quos tenent foris ad bella gerenda / & regni defensionem. Tertio super multitudinem militum pro custodia ciuitatum & prouinciarum atque hominum qui eis subsunt deputatorum. Et ueluti hi reges quosdam assistentium tanquam cubicularios & sue persone debi-



ta obsequia impendentes habent, quosdam ue-  
ro tanq̄ consultatores & suorum secretorum cō-  
scios: quibusdam autem ut amicis atq; sociis fa-  
miliariter utuntur. Illud idem erunt Throni in  
quibus conuiescit ipse Deus Cherubin atq; Seraphim.  
Sed si Throni sunt per quos iudicia sua  
ipse Deus tanq̄ in ipsis quiescens administrat:  
tunc potius assimilabuntur Scribis regum atq;  
Secretariis siue litterarum confectoribus. Eodē  
modo multitudinem castrorum & exercituum  
in tres diuidunt ordines: In eos inq̄ qui sunt ue-  
luti duces quidam aut imperatores: Et eos qui  
sunt conductores militum atq; ipsos milites po-  
tenter decetantes: Primi sunt Dominationes,  
Secundi Virtutes: Tertii potestates. Pro custod  
dia quoq; ciuitatum & regnorum atq; prouin-  
ciarum deputantur principes: pro custodia ma-  
gnatorum & optimatum Archangeli: Pro custo-  
dia priuatorum Angeli. Sed hoc modo superi-  
ores uiderentur esse pauciores, nisi e contrario i-  
bi esset, ut dominantes plures essent obtemperā-  
tibus. Hęc solum diximus ut etiaz grossiores  
de labare possint curę celestis ordines: atq; con-  
facios principatus. Sed hęc sufficiant. **PRODA-  
NELLVS.** Ex his solutionem quarundam  
rationum iam ipsemet percipio, quis enim or-  
do prelationis uideatur esse primus & illi desi-  
gnari uideatur nomine dominationis siue pri-  
cipatus) aut Potestates, tamen subici Deo. abs-  
q; ullo medio nobilius est q̄ presidere aliis. Di-  
xisti quoq; superius omnem excellentiam infe-  
riorum esse attribuendam superioribus. Eodē  
modo percipi cur Throni non ponantur in  
primo ordine, atq; etiam id notari charitatem  
excellentiorem esse lumine glorię & fruitionem  
ipsa Dei uisione. Sed iaz an isti ordines post di-  
ez iuniorum iudici sunt remansuri: & an homi-  
nes ad angelorum ordines sit assumendi per-  
serutandum est.

**¶** Quo pacto Angelorum ordines ma-  
neant semper: Et qualiter homi-  
nes assumuntur ad dictos or-  
dines: Et de ordine deci-

mo quid sit dicen-  
duim. Cap. **BENIGNVS.**



**I**reca Angelorum ordines Tria pos-  
sunt considerari. Primo quidz natu-  
re ipsorum dignitas. Deinde gratię atq;  
qz glorię excellentia atq; nobilitas.  
Tertio uero officiorum administratio. Et quia  
natura in eis semp eadem, ideo qui nunc sūt  
prestantiores natura, semper erunt tales. Quia  
etiam gratia atq; gloria ipsis contribuitur ma-  
ior. Minor uerba naturalium amplitudinez  
Maiorem atq; Minorem. Quare qui nunc p-  
cellunt gratia & gloria semper et precellent, &  
hoc est quod scribitur iudiciũ quinto Stelle hoc  
est angeli manentes, s. semper erunt i ordine &  
cursu suo. Cessabit tamen administratio & cura  
humani generis post illum diez: Et eo modo a-  
postolus in prima epistola ad Corinthios capi-  
te quinto decimo scribit Christum euacuaturuz  
omnem principatum & potestatem, qui ipse  
tradiderit regnum Deo & patri, hoc est, quum  
in ipsum credentes perduxerit omnes simul ad  
perfectam uisionem atq; fruitionem ipsius di-  
uine maiestatis. Cessabit quoq; post illum diez  
illuminatio quo ad nouarum rerum reuelatio-  
nem. Nil enim expectabitur tanq̄ futurum, re-  
manebit tamen, quo ad eorum que iam sunt re-  
uelata quandam conseruationem. Semper eniz  
in talium cognitione inferiores a superioribus  
dependent, ab illis enim eam & acceperunt.  
Similiter quamuis post illum diem cessabit pro-  
curatio salutis humane remanebit tamen quedā  
hominum ab angelis illustratio, saltem eo mo-  
do quo & angelorum inferiorum a superioribus  
**PRODA.** Quęro hic iaz quod superius secun-  
do locō fuerat propositum. An homines ad an-  
gelorum ordines assumantur. **BENI.** Ad hoc  
tributa respondemus. Primo quidem homines  
non posse assumi ad angelorum ordines sic, ut  
illis in naturalibus equentur. Dicimus semper  
enim Angelus prestantior erit homine natura.



Deinde homines ita ad angelorum ordines assumptos fatemur, ut ipsi in merito atque premio fiat equalis iuxta dictum Saluatoris Mathei. xxii. & Luce. xx. Erunt equales angelis Dei in celo, & huius rei causa quosdam hominum usque ad primum angelorum ordinem transferimus. Et illam uirginem Dei genitricem etiam super omnes angelorum ordines exaltatam decemam. Multos quoque hominum inuores gloria quibuscumque angelis futuros non ambigimus, Ex quibus (ut nonnulli affirmant) dicimus ordo constituetur. Mirum autem disposuit altissimus Deus, nunquam angelum inferiorem natura parem superiori gratia facere, ut omnes sancti passim clamant, hominem uero longe illi natura inferiorem, etiam supremus gloria equalem, imo & maiorem gloria reddere. Quibusdam quoque altioribus hominum expectari dispensatione interdum conceditur quaedam officia angelorum exercere: plurimum, n. et uiuentes & defuncti miracula faciunt, demones arcunt & pellunt, & multa eiusmodi faciunt: quae communi lege ad ipsos angelos faciunda spectant. Transferuntur quoque mali homines ad ordines malorum angelorum: hoc est ad ipsorum penam & supplicium: sicuti boni ad gloriam & gaudium, ueluti tamen boni homines non euadunt boni angeli: ita neque mali homines uel efficiuntur natura demones: ueluti quidam opinabantur: Quos contra Chrysostomus ille in expositione super Matheum arguit uehementissime. PRODA. Quidam non putant decimum ordinem ex hominibus constituendum: sed illud recte ita dicit: Quia per homines restaurabitur angelorum lapsus & ruina: quibus tot corruerit ut ex ipsis posset fieri decimus ordo: Immo ipsos homines assumpti secundum numerum eorum qui remanserunt: non eorum qui corruerunt Gregorio dicente Super na illa ciuitas ex hominibus & angelis constat, ad quos credimus tantos humani generis ascendere, quantos illic contigit angelos remansisse. Sicut scriptum est Statuit terminorum populorum iuxta numerum: filiorum hoc est angelorum: non quidem eorum qui ceciderunt: sed eorum qui remanserunt. BENI.

Sat in proposito nostro est ostendisse nouem esse angelorum choros ad quos etiam pro meritorum uarietate homines quoque assumpti diximus: Sicut tamen aliqui ultra omnium merita: ita & aliqui infra collocantur: sicut sunt pueri paruuli: & in extremis conuersi: quorum merita non attingunt ad angelorum ut uidetur equalitatem: Sed hominum saluandorum numero alias perscrutabitur. BENES. Perquirendum iam esset an eiusmodi ordines sint in demonibus: & an inter ipsos sit ulla prelatio. Et si alter alterum illuminet: & tandem an boni presint angelis malis

¶ Quo pacto inter angelos malos sit prelatio & presidentia & uariis ordo. Cap. v.

#### BENIGNVS.



Scripturae sacrae testimonio inter demones quoque uarios ordines esse constat: Ita enim apostolus ad Ephesios ultimo dicit: Non est nobis colluctatio ad uisum carnem & sanguinem: sed ad uisum principum & potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitię in celestibus. Et illum qui maximus inter cadentes habetur: ad primo ordine fuisse communiter latini doctores fatentur. PAL. Quo pacto de numero Seraphim potuerunt fuisse, qui nunquam charitate arserunt: Quo uero pacto de numero Cherubin: aut Thronorum potuerit fuisse, qui nunquam uisione diuinae essentiae: aut possessione summi boni freti fuerunt: Nunquam, n. in eis Deus erit. BENI. Diximus iam ordines angelorum posse considerari secundum statum naturae atque gratiae siue gloriae. Fuerunt ergo ipsi demones de ordinibus angelorum bonorum: sed statum gratiae, si omnes in gratia creati fuerunt. Fuerunt autem & sine conditione ipsorum naturae, neque sunt autem neque unquam fuerit de illis ordinibus sine statum gloriae: Et huius rei causa quidam eos non esse de angelorum ordinibus, neque fuisse affirmant, sed quod eis si non cecidissent, sed presint donati fuissent diuersi angelorum ordines. PALMO. Ordo pertinere uideatur ad rationem boni, & in ordinatione ad rationem mali, ut Aug. in li. de natura boni asserit. Ratio autem boni in malis angelis nequit esse. Quare neque ordo. Cō



L  
firmatur ipsius Iob testimonio ita dicens: ubi nullus ordo / sed sempiternus horror inhabitat. Præterea si demones ordinibus bonorum angelorum decorati essent tunc aliqui illorum potuissent uocari Seraphim / aliqui Cherubi / & aliqui Throni: quod nunquam in scripturis legitur. Deinde omnis ordo in aliqua hierarchia est / Quod ergo in nulla hierarchia est in nullo quod ordine erit: Sed demones omni sanctitate uacui in nulla hierarchia sunt. Sicut neque in sacro principatu non factum esse potest. Quare neque in ordine ullo erunt. BENI. Quis demones ipsi mali sint moribus & priuatione diuine gratie / boni tamen sunt natura: Et eo modo in ipsis est etiam ordinis bonitas / nullus tamen est ordo gratie aut glorie / & eadem neque Seraphim dicuntur / neque Throni / neque etiam Dominationes. Nam Dominatio libertate a peccato denotare uidetur. Quomodo itaque ipsi sint perpetuo serui peccati / & Deus in eis nunquam quiescat / neque ipsum uideant / neque amor illius ardeant non solum calibus nominibus nuncupari. Sunt tamen qui dam eorum conformes in natura ipsis Dominationibus / & quidam ipsi Seraphim. Concedimus quoque eos natura de sacro principatu esse / quibus ipsi non sint facti / sunt enim ut diximus illis: qui facti sunt in natura conformes. Quicumque ergo (ut breuibus / quod secundo loco proposueras absoluiamus) demonum sunt de ordine superiori preferunt illis / natura & actione: qui sunt de ordine inferiori. Cuius autem actio preferatur ille & prelatatus / & cuius subiicitur ille & subditus appellatur. Hoc autem non peruenit a iustitia / que in demonibus sit / Sed a diuina sapientia: que nihil indignatum in uniuerso relinquit / sed attingit a fine usque ad finem: & omnia disponit fortiter atque subtiliter. Unde & actiones corporum inferiorum ex sui natura subduntur actionibus corporum superiorum / ut deducit per se in methoris / atque lib. de generatione. Obediunt ergo demonibus. Demones non quidem & uera amicitia aut que inter se habent concordia: sed potius ex quadam nature necessitate & ipsorum conuersione: qua homines summo persequuntur odio & ingenti inuocantia. Neque subie-

ctio demonum prouenit ex peccato / sed a natura. Non enim sunt pares sicut ipsi homines. Neque ipsis prelati demonibus quicumque commodi ex eiusmodi prelatione peruenit. Immo per se in malo / & peius est & miserabilius. Durabit ergo iuxta glossa super primam epistolam ad Corinthios capite. xv. talis prelatio que diu durat mundus / sicut inter homines & angelos / ita & inter ipsos demones.

¶ Quo pacto angeli mali locuntur ad inuicem & docentur & qualiter boni presideant malis.

Cap. vi. VOLTIVS.



¶ Vemadmodum inter demones prelatio ponitur / ita certo & illuminatio uidetur posse poni / Quomodo enim superiores maiori acumine uigant / poterunt inferioribus aliquam ueritatem manifestare: hoc autem uidetur esse idem quod & illuminare. Confirmatur / ueluti enim corpus exuberantiori affluens lumine potest illustrare aliud corpus deficiens lumine ut Sol lunam / ita & ipsi superiores demones / quomodo sint mente perspicaciores poterunt inferiores agnitione ueritatis illustrare. BENI. Demones inter se loqui & ueritatem manifestare non iniuria extimare possumus. Est enim eis eadem lingua: que & prius fuerat / quoniam naturalia inegerunt in eis remanserunt. neque tamen eiusmodi locutio aut ueritatis manifestatio est proprie illa illuminatio de qua Dionysius loquitur. Nam secundum ipsum omnis illuminans purgat atque perficit / & ab imundo quis mundabitur: Neque demones ueritatem manifestant / ut in ipsis Deum aliquem reducant / immo potius conantur & capiunt ab ipso Deo: quibus cum locuntur abducunt. Non itaque omnis loquens aut alteri aliquid aperiens ipsis illuminat / sed ille solum qui ita docet ut etiam perficiat: & in ipsis Deum autem reducat. VOLTIVS. An boni presideant malis quarto loco discutendum proposueram / Et iam mihi uidetur bonos malis non esse prelatos. Qui enim non illuminant alios non preferuntur illis / Sed boni non illuminant malos / quos enim sine tenebris illuminari nequeunt. Igitur boni non erunt prelati malis.



Deinde si boni malis prelati essent possent notari & reprehendi negligentie uitio. Multa enim mala demones committunt. Si ergo in actionibus suis bonis angelis subditi essent aut ipsi boni nolent eos a talibus prauis actionibus ammouere aut negligenter & utrouis dato sequetur ipsos bonos simul cum illis delinquere. Tertio multi demonum superiores sunt natura plerisque angelorum bonorum. Lucifer namque excellentior est Rachele natura ex quo sequi uidetur omnes bonos non esse prelatos saltem omnibus malis. Prelatio namque sequitur dignitatem naturam. BENI. Computus apud theologos est malos spiritus regere a bonis. Augustinus namque. iii. de trinitate ita ait. Spiritus uite desertor atque peccator regitur per spiritum uite rationalem primum & iustum Gre. quod potestates inquit illi angeli quorum ditioni uirtutes aduersus subiecte sunt. Ratio autem huius eiusmodi ponitur. Quomodo namque prima prelatio imprimis omnium rerum opifice ponatur deo & in creaturis solum per quamdam participationem. Merito igitur ille creature alias sibi subiiciunt: que magis ipsi deo appropinquant. Et ita sancti angeli maxime ratione beatitudinis propinqui deo munus prelationis super malos habebunt ipsosque diuina ordinatione regent & gubernabunt. Et quum arguebas malos illuminari non posse illud tibi concedimus: boni tamen eos illuminare possent, immo & ipsi diuina misteria reuelant. Et hoc bona intentione & prout diuina iustitia exigat. Multa enim faciunt demones iussu bonorum angelorum: ut interficere tantum exercitum Sennacherib regis assyriorum & multa eiusmodi circa homines & bonos & malos facienda. Neque ex eo uitii alicuius aut negligentie boni angeli arguntur: si malos permittant & non cohibeat aliqua mala perpetrare. Non est enim eis permittitur eos ab omni malo cohibere. Nam & deus multa mala permittit fieri ex quibus tamen semper aliquid boni elicit. Neque obstat naturam malorum angelorum dignitas. Plus enim potest gratia quam natura. Et spiritualis omnia iudicat: ut inquit Apostolus. Virque bonus est regula & mensura omnium actuum humanorum: ut ait philosophus. Minime ergo bonorum angelorum poterit etiam maximo De-

moni preesse & diuina iudicia reuelare. Et ut opere compleantur iubere.

¶ Quo pacto Angeli president rebus corporalibus Et qualiter corpora eis obtemperant. Cap. vii. TVDISSVS.



Idimus itaque quo pacto Angeli presunt Angelis iam uidentur et an angeli presunt creaturis corporalibus: ita ut per illos ipsa corporea natura administretur. Et An talis creatura ipsis angelis obtemperet ad nutum? Tertio an possint quecumque corpora sine medio mouere de loco ad locum? Et quarto An ualeant facere miracula. BENI. Sententia hac in re habemus Aurelii. iiii. de Trinitate ita dicentis. Omnia corpora reguntur per spiritum uite rationalem. Cui consentit Gre. in tertio dialogo sic inquit. In hoc mundo uisibile nihil nisi per creaturam inuisibilem disponi potest. Sicut. n. superiores angeli gubernant inferiores & eis presunt ita & omnes forme imateriales uidentur preesse rebus materialibus. Vnde et philosophi quicumque substantias in corporeas opinantur esse eas et corporibus presides putant. Vnde & Plato substantias imateriales posuit esse rationes sensibilibus corporibus & habere presidentiam circa omnia corpora sensibilia. Non quidem ut omnes substantie imateriales presint absque delectu cunctis corporibus: sed alie aliis & diuersis diuersis. Aristoteles autem non uidetur ponere intelligentias preesse in inferioribus corporibus absque medio: sed solum corporibus celestibus tanquam causis uniuersalibus. Auicenna uero partim cum Platone & partim cum Aristotele. concedit. Ponit. n. unam intelligentiam preesse spheram actiuam & passiuam: quam uocauit intelligentiam agentem. Sed doctores christiani hac in re Platonis dogmata sequi uidentur. Vnde Augustinus. in li. lxxxiii. q. Vna quecumque inquit res uisibilis in hoc mundo habet angelicam potestatem sibi prepositam & Damascenus ponit angelos terrestris ordinis Origenes que tractans de Asina Balaam inquit opus est mundo angelis qui presunt et bestis & animalium natiuitati atque plantarum & uirgultorum & ceterarum rerum incrementis. Hoc autem non est intelligendum apud christianos: ut diuersi angeli diuersis corporibus presint: put forsaz Plato opinabatur. Sed unusquisque angelorum superior est quocumque corpore



Si ergo diuersi angeli diuersis presunt corporib⁹  
hoc erit ex diuine sapientie congrua ordinatio-  
ne: que uariis corporibus uarios preposuit recto-  
res. Et forsan omnes Angeli qui puris corpori-  
bus presunt erunt ex ordine uirtutum: quibus  
miracula facere peculiari modo concessus est. Et  
quis natura habeat determinatum modum ope-  
randi & ex eo uideretur non indigere rectore, id  
tamen non obstat, quin possit in actione sua ab  
alio dependere. Ex his ergo angelos corporib⁹ pre-  
esse satis aperte constat. TV DISSIVS. An cor-  
porea natura ipsis spiritibus adnutum optem-  
peret, hic esset perscrutandum. Et quia maior est  
uirtus angeli uirtute anime, quicquid potest ani-  
ma, poterit & angelus. Anime autem uidetur  
obedire corpus. Immutatur & enim a diuersa ip-  
sius anime consideratione, & illius imaginatio-  
ne, Nunc calet, nunc friget, nunc egrotat, nunc  
conualefcit. Igitur multo magis illa sient nutu  
angelico. Confirmatur nam corpus potest tran-  
smutare aliud corpus ut ignis lignum. Igitur &  
Angelus, cui uirtus efficacior transmutare cor-  
pora ualebit. Si quod tota corporis natura regatur &  
administretur per angelos, sicut iam declarasti.  
Igitur omnis actio cuiusuis corporis erit sub or-  
dinata actioni angelice, sicut causa instrumen-  
talis sub ordinatur cause principali. Et ita quoniam  
corpora transmutent & generent multo magis  
angeli: qui sunt cause principales transmuta-  
bunt atque generabunt. BENIGNVS. Quauis  
angelos preesse corporibus dixerimus, non ta-  
men ipsa corpora absque medio, quo ad ipsorum  
substantiam transmutare dicimus. Non enim  
Angeli sunt generatores aut corruptores corpo-  
rum, quod aliqui ita persuadent. Omne agens  
sibi simile agit, illud uero quod fit non est ma-  
teria aut forma. Improbatur. vii. diuinoꝝ, sed  
compositum, igitur etiam fiet ab aliquo tali com-  
posito, & ita corpus poterit fieri a corpore, tanquam  
compositum a composito, ab angelo uero quod sim-  
plex est fieri absque medio nequibit. Neque Ange-  
lus continet uirtute totum compositum, quia il-  
lud proprium est ipsius Dei. Deus itaque eo quod uir-  
tute totam rem generandam continet. Et corpus

quia simile est in modo essendi corpori genera-  
do generare poterit. Angelus uero, quom neu-  
trum horum habeat generare non poterit. Neque ua-  
let obiectio illa de anima corpus transmutante.  
Illa enim est forma corporis, non autem angelus.  
Et quis sit causa superior quouis corpore, non ta-  
men potest eodem modo operari quo & corpus,  
Sed forsan excellentiori sicut & intellectus no-  
biliori modo agnoscit sensibilia quam ipse sensus.  
Et que ratio sit, ut corpus possit generare aliud  
corpus, Angelus uero non possit, patet ex his  
que diximus. Vnde Augustinus. iii. de Trini-  
tate. Inquit non est putandum angelus adnutum  
seruire hanc uisibilem rerum materiam, sed so-  
li Deo.

¶ Quo pacto angeli possint moueri corpora mo-  
tu locali & miracula facere. Ca.  
viii. PROCVLVS.



Ed an corpora Angelis obediunt quo  
ad motum localem considerandum esset  
BENI. Angeli teste Augustino, ubi  
supra, adhibent semina corporalia ad  
aliquos effectus producendos, ex quo patet eos  
posse transferre corpora de loco ad locum, quia  
ergo, ut Dionysius ait. vii. de diuinis nominibus  
Diuina sapientia coniungit fines priorum prin-  
cipis secundorum. Qua sententia colligimus na-  
turam inferiorem in sui supremo attingi a natu-  
ra superior. Nunc autem certum naturam corpo-  
ream esse infra naturam spiritus ualem, & nullum  
motum perfectiorem esse motu locali probat a  
philosopho i. viii. de auditu phisico, quia mobi-  
le secundum locum non est in potentia ad aliquid su-  
bi intrinsecum, ut huiusmodi est. Et ea de re illo mo-  
tu dicitur uidentur corpora a natura spiritali posse  
moueri absque medio. Vnde & phisicis intelligentias cor-  
poris celestium motrices, & animas humanorum posue-  
runt. Neque omnis motus consequitur formam corporis, quod  
mouetur. Nam & mare fertur accanum ueluti ipse met-  
dus in Britania maiore eorum per pexi fuit atque defluit  
per multa stadia quod eodem motu non uidetur peruenire  
a forma ipsius aque, sed potius a uirtute lune super  
aquas dominium habentis eodem modo & angelis uirtus  
tribuit ad mouendum corpora. Possunt quod eo motu  
medio transmutare ipsa corpora et alius transmuta-



tationibus applicando actiua passiuus sicut faber ignem applicando ferro mollificat ipsum. Et quia non sunt coniuncti ulli corpori tanquam materia formae Idcirco possunt mouere etiam corpora sibi eis non coniuncta. **PROCVLVVS.** Accepi id; sed an miracula facere possint iam perquiro; eo quod Grego. pillos spiritus quos uirtutes appellamus miracula fieri affirmat. Similiter & Augu. in li. lxxxiii. q. Magos per hoc quod exaudiuntur a Demonibus miracula facere asserit; ubi etiam infert demones miracula facere posse. **BENIGNVS.** Miraculuz si proprie accipiatur erit opus preter ordinem totius naturae create; Et eo modo ad solum Deum attinebit miracula facere iuxta illud prophetae. Qui facit mirabilia magna solus. Illa ergo quae angeli tanquam insolita uel inconsueta operantur mira quidem dici possunt; non autem proprie miracula. Illi ergo angeli qui uirtutes dicuntur possunt applicando actiua passiuus multa hominibus admiranda perficere; Non tamen proprie miracula facere; nisi quia forsitan deus ipse ad eorum uota sicuti & sanctorum hominum miracula faciendo; ipsi ex eo dicantur miracula fecisse. Multa autem possunt & magi naturales & magi illi; qui a demonibus erudiuntur operari; quae nobis causas operandi ignorantibus miracula quidem uidebuntur; Nec tamen erunt. **¶** An ipsi Angeli sua uirtute naturali possint hominum mentes illuminare seu illustrare. Ca. ix.

**CHROSIVS.**

**A** Cepi quo pacto praesint Angeli rebus pure corporeis. Nunc iam nosce cupere de ipsorum actionibus erga nos homines. Et primo quidem inquirō. An ipsi Angeli possint homines illuminare sua uirtute naturali. Deinde an possint immutare uoluntatem; siue effectum hominis. Tertio an imaginationem; siue uirtutem cogitatiuam & omnem ipsius sensus. **BENIGNVS.** Testatur Dionysius. iiii. celestis gerarchiae Reuelationes diuinas peruenire ad homines medio angelorum; quae quidem reuelationes in sacris litteris dicuntur illuminationes. Id autem rationabile est ut homines minores natura angelis reducantur in ipsorum deum

medio angelorum sicut & inferiores angeli per superiores illuminantur. Non tamen eo modo angeli illuminant homines mortales sicuti Angeli superiores illuminant angelos inferiores. Non enim potest comuni lege stante angelus in homine causare speciem intellectualem; neque ipsum actum intelligendi ualet in ipso intellectu producere; Ex eo quia passum pro statu ipso non est dispositum tali modo; uidelicet absque uia sensus; species recipere. **CHROSIVS.** Ex hoc sequeretur; quod neque ipse deus posset in nobis causare talem speciem talemque actum; Ex quo noster intellectus habet ordinem necessarium ad fantasmata. **BENIGNVS.** Idcirco addidi de lege comuni; hoc est stante ordine diuinae sapientiae. Statuque nostrae ita ordinantis; ut omnis cognitio nostra dependeat a sensu. Si tamen uellet ipse & hominis & huius status auctor deus talem ordinem immutare possent angeli hominibus loqui Angeli ea lingua; & ipsos homines sicuti & Angelos. Quo privilegio forsitan etiam aliqui sanctorum hominum fuerunt decorati; ut non solum cum angelis; sed etiam cum hominibus aliis lingua angelica sint loquuti. Quare nec ullus raptus; aut extasis uisionis intellectualis potest potentia ordinata ministerio Angelorum esse in nobis. Quapropter quando angelus malus decipiendo ostendit homini aliquid ipso intellectu absque medio sensus uidere fictio est. Distrant enim in hominem ab omni alia cognitione & ea de re uidebitur tali homini res ipsas mentem intrari; quorum tamen sola uehementi imaginatione applicet talibus rebus. Et quis illam itentiam imaginationem interdum concomitem illius rei intellectu. Nunquam tamen homo pro statu isto potest; neque propria uirtute disponendo se & assuescendo contempleri neque uirtute alicuius creaturae potest peruenire ad uisionem mere intellectualem. Quia tamen homo a curis & negotiis exterioribus semoto; & in contemplatione geta nutrito & assuesfacto deus id concedit; ut ad uisionem intellectualem rapiatur. Sed hoc erit munere diuino. **CHROSIVS.** Quid ergo faciet Angelus erga hominem; ut ipsum docere siue illuminare dici possit. **BENIGNVS.** Quae admodum homo homini proponit quaedam signa simplicia; quae causant conceptus



simplices in audiente / & etiam illa signa simplici-  
cia componit & coniungit ordine quodam / Ita  
ut audiens percipiat ueritatem illorū complexo-  
rum & adiscat ea ab alio, quæ a se ipso intellige-  
re non ualere, etiam si haberet species omnium  
in complexorum. Et hoc maxime quando sunt  
tardioris ingenii / Nam acutiores habitis simplici-  
bus conceptibus proprio ingenio multa adinueni-  
unt. Sicut ergo homo hominem / ita & Ange-  
lus potest eo modo docere / uel per signa ad pla-  
citum istituta formando uoces in corpore assu-  
pto / uel in aere modo sibi noto / Sicut ueniunt  
sepius uoces de celo, ac etiam adhibendo ipsas  
res a quibus noster sensus ordine quodam immu-  
tetur. Primo exterior / Deinde interior / & tandem  
ipse intellectus per speciei impressionem. Et hoc  
est quod Dionysius primo celestis gerarchie di-  
cit impossibile est aliter nobis lucere radium diui-  
num / nisi uarietate sacrorum uelaminum circum-  
uelatum. Roboratur quoque intellectus homi-  
nis per actionem intellectus Angelici / ut qui-  
busdam placet sicut & intellectus inferioris An-  
geli uires capit ex presentia superioris per con-  
uersionem in ipsum sicut dictum est iam de mi-  
nus atque magis calido. CHROSIVS. Maior  
mora erit / quam Angelus docet res ipsas sensui  
nostro proponendo / quæ si sermone uteretur / Et  
ita citius uideretur posse docere homo hominem si  
gnis ad placitum ordinatis. BENIGNVS. For-  
san tanta uelocitate formantur species rerum &  
transfunduntur quanta & uocum / Angeli quo-  
que / ut patebit poterunt coadiuuare disponendo  
ipsum sensum / uel forsan cum ipsis atque speciei us  
sensationes concausando. CHROSIVS. Dio-  
nysius illuminationem hominum attribuit ba-  
ptismo: quod est sacramentum fidei christiane /  
Si ergo homines / fide illuminantur: quæ est do-  
num dei / ergo non ab angelis. BENIGNVS.  
Ista ratio parum ualeat. Possent enim illuminari  
& fide uno modo / & ab angelis alio. Nam & cir-  
ca ea quæ sunt fidei possunt Angeli illuminare.  
Nam fides quæ ex auditu generatur poterit eque  
bene ab angelo doceri sicuti & homine. Illumi-  
nant quoque angeli homines / non modo de cre-  
dendis / uerum etiam de agendis. Adiuuat quo

que homo ab angelo / ut ex creaturis facilius in-  
diuinam cognitionem deueniat. Nemoque si non  
percipiat se illuminari illuminatur / Sed multi  
illuminantur etiam a sanctis Angelis / nec tamen  
oportet ut agnoscant se ab illis esse illuminatos.

**C**An possint Angeli uoluntatem humanam im-  
mutare quo ad affectum Similiter & imagina-  
tionem ac sensum. Ca. x. PVTEVS.



**N**unc mihi uidetur sacras auctoritates  
insipienti Angelos posse affectum at-  
que uoluntatem nostram immutare.  
Ita enim uenerabilis Beda dicit. Diabo-  
lus non solum est inimicus malarum cogitatio-  
num sed etiam incensor. Confirmat id Damascenus  
in .ii. libro Ita dicens. Omnes malitie & im-  
munde passionis ex demonibus excogitate sunt:  
quas et immittere hominibus est ei concessum.  
Pari ratione & boni angeli immittent bonas co-  
gitationes / & incendunt nostrum effectum. Quod  
quidem fieri nequit absque immutatione uolun-  
tatis. Glosa quoque super illud psalmi: qui facit  
angelos suos spiritus / & ministros suos flammam  
ignis dicit. Ignis sunt dum spiritu feruent / & ui-  
tia nostra urunt. BENI. Voluntatem immutare quæ  
possit aliqua ex parte dictum est superius. Et si  
ullus id possit difficile est dictum. Scriptura tamē  
proverbiorum .xx. deo soli illud concedere uidetur.  
Sic namque ait / cor regis in manu dei est & quocum-  
que uoluerit uertet illud sed in pressio actus uolē-  
di esset quidem in uoluntate non tam actus eius  
seu uoluntarius. Ipse enim solus dat nature uir-  
tutem illam: qua in rem inclinamur eam proficien-  
do / aut ab ea declinamus ab ipsa fugiendo. An-  
geli tamen solute ratione: qua sunt causa rem  
aliquam conuenientem uoluntati / apprehendendi  
& cognoscendi possunt dici aliquo modo causa ap-  
petendi. Sed de his satis diffuse etiam superius di-  
ctum est. Icirco ad tertium deueniamus / quo uide-  
licet pacto angeli immutare possint uirtutem interio-  
rem / sensitiuam siue illa dicatur imaginatiua / siue  
fantasia / aut cogitativa. De illa .n. loquimur: quæ  
proxima est intellectui / & a qua sine medio ipse  
species suas abstrahit. PVTEVS. Non uidetur posse  
imprimi ullum fantasmatum / neque causari ab angelo  
sed bene foras concausari. Possunt .n. cum nostris



potentis agentibus (si plures sint) & ipsi Angeli coagere: quo species nobiliores & digniores ipsarum rebus nec non & cognitiones producantur. Sed soli non videntur posse pro statu isto species ulla in sensu interiori producere. Nam fantasma ex.ii. de anima est motus factus a sensu / sicut ergo intellectus a fantasmate. Ita fantasma natura dependet a sensu. Si quoque nequeunt formas imprimere in materia sensibili pari ratione / uel etiam multo magis (eo quod hec forme sint spirituales) non poterunt species imprimere in sensu interiori. **BENIGNVS.** Recte in hoc dicitur angelos nequire eiusmodi formas imprimere / aut pro statu uic in nobis producere. Mouere tamen possunt uirtutem imaginatiuam transferendo speciem de organo in organum. Et si non solus & puram speciem possit transferre / ne dicamus accidens migrasse de subiecto in subiectum / tamen cum humore illo in quo species sit forsan possit transferre / Ita ut fantasmata uni subripiat & alteri concedat. Sed an talis modus ipsis conuenire possit ambigitur. In eodem tamen homine ut possint fantasmata transferre cum particula humoris in quo sunt forsan non inconuenit. Nam fantasma tali loco positum & sic cum alio fantasmate ordinatum alium conceptum generabit. Possunt quoque sedare perturbationem fantasmatum: que prouenit ex humorum uel spirituum fluctuatione: qua pacata occurrerent fantasmata ordinate. Quia autem Angeli aliquo modo moueant uirtutem internam patet per id: quia reuelant aliqua nobis in somnis. Nam angelus in somnis apparuit Ioseph. Vbi aduerte quod philosophus de somno & uigilia assignans causam apparitionis somniorum dicit. Animal dormiente & plurimo sanguine ad principium sensitiuum descendente descendunt simul & motus / hoc est species relicte ex sensibilibus motionibus / & mouent ipsum principium sensitiuum / & ita fit quedam apparitio / ac si tunc illud principium sensitiuum a rebus ipsis immutaretur. Et quandoque tanta fit commotio spirituum & humorum quod eiusmodi apparitiones fiunt in hominibus uigilantibus / sicut patet de freneticis. Sicut ergo hu-

ijsmodi commotiones & uisiones possunt fieri uirtute naturali / ita poterunt fieri & uirtute angelica. Eodem modo Angeli possunt immutare sensus exteriores / uno quidem modo ab exteriori opponendo aliquid sensibile exterius / uel iam formatum / uel illud de nouo formando altero autem modo commouendo spiritus & humores interioris ex qua commotione immutabitur sensus exterior / ueluti lingua bili rubea infecta omnia reddit amara. Et eo modo Angeli dicuntur Genesis. xix. percussisse cecitate homines illos de Sodomis pessimos coram domino. Legitur & con simile in libro Regum quarto de Elieo propheta.

**¶ De Missione Angelorum.** Et primo An ulli unquam mittantur in obsequia hominum. Ca.

xi. **M. ASCOGNIUS.**



Considerandum deinceps est aliquid de Angelorum missione. Et primo an ulli unquam mittantur in obsequia hominum / & deinde An omnis mittantur.

Et tertio de quibus ordinibus mittuntur & quanto an ipsi missi deo assistant. **BENIGNVS.** Angelo mitti exploratum est nobis sacros codices reuoluentibus. Dicit enim Exodus. xxiii. Ecce ego mittam angelum qui precedat te. Esaias quoque missum ad se Seraph: qui calculo ignito linguam ipsius purgaret scribit & angelus Gabriellem ad Danielelem primum. Deinde ad Zachariam / & tandem ad uirginem Dei genitricem missum expresse legimus. Eundemque Ioseph pluries in somnis admonuisse legimus. Primo quidem / ut non timeret accipere Mariam in coniugem suam / deinde ut fugeret in Egiptum & tertio ut rediret in terram Israel postquam defuncti fuerant: qui querebant animam pueri. Neque hic enucleanda est difficultas de missione diuinarum personarum. Hec enim Angelorum missio est alterius rationis ab illa. Sed de motu Angelorum & qualiter sint in loco posterius perscrutabimus. Neque ex tali missione puritatem ipsorum contemplationis ullo modo prepedit / aut eos in uisione illius essentie retardat. Vnde Grego. secundo



moralium inquit angeli non sic foras exeunt / ut  
eternę contemplationis gaudiis priuētur. Et hic  
ponitur talis regula. Quoties duarū actionum  
una est regula & ratio alterius / toties illa altera  
non modo non est impedimento / sed etiam ad  
iumento priori. Neq; ex tali administratione an  
geli erunt inferiores homines primo quia Deo  
ministrant non homini / Deinde quia intali mi  
nisterio regunt potius hominem & gubernant /  
q̄ ab eo regant̄ uel gubernentur. Neq; dignita  
ti angelice derogatur / si interdum extra celum  
empyreum Angeli reperiantur. Sicut neque ho  
nori regio quicq̄ uenerationis subtrahitur / Si  
quandoq; in trono suę maiestatis non resideat.  
**RESTIVS.** Noram & ipse angelos mitti. Sed  
de illo potius ambigebam / an omnes mittantur  
Dionysius nāque tres primę Ierarchie ordines  
nequaquā mitti asseuerat. Gregorius id confirmat  
ita dicens / Superiora agmina utq; exterioris mi  
nisterii nequaquā habent. Ex alia uero parte habe  
mus sententiam apostoli ad Ebreos primo ubi  
dicit. Omnis angelos esse spiritus administrato  
rios / in ministerium missos propter eos qui hęc  
rediditatem capiunt salutis. Si quoque Seraphim  
mittuntur & alii / S; Esaias Seraph ad se missus  
dicit. Quare ut alii quoque mittantur omnis nō  
incongruit. Si pręterea filius Dei atque spiritus  
sanctus missus legatur: quę dignitas erit angelo  
rum suprę curię / ut illi solum assistere dicant̄  
nunq̄ uero mitti. Daniel tamen & Ioannes in  
apoca. uidentur cum Dionysio atque Gregorio  
tenere dicentes / milia milium ministrabant ei &  
decies cętena millia assistebat ei. **BENIGNVS**  
Non iniuria miraris de hac controuersia / Ali  
qui enim simpliciter tenent superiores Angelos  
nunq̄ ad exteriora ministeria mitti / quia nihil  
est ita magnum indiuisis ministeris / quod  
per inferiores angelorum ordines exerceri non  
possit. Et Gregorium inducunt dicentem: qui  
summa annunciant Archangeli uocantur. Ac  
etiam quia archangelus ad uirginem gloriosam  
missus perhibetur pro summo inter omnia diui  
na ministerio sibi nunciando. Alii uero tenent

etia; supremos interdū posse mitti sed de missio  
ne distinguunt. Quendam enim ad intra hoc est  
inter ipsos angelos / Et ad extra hoc est homini  
bus nuntianda & priori modo omnes mittuntur  
& maxime superiores illis nāque prius Deus re  
uelat sua archana utq; illa inferioribus denun  
tiant mandat. Verum ad homines non mittun  
tur illi superiores nisi i rebus ualde arduis. Qua  
lis fuit incarnatio filii dei. Et ea dere ipsum Ga  
brielem inter primos primi ordinis uel etiam pri  
mum putant. Omnes itaq; ( ut conciliemus pau  
lo suum discipulum Dionysium ) sunt admini  
stratorum quia omnes ad intra mittuntur. Vel ga  
supremi tali missione maxime mittuntur. Infimi  
uero sola missione ad extra gaudent / medii uero  
utraq;. Ille uero angelus: qui labia Esaię incen  
dit ab effectu seraph uocatus est. Non tamen Se  
raph fuit sed ex tali effectu nomen illud sibi uē  
dicauit. Vel etia; Seraph dictus est / quia ab ali  
quo angelo illius ordinis missus fuerat / Nunc  
uero nomina eorum a quibus mittuntur accipiūt  
Vnde & angelus a Deo missus dicebat Ego sum  
Deus Abraham Deus Isaac / & Deus Iacob. Nō  
itaq; etiam supremos angelos ad exteriora mitti  
inconueniens putamus. Presertim si Gabriel ex  
primis illis angelorum agminibus fuerit / ueluti  
multi tenent / Et Sixtus. iiii. Pontifex maximus  
ex ordine minorum assumptus in sermone: quem  
facit de uisitacione uirginis gloriose expresse te  
net. Cetera uero: quę inducib; tanq̄ sibi aduer  
santia facile ex his. quę diximus ipse met conca  
liare ualebis.

**C**An omnes Angeli medię hierar  
chie mittantur. Et qui sint  
plures / assistentes an mi  
nistrantes. Ca. xii.  
**MARTINVS**

**D**Erquirendum Nunc est an omnes An  
geli secundę Ierarchie ad exteriora mi  
nisteria mittant̄. Qd̄ iccirco hesito qa  
oēs aut assistetes / aut ministrates dicūt̄  
Et sola prima Ierarchia dicit assistere ex quo se



quitur omnes alios ministrare) Et ex alia parte  
 Dominationes Dionysii sententia sunt maiores  
 Neq; subduntur sed alios sibi subiiciunt. Quare  
 nō uidentur ipsi mitti in ministerium / quia talis  
 missio subiectionem quandam importat. **BENI-  
 GNVS.** Dominationibus nō proprie competit  
 i exteriora ministeria mitti. Quod quidem & no-  
 men ipsum ostendit dominantē enim alijs & ipsi  
 alios mittunt ipsi uero non uidentur mitti. Quin  
 que ergo ordines erunt: qui ex diuino imperio  
 circa hominem & alias corporeas creaturas mini-  
 steria exequuntur / Quatuor autem superiores  
 non sunt ordinati iussa eiusmodi executioni mā-  
 dare. Dominationes tamen inter ministrantes cō-  
 putantur / Non quia ministeria exequantur / s;   
 quia exequi absq; ue medio illa iubēt. Quare com-  
 parantur quibusdam architectis: qui ceteris dāt  
 precepta quō pacto complere debeant. Ministe-  
 ria exequenda. Mittuntur tamen etiam Domina-  
 tiones interna illa missione & forsan interdum &  
 exteriori / ueluti & architectus quandoque in re-  
 bus arduis proprijs operatur manibus & ut alios  
 doceant ipsimet formulas quasdam fabricant.  
 Merum ea que raro sunt Non cadunt sub scien-  
 tiam / Idcirco quinque ordines dumtaxat diuina  
 ministeria circa corpoream creaturam operantur  
**MARTINVS.** Posset nec ne scribi: qui sunt plu-  
 res hi qui ministrant / an qui recumbunt (ut sic  
 dixerim) uel assistunt. **BONI.** Gregorius ille  
 Moralium. vii. & c. Plures ministrantes q̄ assi-  
 stentes fateri uidetur / Illudque Danielis atque  
 Ioannis millia millium ministrabant ei. Indefi-  
 nite positum dicit / ut denotetur numerus nimis  
 ministrorum: qui numerari non ualeat. Assisten-  
 tium autem numerum finitum censet / atque de-  
 terminatum. Et eo q̄ sequitur & decies centena  
 millia assistebāt ei. In quo uidetur imitatus Pla-  
 tonicus ita dicentes. Quo aliquid est primo prin-  
 cipio propius eo & multitudine minus. Sicque  
 Seraphin ipsi erunt paucissimi. Ponebant ad id  
 Platonicus (qui omnia Pitagoricos sequentes con-  
 faciebant ex numeris) exemplum sicut omnis nu-

merus que propiorem unitati / eo & minor / ita  
 & creature quo propiores deo (qui summa uni-  
 tas est) eo & pauciores. Enimvero oppositum  
 illius opinionis accepimus a Dionysio. xiiii. cele-  
 stis Hierarchie / Vbi tenet angelorum multitudi-  
 nem a deo grandem esse ut longe excedat omnem  
 numerum materialium rerum. Quod quidem  
 probatur a simili per corporum magnitudine.   
 Quo enim corpora superiora eo & ampliora / Ita  
 & nature / quo superiores eo & plures. Accedit  
 ad hoc / Quia meliora potius intendit Deus q̄  
 deteriora / magisque illa auget & multiplicat &  
 eo modo assistentes erunt plures ministrantibus  
 & ordo ipsorum Seraphin grandius quecunque  
 alio ordine. Et iuxta hanc opinionem millia mil-  
 lium potius ponitur pro numero determinato /  
 ac si dixisset milies millia / Et quod sequitur pro  
 numero indefinito ac si dixisset decies milies cen-  
 tena millia. Nec tamen illud dicitur ac si tantus  
 numerus dumtaxat Angelorum esset / sed lon-  
 ge maior / ut potest: qui omnem materialem mul-  
 titudinem excedat. Quod denotatur ex ductu in  
 se ipsos numerorum maximorum / dicendo de-  
 cies milies centena millia. Et huic opinioni po-  
 tius theologi assentiuntur: quis & illa Gregorii  
 satis pulchra sit / & ratione non parui momenti  
 fulcita. **MARTI.** Vnicum restat perscrutan-  
 dus an: qui mittuntur possint dici assistere / eo q̄  
 Gregorius dicit angelos & mitti & assistere. Quia  
 & si circūscriptus sit angelicus spiritus summus  
 tamen spiritus: qui Deus est circūscriptus nō est  
 Ideo angeli ubicunque existentes possunt assiste-  
 re Deo omni loco esistenti. Similiter Raphael  
 Angelus ad Tobiam missus dixit se esse unum &  
 septem spiritibus ipsi deo astantibus. Immo qd̄  
 dictu maius est etiam Satan ipse assistere deo  
 scribitur Iob primo Ergo multo magis omnes  
 boni Angeli assistere dicentur. Et tamen tam  
 Dionysius q̄ Gregorius Separant assistentes a  
 ministrantibus. **BENIGNVS.** Assiste-  
 re Varie accipitur interdum Quidem pro eo  
 quod est faciem patris: qui in celis est uidere.



Et hoc modo omnes spiritus beati assistunt ipsi Deo interdum assistere idem designat, quod est ministeria Dei circa corporalem creaturam ex lege comuni non operari. Et eo modo non omnes assistunt: quia non illi qui ministrant & regunt hæc corporalia. Neque Satan assistere Deo scribitur. Sed affuisse inter assistentes. Quidam tamen Deum natura sunt similes assistentibus: quidam uero ministrantibus. Nullus tamen Demonum gratia & gloria neque assistit, neque ministrat.

**De custodia bonorum.** Et primo quo pacto singulis hominibus sunt singuli Angeli deputati. **Ca. xiii. MENTIVS.**

**C**onsiderandum est aliquid de custodia sanctorum Angelorum & de malorum uariis impugnationibus. Et circa primum illud uidentium est, an homines etiam singuli habeant angelos ad sui custodiam deputatos. Deinde an solus ultimus ordo homines custodiat. Et quando incipiunt Angeli hominem custodire uel si unquam ipsum deserant & custodire postponant. Postremo an doleat Angeli amissionem illarum animarum, quas custodiant & an inter se propter eos quos custodiunt unquam decerent. **BENIGNVS.** Quia inferiora corpora uidemus regi & gubernari per superiora & ea que uariabilia & mobilia per ea que firmitiora & immobilia sunt, ut corpora inferiora: que generatio ni & corruptioni sunt subiecta experimur regi per corpora superiora: que ab omni peregrina impressione sunt aliena. Idcirco docemur etiam hæc naturam nostram uolubilem atque instabilem sanctorum angelorum patrocinio & subsidio releuandam. Nam & si homo ratione liberi arbitrii quo fretus est posset multa in comoda anime sue euitare. Non tamen sufficiens est propter uarias passionum & infirmitates. Omnia mala euitare & inul- to minus pericula corporis atque uitæ. Ideo oportunum immo & necessarium atque singulare hoc remedium presidii Angelici fuit sibi concessum. Et quis ipse Deus dicatur in scripturis custodire qui est tutior custos omni angelo. Ita tamen disposuit hominem custodire, ut tamen indigeret et Angelica custodia, iuxta illud prophete sup

muros tuos Ierusalem constituit custodes. **Is. n.** est mos diuine maiestatis, ut ea que medio altius creaturæ perficere possit raro uel nunquam sine consensu illius creaturæ completere uelit. Quamobrem quia fidem, spem & charitatem nequit nobis angelorum ministerio infundere ipse id absque medio in nobis exercet. Sed multa alia homini necessaria possunt ei subministrari medio angelorum. Vniuersa eiusmodi Deus circa hominem angelorum ministerio perficit. Et non solum credimus homines Angelorum presidio atque patrocinio & multa bona facere & multa mali euitare sed etiam unicuique homini proprium angelum ad sui custodiam deputatum tenemus. Unde diuus noster Hieronymus magna inquit est animarum dignitas, ut una queque ab ortu sue natiuitatis (uide licet in utero) in sui custodia habeat angelum deputatum. Cuius rei ratio pro modullo ingenij humani assignat. Nam ceteræ res infra spheram actiuorum & passiuorum collocatæ secundum species incorruptibiles sunt. Secundum indiuidua uero corruptibiles. Homines uero etiam singuli, quo ad animam incorruptibiles sunt semper. Quo ad corpus uero, quandoque erunt. Merito ergo non solum species humana, sed etiam uniuscuiusque humane speciei est peculiari modo custodiendus. Prouidencia namque diuina circa illa: que perpetuo manet exercet operationes suas. Eo igitur modo se debet habere ad unumquemque hominum: quo se habet ad unamquamque speciem sensibilium rerum. Et quia rationale est, ut unicuique speciei corporali rebus diuersi Angeli presciantur: rationale etiam erit ut diuersis hominibus atque aliis Angelorum ad custodiam deputantur. Ad hanc autem custodiam angeli natura inclinationem habent: quam deinde perficit & complet summi Dei clementia & gratia. Neque ualet ita arguere sicut unus homo plures custodire, ita & Angelus poterit plures custodire, immo & multo magis. Nam unus homo interdum a multis hominibus custodire & unus multos custodit in quantum illi multi sunt partes quædam unius societatis, siue collegii, siue ciuitatis. Sed singuli angeli deputantur ad custodiam singulorum hominum;



quia nō solum eos custodiunt in his : quę inter eos contingere possent / ut uidelicet unus alterq̄ bonis operibus confirmet & malis deteriorez nō faciat / Sed etiam ut in uisibilia & occulta : quę ad singulorū hominum salutem & comoditatez p̄tineant ipsos homines & doceant.

**C**An solus infimus Angelorū ordo sit ad custodiam hominis deputatus Et an unq̄ talis custos relinquat hominem quem custodit. Ca. xiiii. BABALIVS.

**D**Eclarandum hic est / an solus infimus angelorū ordo homines custodiat. Et noui Dionysius ita asserere Sed quod me ritubare facit est ex alia parte dictus Criso. super Mattheum asserentis etiam sup̄ eminentes angelos esse custodes nostros. Quid ergo? BENIGNVS. Infimus ordo infimos homines custodire uidetur iuxta illud psalmi. Angelis suis mandauit de te / ut custodiant te in omnibus uis suis ( Quamuis auctoritas illa non ardet ut nomine angelorū infimum ordinem accipiamus ) homines uero magistratu aut sanctitate aliis eminentes dicuntur etiam ab archangelis custodiri. Quo enim maiora per tales homines Deus agere instituit eo etiam ampliori custodia ipsos decorauit. Principatus uero ut ex Danielis propheta colligimus regna / prouincias atq̄ urbes gloriosas custodiunt. Et quia Siluana urbs nostra ( quam quidam Epidaurū alii Rhagusium uocant ) & ipsa inter ceteras urbes gloria & libertate pollet / Iccirco & illi principem militię celestis prepositus nō ambigimus. Atq̄ quia nomen eius mirabile / an nobis quale in se sit ignoratur ipsum ego ab effectu eiusmodi custodię / Principem siluam appellauerim ueluti & illum Florentię urbis Florentius. BABALIVS. Fuit necne opus tali custodia Christo domino? Nam & ipse infimilitudine hominum fuit factus / & habitu inuentus ut homo / Deinde an primus pater hominūz Adam in statu illo innocentię in quo nil ipsum ledere poterat talem habuerit. An etiam uirgo gloriosa Maria ab angelis custodebat scire cuperē? BENIGNVS. Patrocinio angelico Christus dominus nō indi-

guit. Semper enim uerus Deus uerusq̄ comprehensor diuinitatis fuit. Si tamen custodia nomine obsequii atq̄ ministerii accipiatur habuit & ipse Angelos nō quidem proprię custodez / Sed potius ministros iuxta illud accesserunt Angeli & ministrabant ei / tamen quia Paulo minus angelis erat minoratus ab eis interdum confortabatur. Presertim tempore illo / quo omnimode a patre derelictus erat. Homo autem in statu innocentię eguit angelo custode / Nō quidē ob aliud sed solum propter insidias Demonum : quę & preualuerunt contra hominem / ut patuit ipso rei euentu. Virgo autem illa : quę ea puritate nitēbat : qua maior sub deo nequit intelligi & si ab ipso trino Deo propter nimiam dignitatem absq̄ ullo medio custodiretur. Criso. tamen infimitam Angelorū militiam ad gloriosę uirginis obsequia deputatam non ambigit / ut custodiret lectulum Salomonis ornatissimum. Et ne hostis iuadere eterno regi preparatum hospitium. BINCIOLVS. Quo tpe Angeli homines custodire incipiūt / An a tempore baptismi / aut a tempore ipsius natiuitatis. BENIGNVS. Origenes utraq̄ opinionem recitat. Sed diuo Hieronymo nostro gratior est illa : quę dicit a tempore natiuitatis. Hoc enim beneficiū accipit homo nō ratione / qua christianus sed qua immortalis / & curę celestis inferendus si uoluerit. Et quę uis precipue mittantur ut illos custodiant : qui hereditatem capiunt salutis / omnibus tamen ad custodiam deputantur / sicut & omnibus precepta salutis dantur : & sicut omnes homines Deus uellet salues fieri / Et ad agnitionē ueritatis peruenire. Neq̄ solum deputantur ad custodiam / ut mentem illustrent talis enim illustratio pueris non competit / Sed etiam ut Demones arceat & reliqua nocumenta prohibeant. Sed an subito ut anima sit creata Angelus deputetur ad custodiam ipsius. An postq̄ ipse puer amare per ortū separatus est. Et quidam theologorū uidetur tales custodes hominibus deputari post natiuitatem ex utero / eo q̄ proles dum est in utero materno ab eiusdem matris custoditur custode. Est enī aliquid ipsius ueluti & fructus duz arbore





pendet est aliquid ipsius arboris. Alii uero putant subito / ut nascitur in utero / & ut anima ipsius hominis creatur Angelus ibi incustodiam deputari. Est enim alia persona a matre / & aliud nature humane suppositum. Ideo & alius nequit custodem si singulis hominibus singuli Angeli ad custodiam deputentur. Vtraque harum opinio nunc teneri potest / Sed posterior acutioribus gratior uidetur. Et ueluti ab exordio perfecte conceptionis hominem Angelus custodire incipit ita usque ad mortem ipsum custodire non desinit. **BONDIVS.** Jeremias ex persona Angelorum ita loquitur / Curauimus Babilonem & non est curata derelinquamus ergo eam. Et Esaię. v. Minatur Deus anime ingrate & in peccatis obstinate dicens auferam sepem eius & erit in conculcationem. Per sepem autem custodia angelica intelligitur. Deinde Deus interdum dicitur hominem derelinquere iuxta illud / Quare me dereliquisti. Ergo & angelus ipsum derelinquet. Preterea ut Damascenus dicit Angelos dum hic sunt non esse in celo / Ergo quando sunt in celo non sunt hic nobiscum / Sed aliquando nostri custodes Angeli sunt in celo / ergo tunc non sunt nobiscum. Et per consequens nos derelinquunt. **BENIGNVS.** Ad hoc ultimum dico / quod nos non derelinquunt / ac si ne scirent / que circa nos agantur. Et cito poterit ad esse / si agnouerit nos penitentia sua indigere. Reliqua omnia simul soluentur / Relinquit enim interdum Angeli homines / Relinquit & Deus quos ipsum permittunt in mala aliqua / tribulationes & calamitates incidere / Nunquam tamen omnimode relinquit quin aliquo modo defendat & custodiant. Non custodiunt etiam aliqui / quia non amplius suasiones angelicasque orationes suscipiunt / quibus dicitur Caue ne quando derelinquat te me dicens / siue angelus domini / Et hi solent diei indurati & obstinati. Angelos enim ut inquit Aurelius repellimus / quoniam eorum consilio non acquiescimus & uidentes se operam perdere dicunt derelinquamus eum. Et eo modo Hieronymus loquitur quando dicit in fructuosa est anima / que non habet Deum hospitem nec presidium angelorum.

A deo autem haec custodia est singulis hominibus deputata ut neque ipsi Antichristo uideatur subtrahenda. Et si non ut bona exerceat opera / quorum sit futurus obstinatissimus / tamen ne prolabare in peiora / aut ne tantum sanctis noceat quantum eis nocere a Dyabolo investigabitur custos angelus erit deputatus. **BONDIVS.** Damascenus uidetur priuare illum pseudo prophetam custodia angelica. **BENIGNVS** Priuatur inquam quo ad illustrationem / Et bona opera exortationem / non quo ad illa / que diximus.

Quo pacto Angeli dolent de interitu hominum quos custodiunt Et pro ipsis pugnant ipsosque amant. Ca. xv. **BOCIGNOLVS.**



Lere Angelos duos animas / quas custodiunt amittunt Esayas ostendit dicens angeli pacis amare se debent. Deinde quod tristitia accidit ex his rebus / que alicui nolenti eueniunt. Sed certum est angelos nolle perditionem illarum animarum / quae sunt patroni. Igitur si amittantur eiusmodi anime ipsi contristabuntur. Si quoque magnum gaudium est illis super uno peccatore penitentiam agente. Non minus in erit illis dolor super peccatore Deum atque penitentiam contemnente. Est quoque Origenis super libro numerosum / Capite. xviii. In fine / Angelos in iudicium trahi ut agnoscat an ipsorum negligentia / uel hominum ignauia aut malitia tales lapsi sint in talia facinora. Quare dolebunt de tam rigido examine. Alia autem ex parte uidentur dolere non posse / quoniam in eis sit perfecta foelicitas / qua habita mors ultra non erit neque luctus / neque clamor / neque ullus dolor. **BENIGNVS.** Nihil est quod absque iussu summi imperatoris Dei in mundo fieri contingat / Et quomodo ipsi angeli in uolendo sint coniuncti diuinae uoluntati / non possunt dissentire a diuina uoluntate / & ita nihil poterit prouenire contra eorum uoluntatem. Unde si etiam tu uis nihil accidere tuis uictis contrarium uelis quod ipse Deus uult / & omnia tibi aduota succedent. Quamobrem non tristabuntur angeli absolute loquendo & omnibus pensatis contristarentur tamen danno humano considerato.



Nollent enim malum homini) nō tamen contri-  
stantur ordinem diuinę iustitię talia mala uel  
uolente uel permitte[n]te considerantes. Possz q̄  
dici angelos dolorem ex damno hominum esse  
subituros. Ni beatitudinis ingens gaudium do-  
lorem illum absorberet. Et ueluti ingens ignis  
guttullam aquę in missam consumeret. Veluti  
etiam ipsi beati homines qui in hac uita peccau-  
erunt si peccatorz recordentur dolebunt certo et  
uehementius q̄ uiatores. Quo enim quis magis  
amat eo magis de ofensa amari dolent sed Deo  
dolorem suspendente nil dolebunt. Ita & angeli  
dolerent forsam interitum hominum accertime-  
si & Deus ipse dolorem nō suspenderet. & gau-  
dium beatitudinis non expelleret. Esaias itaque  
Nominē angeloz qui amare sētāt nūcios regis  
Ezechie; qui ob uerba durissima ipsius Rapsatis  
fleuere. Qui etiā angeli designant allegorice Chri-  
sti apostolos Immo & omnes predicatorz qui  
populorū peccata desunt. Vel si ipsos ueros ange-  
los intelligere uelis illi q̄ flent & plorant eo mo-  
do quo diximus. Gaudent itaqz actu de conuer-  
sione peccatorz. Flere autem ipsorū obstinatio-  
nem & damna si permitterentur. Neqz ad iudi-  
cium conuocantur tanq̄ rei sed tanq̄ testes ho-  
minum ignauit̄ atqz insipientię. BVCHIVS.  
Pugnare q̄ angelos inter sese ex Daniels pro-  
phetia maxime percipimus. Nam in persona Ga-  
brielis loquens dicebat princeps regni persarū re-  
stitit mihi uiginti & uno diebus. Intelligebat  
autem per regni persarū principem angelum ex  
illo ordine tali regno prepositum. Vbi etiam fit  
mentio de principe Grecoz. Iccirco supius dixi-  
sti principes esse prefetos regnis, prouinciis &  
rebus publicis. BENIGNVS. Vnusqzqz opti-  
mo iure pro suis clientibus decertat. Angeli eo-  
dem modo sibi commissos super omnes alios amāti  
Suosqz maiores atqz digniores esse cuperent. Ic-  
circo & suos quousqz diuinum beneplacitum cō-  
stet defendunt. Quāuis nōnulli per principem  
persarū malum angelum ibi intelligant: q̄ po-  
puli Dei liberationi obstitabat. Sicut enim Gre-  
Vnicuiqz homini bonum angelum ad custodiā  
& malum ad exercitiū deputatum censet. Ita

forfan & uniuscuiqz regno & bonus & malus prin-  
ceps conceditur. Verz bonos angelos nobis incu-  
stodiam datos exploratius est ex sacris litteris at-  
qz doctoribus. Mali autem forsam potius ipsi  
met nos deuorare quęrunt propria iniquitate.  
Illud tamen a Deo permittitur ob nostrum exer-  
citiū. Mali itaqz permittuntur nos infestare &  
non proprie deputantur. Boni autem ad custo-  
diam diuino beneplacito deputantur & destinā-  
tur. Non itaqz angeli suos clientes defendendo  
quicq̄ agunt contra iusticiam. Sed semper inter  
eos est charitas perfecta iuxta illud Iob. xxv.  
Qui facit concordiam in sublimibus.

**C** De impugnatione maloz. An talis impugna-  
tio sit a Deo. Et an temptare sit proprium De-  
monis si q̄ omnia mala fiant demonum sugge-  
stione. Ca. xvi. **OLVCAREVS.**



**M**alos Angelos homines impugnare se-  
pius legimus. An ergo talis impugna-  
tio sit a Deo. & an tentare propriū sit  
demonis. Si q̄ omnium hominum pec-  
cata ex tentatione demonum proueniant. Et an  
miraculis ualeant homines seducere. Et tandem  
si superatus Demon ab homine ab ulteriori im-  
pugnatione arceatur. Hęc nos te cuperem. BE-  
NIGNVS. A deo inq̄ omne malum in bonum  
trahente & ex omni malo bonum quodpiam elli-  
ciente hęc impugnatione hominum a demonibus  
est permessa. & ea ex parte qua bonum & illa elli-  
citur est etiam aliquo modo ab ipso ordinata.  
Quāuis ipsi demones inuidia ducti salutem ho-  
minum impedire conētur. Et ipsi met ministros  
diuersos hominibus diuersis instituunt diuinę  
potestatis similitudinem ob superbiam sibi usur-  
pantes. Iccirco apostolus nobis colluctationem  
esse aduersus principes & potestates. & hęc tene-  
brarū rectores affirmat. Permittuntur igitur De-  
mones hominem ad peccatum inducere ad ipsuz  
uero puniendum interdum etiam a Deo mittun-  
tur. sicut legimus de rege Achab ultimo tertii re-  
gum. Et fortior est homo atqz prudentior sui an-  
geli comitatus patrocinio ipso Demone. Vnde  
Eliseus in. vi. quarti regum dixit ad seruu3 suuz  
Noli timere plures eniz nobiscuz sunt q̄ cuz illis



L  
Et ostendit ei presidia angelorum: que iuxta ipsius  
erant. De altero quod inquirebas an temptare sit  
proprium Demonis / Dicimus quod temptare cum  
animo nocendi & in peccatum precipitandi sem-  
per est proprium officium Demonis. Unde si ho-  
mo eo animo alius temptet Sathanę officio fun-  
gitur. Deus uero nos temptare dicitur ut sciat hoc  
est alios scire faciat uirtutem nostram. Et sic tem-  
ptauit Abraham / Sic etiam dicitur Deuterono  
mii. xiii. temptat uos dominus Deus uester / ut  
palam fiat utrum diligatis eum. Caro & mundus  
etiam temptare hominem dicuntur / quia sunt in-  
strumenta cognoscendi uirtutem hominis in eo quod  
etalia uincit aut talibus succumbit. Que duo hoc  
est caro & mundus interdum sunt instrumenta:  
quibus Demon ipse utitur. Homo autem peccator  
dicitur temptare Deum dum experiri presumit  
sine necessitate / eius uirtutem / & potentiam. Ideo si  
bi dicitur non temptabis dominum Deum tuum. Lo-  
gici quoque syllogismum quedam temptatum uo-  
cant / Ut experiantur scientiam alterius omnis  
itaque temptans experimentum scientie de alio que-  
rit / ex eo quia uel ignorat ipse uel si nouit cupit  
tamen ut alius innotescat / Quererebas preterea an  
omnia peccata ex demonum temptatione proueniunt  
In quo que tibi difficultas. Ea certo / quia Dama-  
scenus omnem malitiam & omnem immunditiam a Dia-  
bolo exegit esse affirmat. Similiter Dionysius. iiii.  
de. Di. no. Demones causas omnium malorum fate-  
tur Quod confirmare uidetur Saluator Io. octauo /  
dicens Iudeis / Vos ex parte Diaboli estis. Innuens  
omne peccatum Diaboli suggestione prouenire.  
Est mihi ad id & ratio Veluti enim omnia bona  
que facimus inspiratione bonorum angelorum faci-  
mus. Diuina namque ipsis mediantibus ad homines  
referuntur. Igitur & mala uniuersa suggestio-  
ne Diabolica committi sunt dicenda Ex alia uero  
parte me molestat libertas arbitrii nostri: quo ui-  
demur posse deuiare / labi & errare absque ulla co-  
citatione exteriori. Estque ad hoc & Aurelianus  
toritas in li. de ccle. dog. dicentis Non omnes co-  
gitationes nostre male a Diabolo excitantur / Sed  
aliquociens / ex nostri arbitrii motu emergunt.  
Unde & Origenes dicebat / Etiam si Diabolus non

esset homines haberent appetitum cibi / & uentrem  
& huiusmodi / circa que certo multa contingunt  
ordatio. LVCAREVS. Illi primi omnia ma-  
la siue peccata Demonibus attribuentes intelligen-  
di sunt / quod Demones indirecte etiam occasiona-  
liter possunt dici suggestores omnium peccatorum no-  
strorum. Instigauerunt nempe primum parentem ad  
peccatum. Cuius peccati causa pronitas peccandi  
omnes ipsius filios inuasit. Non quidem ut sine  
tali pronitate peccare non possent. Adam enim pec-  
cauit ante talem pronitatem / Sed quia re ipsa sic est  
Augustinus uero & Origenes intelligunt nos pec-  
care posse. Immo & interdum peccare absque actua-  
li suggestione Demonum. Sunt ergo peccatores filii  
Diaboli eo quod opera sibi grata & ad que primum  
hominem induxit assidue complent. In quo ipsius  
imitantur (qui ab initio peccat) tanquam mali filii  
pessimum parentem. An autem ratio illa ualeat ut ueluti  
nequimus bona operari sine instinctu bonorum  
angelorum / ita neque mala sine instigatione malorum  
ambigimus. Quia facilius est pueri quam conuerti la-  
bi & errare quam recte atque iuste uiuere / Mala namque  
ex nobis possumus / bona uero forsam non sine ad-  
iutorio. De hoc tamen superius diffuse disputa-  
uimus cum illo Arimineni. Similiter an bonorum  
angelorum instinctu omnia bona fieri dubitari possunt.  
De Miraculis demonum Et an homines illis  
possint decipi. Si que omne illogice miraculum  
sit falsum. Ca. xvii. LVCHEVS.



Identur homines posse decipi miracu-  
lis falsis demonum / Nam Aug. i. li.  
lxxxiii. q. ait. Magicis artibus fiunt  
plerumque miracula / illis que per seruos  
Dei fiunt similia. Et tamen non uidentur Demo-  
nes miracula facere posse nisi falsa. Quod patet  
ex eo / quia Antichristus totam uirtutem exhau-  
riet Behelzebub siue Luciferi in conficiendis mi-  
raculis: que tamen dicuntur signa & prodigia me-  
dacia / ut patet in secunda Ad thesaloni. BENI.  
Miraculorum proprie non fit nisi a solo Deo. Que-  
dam tamen hominibus insueta: & quorum rationem  
non capiunt etiam si natura fiant / quia sunt ipsis  
mira nomine miraculi illa appellant. Miramur  
namque omnia: que supra facultatem & naturam



cognitionem fiunt / ueluti diebus nostris quidam  
 greci artez ludendi super funes / atq; rudentes i  
 aere suspensos adiuenerunt quos antiqui appel  
 larunt schenobatas. Ita enim gradiuntur Immo  
 currunt & alios actus atq; motiones sup eiusmo  
 di funes faciunt / ac si super terram de ambula  
 rent. Quod ignorantes uim humani ingenii pro  
 miraculo accipiunt. Possunt itaq; Demones mul  
 ta omnibus hominibus admiranda facere / appli  
 cando causas actiuas passiuas: que quidē nō erūt  
 fantasmata / sed re ipsa talia. Omnia tamen dicū  
 tur signa mendacia / Ex eo quia fiunt ab eis ani  
 mo decipiendi. Fuerunt priscis temporibus phi  
 losophi quidam qui Magi dicerentur / eo q; sci  
 rent constelationes siderum & uires corporum i  
 ferioz / Et norant applicare agens patienti sub  
 tali constelatione / Et producebant ea in breuissi  
 mo tempore & modo in consueto: que natura fie  
 rent in prolixiori tempore & modo usitatori:  
 que uulgas credebatur pars arte Demonum fieri /  
 pars uero diuina uirtute. Possunt quoq; Angeli  
 assumere corpora que dā / & boni quidē / ut plu  
 rimum humana alii uero figuras omniū anima  
 lium & interdū teterimas sibi formant. Abrahā  
 nanq; tres uiros inspexit. Loth q; duos angelos  
 in forma iuuenū hospitio excepit. Non tamen ta  
 le corpus informant quoz sint subposita & pso  
 ne predicamenti substantię: que neq; dicantur  
 de alio / neq; sint i alio. Neq; assumunt talia cor  
 pora ueluti uerbum Dei assumit naturaz huma  
 nam. Neq; illud corpus est perfecte mixtū. Qd  
 uel ex eo patet / quia subito resoluitur / nec ulte  
 rius apparet. Ipsi quoq; angeli nequeunt corpo  
 ra generare. Assumit itaq; tale corpus / hoc ē  
 in illo diffinitiuę existit / tanq; motor quidam &  
 illo corpore / ut quodā instrumento operationes  
 motui progressiuo similes atq; respirationi & in  
 spirationi exercet. Simili modo mouet manus &  
 palpebras & cetera membra / ac si eset homo si  
 ue animal uera functum uita. Et tales motus re  
 cipiuntur in eiusmodi corpore. At uisio & ten  
 sio nulla. Ipse uidet & audit in tali corpore exi  
 stens eo modo quo uidet & audit etiam sine illo.  
 Neq; tale corpus nutritur q; id propriū est ani

mati corporis / Comedere quidē nō d gerēdo (si  
 aliqua sit in ore / uel lingua digestio) sed cibum  
 terendo uel sciendo / & degluciendo potest.  
 Quē etiā ex halare siue i humores / aut elemta re  
 soluere artificiose ualet. Nō ergo potest tale cor  
 pus proprie augeri / quis ipse spiritus iuxta po  
 nendo elemta possit facere ipsuz corpus maius.  
 Ita ut uideatur creuisse. Sic etiā remouēdo iuxta  
 posita sese interdū tenuiorē & gratiorē fingit.  
 Nequeunt quoq; generare. Vnde si quando ge  
 nuisse dicantur id fieri potuit eo modo / ut primo  
 ipsi succubi humanū suscipiunt semen / Quod  
 industria in proprio uigore conseruatiū obserua  
 ta constelatione Incubi transfundant. Possent  
 forsan & Succubi ipsi semen humanū in corpo  
 re illo retinere / & mensuris adhibitis ita foue  
 re / ut inde concipiatur atq; nascatur puer. Illud  
 tamen corpus / quod assumunt / nequit esse cele  
 ste quoz a peregrina ipressione ipsuz sit alienuz.  
 Neq; ex unico elemto ualent tale corpus confice  
 re / quoz nō sit susceptiuū qualitātū corporis mi  
 xti simplex elemtū. Vnde ex solo aere illa confi  
 cere corpora maxime repugnare uidetur. Neque  
 dicantur assumere corpora hominū uiuentiū q  
 uis ea interdū opprimant & uexent / ut constat  
 de his quos arreptitios uocare consueuimus. As  
 sumunt quandoq; cadauera: que sunt mixta per  
 fecta / non tam ab eis confecta ueluti Demonez  
 aiunt semel assumpsisse cadauer cuiusdā regis &  
 eo modo totū perlustrasse regnū. Et florentię fa  
 ma publica uniuersis notū ē Esculanū illū Puel  
 lam quandā extinctā Demonis ingressu in cada  
 uer ipsius cunctis / ut uiuā longiori tempore ap  
 paruisse. Et aduerte quando spiritus ille mouet  
 assumptū corpus / mouet etiā instrumta illius cor  
 poris & uoces significatiuas format / & ita uidet  
 homo perfectus fretus omnibus potentiis natu  
 ralibus. Ex his: que diximus constare tibi pote  
 rit: quod que rebas luculentissime. LVCHE.  
 Dicunt Demonē semel superatū / nullū hominē  
 neq; de illo / neq; de alio crimine unq; tentare  
 posse. Alii uero aiunt eundē quidē nō posse alios  
 uero posse / Vtrū horū rectius dicitur? BENI.  
 Posterior opinio potius a theologis comdat / ad



dendo q̄ quandoq; etiam ad eundem temptan-  
 dum / aut etiam uexandū reuertitur iuxta illud  
 reuertar in domum meam unde exiui. Vnde &  
 Lucas dicit Consumata omni temptatione Dia-  
 bolus recessit ab eo / hoc est Christo / usq; ad tem-  
 pus. Huius autem rei duplex ratio assignatur.  
 Nam ut Crisostomus ait / Non tam diu homies  
 Demon temptat q̄ diu uult / sed q̄ diu Deus per-  
 mittit. Q̄ ergo non temptet ulterius diuine cle-  
 mentię a scribitur. Prouenit id quandoq; ex ip-  
 sius Demonis astutia & caliditate / Quādoq; n.  
 temptare desistit timens ne iterę (quod sibi mole-  
 stissimum) uincatur. Et hoc Innuit Ambrosi⁹  
 super Lucam. Nos itaq; ipsius tentationis pro-  
 uirili nostra resistamus Et bonorę angelorę istin-  
 ctus toto animo sequamur. Quo tāq; uictores cū  
 illis super na regna possideamus prestante ipso fi-  
 lio Dei domino nro. Cui cū patre & spiritu sanc-  
 to est unus honor & gloria per infinita seculorę  
 secula Amen.

FINIS.

¶ Argumentum . Libri.

Ctauo idus Iulii anno eodem Ci-  
 ues Epidaurini colloquio mu-  
 tuo eadem in q̄de Diuę Genitri-  
 cis inquirere cœperunt : siquid  
 aliud de celestibus incolonīs di-  
 sputandum foret. Videbant q̄p  
 p̄ omnes eorę conditiones superioribus diebus  
 enucleate fuisse. Tunc Gotius ille peracutus sub-  
 tilissimas de quo atq; lationib⁹ angelorę questio-  
 nes proposuit. Quę Araneus ac Ceruinus p̄te⁹  
 q; ac Bonus necnō & subtilis Georgeus / meus al-  
 tiduus discipulus sunt secuti; patribus concri-  
 ptis sententiam ferentibus. Ita ergo exorsus est.

¶ Capita Noni Libri.

- ¶ Varię opinioēs circa diffinōnē eui. Ca. .i.
- ¶ Aeuu; ponitur quid successiuu; multifaria,  
 ab existentia angeli distinctum. Ca. .ii.
- ¶ An sit unum euum omnium euiternorę ubi  
 una opinio p̄fertur. Ca. .iii.
- An operatio Angeli quo mensuretur & impro-

batur opinio ponens tempus discretū. Ca. .iiii.

¶ An Angelus sit in loco & quo pacto ubi im-  
 probatur una opinio. Ca. .v.

¶ Quo pacto Angelus sit in loco noua & acuta  
 uestigatio. Ca. .vi.

¶ Soluuntur rationes Angelum non posse im-  
 pluribus locis simul esse dicentium. Ca. .vii.

¶ Angeli plures possunt esse in eodem loco si-  
 mul. Ca. .viii.

¶ Angeli possunt moueri de loco ad locum mo-  
 tu continuo. Ca. .ix.

¶ Nulla repugnantia est Angelum transferri  
 ad locum. Ca. .x.

¶ Angelo nō repugnat a seipso moueri. Ca. .xi.

¶ An Angelus possit moueri i instanti. Ca. .xii.

¶ Si possibile sit angelum transire de extremo  
 in extremum nō trāscundo p̄ mediū. Ca. .xiii.

¶ Incipit liber Nonus de quo locoq; ac de latio-  
 nibus Angelorum. GOTIVS. Ca. primum.



Vom inter omnia; que de angelis que-  
 runtur difficillimuz sit scitu: Quo pac-  
 to ipsa Angeli existentia durare dicat̄  
 Quo ue pacto de loco ad locum mouea-  
 tur Iccirco / ut foelicem / atq; integrum toti huic  
 operi finem imponamus / de ipsoꝝ duratione / at-  
 q; delatione in presenti p̄scrutabimur. GEOR-  
 GEVS. Nil mihi magis cordi fuit / nec quicq;  
 difficilius / atque / etiam utilius putauī q̄ de his  
 duobus aliquid acute simul ac luculenter differe-  
 re; qui rem sublimes acutius pariter / atq; limpi-  
 dius declararet. Incipiamus ergo de ipsa Ange-  
 lorę duratione tractare. Deinde de loco & motu  
 Quoniam autem tres cōmemorari mensuras reꝝ  
 siue durationes accepi. Aeternitatem inq; euum  
 atq; tempus. Vtq; ualeam percipere / quid sit ip-  
 sum euum (Nam de eternitate alias de tempore  
 uero in phisicis edocebor) inquirō an sit necessa-  
 rium illud ponere tanq̄ aliquid ab existentia an-  
 geli re ipsa differens / Ita quidem ut eui; sit alia  
 res ab esse angeli. Deinde uestigo an in tali euo /  
 siue existentia Angeli sit uere ipsa forma succel-



9  
sionis hoc est. An successio secundū rationē for-  
malem & nō solū uirtute sit in existentia angelo-  
rum. Tertio an unū sit eū omniū rerū ipso mē-  
suratā: quas qdem res solent uocare: eternas.  
Quarto an operationes ipsorū angelorū: puta co-  
gnitiones & amores eūo mensurentur. Postre-  
mo declarato angelorū motu indagabit qua men-  
sura motus ille utrius uidelicet tempore / uel eūo  
mensurari dicendū sit. **BENIGNVS.** Decipit  
imaginatio multos. Credunt nanq; eū esse ali-  
quid aliud ab existentia rei eūo mensuratē. Qd  
qdem esse non potest. Nam possemus querere de  
illa tali mensura: quam eūū dicimus / quo & ipā  
duraret / semetipsa / an quadam alia re. Et si di-  
catur eūū se ipso durare pari ratione & ipsa exi-  
stentia Angeli poterat dici se ipsa durare. Im-  
mo & potius eo q; ipsa sit ens perfectius illo suo  
eūo: quod tu distinguis ab illa. Si enim eūū di-  
stinguat ab existentia rei erit quasi qdam passio  
talis existentie. Passio uero semper minoris enti-  
tatis & perfectionis est illo cuius est passio. Si au-  
tem quis dixerit ipm eūū per manere & durare  
non seipso / sed alia re absoluta / tunc ingremus  
eodem modo & de illa alia re / an seipsa / uel ali-  
quo sibi superaddito duret. Et concessio iterū: q;  
per aliam rem abibimus per uiam incognitam.  
Et (ut aiunt) inuiam. Pro cuius rei intelligentia  
aduertendū circa cuius essentiam multas fuisse opi-  
niones. Quidam enim dixerunt eūū esse mediū  
inter eternitatem & tempus. Eternitatem dicen-  
tes esse durationem principii & fine carentem.  
Eūū uero durationem principii qdem habentē  
sed fine omnino carentem. Tempus autem dura-  
tionem: que finem atq; principii habeat. Que  
qdem differentia accidentalis uidet. Nam si An-  
geli semper fuissent non minus eūo mensuraren-  
tur. Si q; desinerent esse (prout possibile est) ea-  
dem tamen mensurarentur mensura. Ponunt q;  
philosophi tempus nunq; incepisse / nunq; de-  
saturum / Neq; tamen eam ob rem tempus esset  
eternitas. Alii uero inter hec tria eiusmodi assi-  
gnant differentiam dicentes. Eternitatem nulla-  
tenus habere prius / ac posterius. Tempus uero  
habere utriusq; cum quadam nouitate / atq; uetu-

state. Eūū autē habere prius & posterius absq;  
ulla in nouatione aut in ueteratione. Vex hec op-  
inio contradiotionem in se claudit. Impossibi-  
le nanq; uidet priora transire & posteriora adue-  
nire absq; ulla nouitate / aut uetustate. **PV-  
TEVS.** Dicent forsan hi nouitatem talem nō  
referri ad mensuram: que est eūū / sed ad mensū-  
rata / puta ipsos angelos. Illi enim nil noui reci-  
piunt. **BENIGNVS.** Si res ille: quas tempora-  
les uocamus non essent nouitatis capaces / Neq;  
ullo modo transmutabiles neq; rent mensura prius  
& posterius habente mensurari. Vnde quarto  
philosophorū ex transmutabilitate rei mensuratē po-  
nitur prius & posterius in ipsa mensura. De hoc  
tamen an in eūo sit ulla successio postea uidebit  
Alii illud idem melius declarant Ita dicentes.  
Eternitas est mensura rei perfecte permanentis.  
Nihil enim mutabilitatis cuiuspiam potest poni  
in eternis / & omnes alię mensurę per recessum  
ab illa accipiunt. Nūc autē qdam rerū creatarū  
sunt transmutabiles etiam in substantia / & tales  
mensurant tempore. Que dā uero minus recedūt  
a stabilitate essendi. Non enim transmutant se-  
cundū substantiam / sed solū transmutant secun-  
dum accidens / Veluti sunt corpora celestia: que  
solum transmutabilia sunt secundum locum / &  
Angeli ipsi: qui solum in operationibus atq; ac-  
tionibus mutantur. Et huiusmodi entia dicunt  
mensurari eūo / Et eo modo eūū est mediū in-  
ter eternitatem & tempus. Eterna nanq; omnino  
inmutabilia temporalia omnino mutabilia eūi  
terna uero partim immutabilia / partim mutabi-  
lia. Enū uero hec q; opinio quanti ualeat ex his /  
que posterius dicemus constabit. ¶ Aliqui etiam  
ponunt eūū esse quandam q̄tatem successiuam  
tamen a tempore differentem quia in eūo in diui-  
sibile dicunt succedere indiuisibili / Non ita est  
ī tempore / ut patet sexto philosophorū ubi inter que  
cuq; duo indiuisibilia ponit tempus mediū.  
¶ Non nulli q; eūū ponunt quantitate discre-  
tam. Dicunt nanq; unū queq; Angelum & unā  
quāq; rem eūo mensuratā / in se indiuisibile esse:  
& ex his indiuisibilibus eiusdem speciei / quorū  
unū quodq; suū proprium mensurabile men-



L  
surat constitui quantitatem discretam: que sit  
quidam numerus / ueluti in rebus corporeis nu-  
merus etiam qui surgit ex unitatibus indiuisibi-  
libus. Pro qua opinione rationes posterius addu-  
centur. GEORGEVS. Ego semper tua audire  
cupio. BENIGNVS. Recitare oportet & aliorum  
opinionem: ut ex omnibus ueritas rei luculentius  
appareat. Vnum certum est & ab omnibus con-  
cessum / Euum mensuram esse. Mensurare autem  
nil aliud est quam pernotius quidpiam ignotum ip-  
sum reddere certum. Hoc autem contingit mul-  
tifariam interdum namque homines per quantita-  
tem quam mente uel imaginatione retinent / cer-  
tiores fiunt de quo: uicque occurrente quantum sit. Inter-  
dum uero certiores fiunt per quantitatem in re  
existentem. Et hoc trifariam. Interdum namque  
mensurant cetera per accessum eorum ad nobilissi-  
mum & maximum / & per recessum ab eodem.  
Quo pacto re aliqua perfectiore mensuras res im-  
perfectiores / & propiores rei maxime iudicamus  
nobiliores / remotiores uero ab illa ignobiliores,  
& eo modo ipso deo / qui actus purissimus men-  
suramus cetera. Interdum uero maiora mensura-  
mus minoribus replicando illud minus / & plu-  
ra paucioribus ueluti minori numero maiorem /  
& omnes numeros metimur ipsa unitate. Inter-  
dum quoque metiunt homines equale equali uelu-  
ti applicando cuiuspiam aliquod tricubitum si neque  
excedat / neque excedat / iudicamus illud cui talis  
mensura applicata est esse tricubitum. Oportet au-  
tem mensuram: quae ex sui natura est mensura esse no-  
tiorum natura illo quod mensurat. Et ita si tem-  
pus sit mensura motus ex parte rei erit notius na-  
tura ipso motu. Sepe tamen huiusmodi est men-  
sura illud quod ex natura rei non est notius: ue-  
luti cubito lignum mensurat / neutrum tamen est al-  
tero notius ex natura rei. Semper tamen quo me-  
suramus ea ratione notius est re ipsa inmensurabili.  
In re igitur nostra non uidetur mensuram Angeli  
esse aliquid extra ipsius existentiam. Illa enim  
esset equalis ipsi existentie. Atque quoniam illa existen-  
tia sit omnino impartibilis nequit per ullam par-  
tem quasi replicando mensurari. Quomodo itaque plu-  
ra non sunt ponenda nisi rei natura compellat / Et in

re hac nil compellit opinari aliam esse mensuram  
quam ipsam existentiam angeli. Quare cum non differat  
neque aliud est ab existentia illius rei: quae uo me-  
suratur. GEORGEVS. Tempus differat a mo-  
tu ex.iiii. physicorum. Igitur & cum ab eueterno. Con-  
sequencia patet a simili & antecedens probatur a  
philosopho ibidem. Tempus namque non est uelox  
nec tardum / Motus uero est. Quamdoque autem  
aliqua sunt idem omnino / quicquid de uno illo-  
rum dicitur & de reliquo dicitur / Vt patet per phi-  
losophum in post predicamentis. Deinde si quan-  
titas permanens esset mensura existentie angeli il-  
la esset alia a tali existentia. Igitur si etiam quanti-  
tas successiua ponatur ipsius mensura erit alia ab ip-  
so. Similitudo patet quia permanens & successiua  
sunt eiusdem generis. BENIGNVS. Negabit  
tibi similitudo: quam in priori argumentatione  
posuisti. Non enim consequentia illa ualet tem-  
pus distinguitur a motu. Igitur & euum ab existen-  
tia angeli. Possemus etiam dicere tempus non diffe-  
re a primo motu / Sed solum ab aliis motibus  
illo primo motu mensuratis. Sic forsitan neque  
euum differat a primi angeli existentia. Poterit ta-  
men differre ab angelorum inferiorum / de quo ta-  
men paulo post uidebitur. Ad alteram tuam ob-  
iectionem / dicimus non concedendo Angelorum  
existentias ulla quantitate metiri / neque perma-  
nenti / neque successiua / neque partibili / neque impar-  
tibili. Quod etiam in sequentibus clarius constabit.

Opinio de euo: ponens illud ab existentia an-  
geli differre & dicens illud esse successiuum.  
Ca. ii. ARANEVS.



Uti euum ab angelis differre putant  
ipsumque successionem quandam atque  
prius & posterius suscipere dicunt. Et  
illud probant primo ex parte conserua-  
tionis hoc modo. Presupponimus dictum Augu-  
stini super gene. ad litteram li. viii. Aerem non  
esse factum lucidum sed fieri lucidum hoc est /  
Lumen aeris iugiter dependere a sole ita quod mini-  
mo momento / si sol recederet aer non remaneret  
ullo pacto lucidus. Est enim sol causa luminis non  
modo infieri / uerum etiam infactorem / Vnde  
ibidem li. xiiii. Idem Augustinus Deus inquit /



non ita se habet ad creaturaz / sicut edificator ad domū. Et inuit / q̄ se habet ad creaturā deus ueluti sol ad lumen transfusum ī acra. Neq̄ conseruare dei creaturā est solum illam nō destrūere s̄ est aliqd̄ circa ipsam agere / alioqn̄ nō claudens fenestrā diceret conseruare lumen. Confirmatur Nam anihilare nil aliud est q̄ nō agere / Igit̄ cōseruare ēt aliquid agere. Hoc uel ex eo patere poterit. Nullam nāq̄ creaturam ī suo esse ī dependentem dicimus. Nam si esset quidem creatura / nec tamen ullo pacto dependeret diceret utique actus purus. Quod p̄ absurdum. Depēdet itaq̄ omnis creatura a primo ente. Nō solū / ut a causa que iam dederit esse & nihil ulterius conferat / s̄ tāq̄ a cā: que & presterit / & assidue prestat suo effectui esse. Secus conseruare nil aliud esset / q̄ prius egisse & nunc destrūens nolle. Ex quibus concludit̄ quū Angeli differre ab ipso / & habet̄ prius / atq̄ posterius. Semp. n. conseruando angelus deus dare uideēt assidue sibi esse. Et unū dare est prius altero ex illis uero pluribus largitio / nibus resultat / & quasi constat̄ ipm̄ quū Angeli Probant̄ ēt eandē conclusionē sic. Si esse Angeli esset simplex & iuariabile / Igit̄ sicut nō p̄t̄ non fuisse / Ita nō posset nō fore. Si. n. omnino imutabilis est nō poterit nō fore / Consequens est falsū Ex quo sequit̄ q̄ quom̄ nequeat pro eodē signo siue instat̄ / esse & nō esse / q̄ pro alio erit & pro alio nō erit / & pro alio nunc deus uult Angelū creare / pro alio uero ipsum anihilare / alioquin Contradictoria uera essent pro eodem nunc / q̄ est impossibile. Addunt & tertiam rationē sic. Si ī existentia Angeli nulla sit successio formaliter / Et certum sit ipm̄ tempore īfinito duratur̄. Igit̄ totam durationē simul habet / Si nō dicat̄ ibi aliquid succedere / Et ita habebit durationē īfinitā formaliter. Confirmat̄ / Quicqd̄. n. est ex se tale ut possit coexistere īfinitis est in se īfinitum. Si ergo angelus haberet ī se p̄ q̄d̄ posset formaliter coexistere uel locis uel tēporibus īfinitis esset īfinitus. Quarto mō pbant̄ illud idem sic iducēdo. Possibile est Angelum fuisse creatum īnocentēz deinde peccasse. Similiter unum Angelum possibile est prius creati / deinde annihilari / atq̄ rur

sus creati. Que certo fiet ī diuersis nunc. Si ergo alius angelus pro omnibus illis signis permanēs certum est ipm̄ ī esse suo habuisse prius & posterius. Idem sequetur / si ponat̄ unus creati / & de inde annihilari / & iterū nō ille sed alius creati. Confirmant autem suam opinionem ēt sanctorū dictis Augustinus nempe. xii. confessionum (exponendo illud psalmi / Tu autem idē ipse es / & anni tui nō deficient) ita inquit / Nunc temporis si semper staret / & nō flueret nō esset tempus sed eternitas. Sic ipsi arguūt de quo q̄ si nō flueret eternitas esset. Idem Augu. iiii. super gene. exponens illud euangelicum ( Pater meus usque modo operat̄ ) ait usq̄ modo opis cotinuationē significat. Ex quo īferunt ipsum Deum / ea que a principio operatus est assidue cōseruando operari. Boetius q̄ d̄ trinitarij sic ait In Deo esse est tm̄ presens non curres. Nunc autem fluens facit sempiternitatem hoc est euum / Et paulo ante promiserat quāuis secundum philosophos possit dici de corporibus celestibus / atq̄ spiritibus q̄ semper sunt. Magna tamen est differentia in semp̄ esse / ac si diceret alio modo dicimus semper deuz̄ esse / alio autem celos / & spiritus. Anselmus ēt. Profologi. xx. dicit / Loquens cum Deo / Hoc modo transis omnia ēt eterna / quia tua & illorū eternitas tota tibi p̄ns est / quum illa nō dum habeant / de sua eternitate / quod uenturū est / sicut iam nō habent / quod preteritum est. Et nosster Hieronymus ad Marcellam / solus deus nō nouit fuisse / nec futurū esse. Damascenus q̄ li. p̄rio. ait / Seculum dicitur quod semp̄ protendit̄ cum eternis / uelut spacium. Confirmat id & Grego. mora. xxvii. super illud / Numerus diez̄. De angelis loquens sic ait. In eis initiuz̄ cernimus quuz̄ mentem retro reuocamus. Ex quibus satis constat differentia quā duplex / tam a tempore / q̄ ab eternitate. Est. n. euum proprie quantitas habens propriam diuisibilitatem nō quidem in partes permanentes / sed successiuas. In quo idiuisibile succedit idiuisibili / & ipsuz̄ nunc cui raptim transit quo transeunte / & ipsa existentia angeli transiret nisi causa prima illud esse poneret ī alio nunc. Et illud ponendo ī alio nunc nō causatur

P



aliud esse sicut est successiuus: in quibus semper aliud & aliud accipimus. Sed idem esse ponitur in finibus: ita quod prima positio ipsius esse dicatur creatio. Quia sine medio sequitur ipsius rei non esse. Vna quaeque uero sequentium positionum ipsius esse uocatur conseruatio. Creare namque est post nihil esse dare. Conseruare uero est iam datum esse iterum tribuere. BENIGNVS. Possemus eandem conclusionem: quam opinio illa tenet & aliorum intentione aliter declarare. Imaginemur totam angeli existentiam eandem permanentem habere assidue alium atque alium respectum ad ipsam causam. Ita quod ipsa tota essentia sub uno respectu ad causam tuam considerata intelligatur tibi ipsi succedere, prout sub alio respectu ad eandem causam conseruantem comparatur. Et hoc modo eum habebit quaedam successionem nec tamen erit unitas. Sed potius respectus uel ipsorum respectuum sibi succedentium multitudo aggregata. Eritque eum multitudo talium respectuum. Et unusquisque respectus erit nunc ipsius eui. GEORGEVS. Ad modum mihi placet opinio ista, modo defendi posset ne ex illa aliquod impossibile sequatur. Cuidam namque uidetur non posse defendi ut ibi sit uera respectuum successio: absque ulla nouitate in quocumque absoluto manente namque eodem omnino fundamento: eodemque termino quo pacto poterit intelligi respectum succedere respectui? Alterius namque respectus altera extrema ponuntur. BENIGNVS. Difficile illud ostendere, non tamen impossibile. Stante enim illa sententia ut creatura ita dependeat a Deo: sicuti radius a Sole: ita rem hanc declarabimus. Presupponimus primus alias probaturi positio diuino uelle circa aliquam creaturam pro tali tempore atque tali ponitur illius creaturae esse & hoc antequam ullus respectus in tali esse creaturae fundatur. Nam nequit respectus suo fundamento in esse naturae praeter intelligi: neque prius illo existere. In primo itaque signo est ipsum uelle diuinum quo uidelicet uult creaturam existere. In secundo signo est ipsa creatura. In tertio uero fundat respectum producti siue crea-

ti. Sed hic imaginatio decipit multos. Credunt enim prius esse productionem aut creationem re ipsa producta & creata. Et sic opinantur relationem esse priorem fundamento aut termino. Quorum utrumque est impossibile. Hoc & priori illa sententia stante, ut assidue res a Deo dependeat. Sequetur uelle illud diuinum quo pro tunc aut pro tali instanti uult creaturam non sufficere pro illius rei conseruatione sed oportere ut illam iugiter uelit hoc est & pro alio nunc uelit & pro alio usque ad totam illius periodum: uel semper uelit eam a parte post: ut angelos. Sicut igitur positio pro tali nunc uelle diuino sequitur esse rei Deinde fundatur in ea relatio producti siue creati. Ita in secundo nunc positio circa eandem rem uelle diuino ipsa res quasi iterum ponitur in esse & fundabit super se respectum conseruati. Ex eo quia & in priori nunc habuerit esse. Et ita procedat deinceps. Fundabuntur igitur in eadem re existente successiue multi respectus. Et quis idem sit fundamentum & non sit nouiter positum omnino. Est tamen tale ac si multotiens ponatur. Nisi enim uelle esset etiam pro secundo atque tertio nunc ipsum non esset in secundo & tertio nunc. Tale itaque est ac si tunc inciperet poni. Nisi enim Deus continuaret uelle: res creata non perseveraret in esse. Et respectus noui succedunt ratione positionis nouae. Non quidem ita nouae ut prius concipiatur res non fuisse posita: sed quia iterum atque iterum ponitur. Et prout iterum atque iterum ponitur alium & alium respectum fundat. Est itaque aliquo modo nouitas in fundamento: ut constabit bene consideranti. GEORGEVS. Pro hac opinione sunt omnes sanctorum superius inductae sententiae. Et prima ratio superius recitata opinionis. Neque contra istam opinionem ualet illa ratio: quam in precedenti quaestione posui: uidelicet non posse successionem in mensura esse sine nouitate & mutatione in re quae mensuratur. Nam in proposito mensura est successiua: mensuratum uero permanens. Et si diceret quispiam mensuram atque mensuratum esse unius generis proximi: ut ha-



bet a philosopho .x. metha. Possz dici ipz Ange-  
 lum aliquo modo sibi ipsi succedere. Nam ipse  
 met manens idem succedit sibi in q̄tum intelli-  
 gitur itez atque itez poni. Et sub uno respectu  
 acceptus est posterior seipso sub alio respectu.  
**BENIGNVS.** His tot positionibus eiusde rei  
 atque tot successioneibus nil mutabilitatis poni-  
 tur in essentia Angeli. Alia est enim natura rei  
 mobilis & ipsius mensura, uidelicet tempus alia  
 uero rei imutabilis in se, & in partibilis & secun-  
 dum totum esse causam suam conseruante in spi-  
 cientis. Quauis ergo successio sit in quo non ta-  
 men est eiusdem rationis cum successione tempo-  
 ris. **GEORGEVS.** Ex ista opinione sequi uide-  
 tur omnem creaturaz mensurari quo omnes nem-  
 pe dependet iugiter a Deo Et ueluti radius a So-  
 le conseruatur. Quod quidem possz concedi acci-  
 piendo eum eo modo. **BENIGNVS.** Vel si  
 id non lubet teneatur prior opinio ut eum no-  
 differat ab existentia Angeli. Illud tamen teneri  
 potest Nam illam rem uocabimus eternam que  
 nec ipsa tota neque in suis partibus capit ullam  
 successione aut dependentiam, ut est Deus. Que  
 uero ipsa tota semper manens ab alio dependet  
 iugiter appellabitur euiterna. Que autem non  
 ipsa tota conseruatur iugiter, sed fluant eius par-  
 tes & una succedat alteri nuncupabitur Tempo-  
 ralis. Et eo modo opinio illa uidebitur exacta.

**P**erscrutatio de unitate cui  
 An sit unum omnium cui  
 terminorum. Et una  
 opinio prefertur  
 aliis. Ca. iiii.  
**MEN-  
 TIVS.**

**S**ciendum iam, atque considerandum  
 si unum sit eum omnium Angeloz,  
 siue omnium rerum ipso quo mensura-  
 tarum. Et ex una parte uidentur esse  
 diuersa eua. Nam diuersorum generum diuerse

sunt mensure, ut etiam paulo ante ex .x. diuino-  
 rum fuit allatum. Nunc autem sic est, q̄ men-  
 surata ab euo differunt quandoq̄ genere proxi-  
 mo. Nam & corpora celestia, & ipsi Angeli euo  
 dicuntur mensurari. Immo ut alii putant, om-  
 nis substantia atque omnis quiditas, atque om-  
 nis res put a motu abstrahit. Ita ut tempus sit  
 solum numerus motus, eum uero omnium cre-  
 atorum non mobilium uel prout non mouentur.  
 Hec uero plurima sunt ergo & plurima eua. De  
 inde. Quorum plures sunt durationes eorum &  
 plura eua. Sed unum quodque euiternoz habet  
 propriam durationem. Et potest unum illorum  
 incipere post aliud ueluti constat de animis ho-  
 minum quorum unus incipit esse prius, Alius  
 posterius igitur & proprium eum. Confirmat-  
 ur. Nam quoties plura non dependent ab uno  
 non potest illis assignari mensura una. Idcirco  
 enim omnes motus possunt mensurari tempore  
 uno quia omnes motus dependent a primo motu.  
 Sed omnia euiterna no dependent ita ab uno illo-  
 rum, sicut omnes motus ab uno motu, igitur om-  
 nia euiterna eodem euo non mensurabuntur.  
 Preterea, Si unum esset eum omnium. Igitur  
 destructo illo uno uel mutato mutarentur om-  
 nia alia. Consimiliter destructis aliis omnibus,  
 illud unum inmutaretur. Qd enim prius erat eum  
 aliquorum, Nunc autem nullius est, ipsum cer-  
 to mutatum est ab essentiali ad non esse tale. Ex  
 ista confirmatur ex ipsius Esdre apochrifis ubi  
 dicitur, Maiestas & potentia eorum est apud  
 te domine. **BENIGNVS.** Circa huius rei decla-  
 rationem, quidam ita procedunt ut ex cognitio-  
 ne corporalium deueniamus in noticiam spiri-  
 tualium & ex noticia temporis perueniamus in co-  
 gnitionem eui. Quemadmodum igitur tempus  
 est primi motus & mensura & accidens, aliorum  
 autem motuum est solum mensura & non acci-  
 dens. Idcirco secundum illorum motuum mul-  
 titudinem, quibus tempus non accidit, ipsum  
 tempus non multiplicatur, ita (stante tali opi-  
 nione, ut inter substantias spirituales sit ordo



L.  
proprietatis & perfectionis) dicitur unum esse  
eum omnium æternorum. Primum namque illius  
generis erit simplicissimum. Et per consequens  
certissimum omnium aliorum. Et illo poterimus red  
di certiores de omnibus aliis. Et hæc opinio est  
una de principalioribus in hac materia. Et eo  
modo existentiæ primæ atque nobilissimæ creaturæ  
erit eum omnium aliorum: siue illa sit Michael /  
ut nos tenemus / siue Lucifer / ut multi alii opi  
nantur. Alii autem dicere videntur / eum esse  
de genere quantitatis / Non quidem sicut lineam / aut  
aliud diuisibilem / sed sicut punctum / quod est  
indiuisibile / & uolunt ut ex multis in diuisibili  
bus plurimum æternorum existentiis mensuranti  
bus resultet quidam numerus. Qui dicat unum  
eum. Quæ opinio non uidetur rationi consenta  
nea. Alii quæ dicunt / unum quodque superius & p  
fectius esse mensuram in perfectioris & inferiori  
ris. Et eo modo ultimum æternum non erit ali  
cuius eum / sicut nec singulare substantiæ predi  
catur de uno subiecto. Et sicut omnia supra sin  
gulata sunt predicata & uniuersalia / Ita omnia  
æterna supra ultimum æternum erunt quæ  
dam quæ / quia mensura inferiorum. Primum autem  
æternum erit solum eum / & non æternum.  
Quia nil supra est: quo mensurari possit / Hoc si  
mile est illi / quod in philosophia dicimus terrarum  
solum locari & contineri nil autem proprie con  
tinere / primum autem celum solum continere uni  
uersa a nullo uero ipsum complecti. Cuncta ue  
ro intermedia & continere & contineri. Nulli est  
unitatem temporis ex unitate inferebant ipsius  
æternitatis / sed hæc sunt pretermittenda. Prima  
omnium opinionum magis egregios fautores ha  
bet / Vnde ad obiectiones illas: quas tu attulisti  
ita respondent. Ad primam quidem / Omnia æ  
terna quantumuis diuersæ naturæ sunt in hoc tamen  
illa conuenire aiunt / quæ omnia sunt in transmu  
tabilia / secundum esse / & ita omnia posse unice  
quo mensurari / Ad secundam aiunt / omnes di  
rationes diuersorum æternorum posse reduci in men  
suram unam sicut temporalia omnia in tempus

unum non obstante / quæ quædam temporalium prius  
incipiant & aliqua posterius. Ad sequens respon  
det / Non oportere illud unum quod ponit alio  
rum mensura esse causarum / a qua cetera dependant  
sed fat est illud esse simplicius reliquis omnibus:  
Cuius ratio sit in se certissima. Ad aliam obiectionem.  
Concedunt illo / quæ destructo illi primo re  
liqua omnia desinerent ab illo mensurari / & ad  
illud respectum habere. Destructis autem omni  
bus aliis illud primum forsitan non mutabitur et  
secundum ullum respectum reale / quia nullus  
talis in illo perfectissimo ad sua inferiora ponit /  
Sed solum respectus rationis. Si uero contendas  
ut illud mensurare sit respectus realis / aliqui non  
curant / ut tale mutetur / quo ad relationem / ad mu  
tationem factum in fundamentis correlatiuorum. Nec  
tamen in aliquo sui absolute mutabitur. Ad ulti  
mum autem dicitur / Esdras ibi per multa quæ  
multa intelligere secula. Sepius enim sacri scripto  
res / eum pro seculo accipiunt. Si teneas opinio  
nem superius a nobis declaratam respondebis iuxta  
ea quæ ibi tacta sunt.

¶ An operationes Angelorum men  
surentur quo Et improba  
tur opinio ponens tem  
pus discretum.

Ca.iiii. BE

NIGNVS.



Veritur iam / An operatio Angeli: quo  
mensuretur uel tempore. Id namque pro  
positum quarto loco fuerat. Doctor qu  
dam operationes Angelorum uidelicet co  
gnitionem atque appetitionem / tempore quodam  
quod ipse discretum appellat mensurari fatetur.  
GEORGEVS. Discretum additum tempori /  
uidetur illud perimere / Tempus namque continuū  
Discretum uero continuo contrarium. BENI  
GNVS. Vocabula placito imponunt. GEOR  
GEVS. Verum est quod ais preceptor / Quia ta  
men ea transsumimus id ob similitudinem / (ut to  
tiens me docuisti) facimus. Attamen declarare  
uelis oro Quid eo tempore discreto illi accipiatur /



Ut etiam ipse an recte dicant percipere possim.  
**BENIGNVS.** Ponunt hi Tempus istud inter  
 species quantitatis discretę. Et ita illud genus au-  
 gent. Fiunt nempe Tres illius species numerus.  
 Oratio & tempus discretum. **GEORGEVS.**  
 Quo pacto istud tempus differt a numero & ora-  
 tione? **BENIGNVS.** Quia partes huius tem-  
 poris necessario fluunt sibiq; mutuo succedunt  
 ex sui natura. Numeri autem partes permanent  
 Q; si fluant, illud erit per accidens, gratia earę  
 reę quę numerantur. Differt q; ab oratione Nā  
 & si utriq; fluat atq; sit discretum. Oratio tamē  
 (aiunt) differt a tali tempore quia unaqueq; par-  
 tium illius, potest esse in tempore continuo, ab  
 illoq; mensurari. Cognitio autem Angeli a no-  
 stro tempore nequit ullo pacto metri quom sit  
 quid i partibile. Inducunt Augustinum super  
 genesim ad literam de tali tempore (ut putant)  
 loquentem quom ait, Deus mouet creaturam spi-  
 ritualem per tempus. Et arguunt q; non mouet  
 eam per tempus continuum quom sit in partibi-  
 lis. Ergo per tempus discretum. Q; etiam talis  
 mensura sit addenda probant. Mensura quippe  
 assimilatur rei quę mensuratur, uel i eo, quia rei  
 permanentis est mensura permanens & successi-  
 uę successiua. Quom itaq; Angelorę cognitio-  
 nes fluant atq; pertranseant, habēt nāq; unam  
 cognitionem post aliam, neque ille sunt mutuo  
 connexe. Et sunt impartibiles atq; totę simul.  
 Oportebit profect; etiam mensuram talium co-  
 gnitionum esse impartibilem. Transeuntem & di-  
 scretam. Quę uocet Tempus discretum. **GEOR-  
 GEVS.** Addunt speciem quantitati quam phi-  
 losophus non posuit. **BENIGNVS.** Philoso-  
 phus aiunt Angelos quosdam Deos putauit ne-  
 que eorę cognitiones transeuntes existimauit. Im-  
 mo in. xii. diuinorę eos unica & eterna cognitio-  
 ne donauit. Et ita nō oportuit hoc nouu; metiē  
 di genus sibi adinuenire. Theologis oportuit.  
**GEORGEVS.** Quo pacto istud discretu; tem-  
 pus se habeat ad hoc nostrum quod continuum  
 appellamus? **BENIGNVS.** Coexistit illud tē-

pus, nunc instanti, nunc & tēpori nostro. Nāq;  
 instans temporis discreti tamdiu manet q̄ diu &  
 cognitio angeli. Quare idem instans temporis  
 discreti poterit esse cum quantocūque tempore  
 nostro si Angelus in tali cognitione, perseueret.  
 Potest q; instans temporis discreti coexistere in  
 stanti temporis nostri solum, quia potest statim  
 illi cognitioni alia succedere. Ver; illa succedēs  
 non coexistet instanti temporis nostri; quia osten-  
 sum est ut dicitur auditu phisico inter quęcūq;  
 duo instantia temporis nostri, esse tempus me-  
 dium. Si ergo prior cognitio angeli coexistebat  
 instanti temporis nostri non poterit sequens illi  
 co alteri coexistere instanti sed coexistet tempori  
 cui tale instans erat principium, poterit et Ter-  
 tia cognitio iterę coexistere instanti ultimo illius  
 temporis, cui secunda cognitio coexistebat. Et  
 quarta iterę tempori. Et quinta; rursus instanti &  
 tempori, si illico non transierit. Hęc illo; opi-  
 nio Si tibi placet Ecce ipsam tibi enucleauimus.  
**BONVS.** Contra opinionem istam quam noui  
 te approbare minime arguere ualeo pluribus mo-  
 dis. Et primo quidem modus ipse ponendi tale  
 tempus nulla ratione fulcitur. Immo in cōgrue  
 ponit mīta tempora discreta sine necessitate ulla.  
 Veluti enī; potest unus Angelus continuare co-  
 gnitionem suam cu; tempore nostro qđ sit die;e  
 trium. Et alius poterit continuare cum tempore  
 duorę die;e. Et tertius cum tempore unius diei ita  
 unus habebit instans unum ubi alii habebunt  
 plura. Et per consequens non habebunt omnes  
 tempus idem, Immo quod mirabilius dictu i eo  
 dem angelo poterunt esse plura tempora, Si nan-  
 que plures unī sint cognitiones simul quaz; unā  
 continet plus aliam minus; plura in eodem tem-  
 pora erunt. Vel si hoc non concedatur de duab;  
 cognitionibus tāq; impossibile sit plures simul ei-  
 dem inesse. Concedetur tamen actum intellect;  
 atq; actum uoluntatis esse in eodem Angelo si-  
 mul, Et posse actum intellectus continuo mane-  
 re transeunte sepius actu uoluntatis atq; redeun-  
 te, Et ita in eodę Angelo erunt tempora plura



Confirmatur. Nam secundum eos quum ab quo differt natura si res mensuratę differant specie / Ergo & tempus discretum erit aliud si id quod metitur differat specie Sed cognitiones angelorę differunt specie si sint circa obiecta differentia specie Igitur non mensurabitur omnis cognitio Angeli eodem tempore. Sed hec isto / & illa alio His preiactis arguo sic. Impossibile est eandem quantitatem & eiusdem rationis manere uariatis natura & specie suis partibus Nequit nāque idez numerus esse / Et compositus ex quibuscuq; intelligi / Neque enim senarius est compositus ex duobus ternariis & tribus dualitatibus. Sic enim unus senarius esset duo senarii uel bis senarius pro ut philosophus deducit. vii. diuinorę / Et quis aliquomodo qa materialiter senarius ex illis componatur prout unitates duorum ternarioz sunt hec dem cum unitatibus trium dualitatum. Tam senarius nequit manere senarius & componi ex quibuscuq; numeris etiam eo modo quo declarauimus puta qđ intelligamus ipsum componi ex denario & quouis alio numero / Ex his constat maior. Sed angelus potest intelligere i eo spacio temporis / quo nostra fluit dies / plurima diuersarum speciez intelligibilia puta igne aera / aqua terram / lapidem / arborem & ordine quoda unū post aliud. Igitur Tempus illud componetur ex instantibus uariis atq; specie distinctis. Et sic dicitur fuisse ex talibus composituz / ita possz dici ex aliis atq; aliis constitutum / Iuxta qđ alia atque alia intelligeret / Aut etiam ex similibus si circa idē obiectū uel potiꝰ simile opatio sua toto spacio illius diei uersaretur. Preterea cur actum beatificum angeli concedunt quia & Augustinus id asserit quo metiri & nullum alium? Non ne operationes eiusdem potentie consimilibus oportet metiri mensuris? Ante qđ sit actus beatificus precessit in angelo actus & operatio naturalis & non beatifica. Et ita tempus precessit quū & temporale quaternum Et mensura posterior priorem / Quę omnia ut absurda uidentur emētib; hominum euellenda / Neq; sat est dictū cognitio beatifica nūq; deficiet omnes alię deficiēt. Iccirco omnes alię tempore metiuntur & illa sola

quo. Nempe si ulla operatio nunq; deficiet id erit Dei optimi dono / non autem natura potentie aut operationis / Et quom etiam essentia siue Angeli existentia deficere sepius ualeat & redire illa uel alia / deberet etiam illa tempore discreto mensurari quod tamen neque ipsi uolunt. Quęcuq; enim uniformiter manent uniformi mensura mesurentur / Sed existentia Angeli & ipsius cognitio consimili modo manent / Igitur & mensurantur. Aut igitur utraq; quo / aut utraq; tempore discreto mensurabuntur. Neq; obstat quia existentia diuturnior est uel quia nūq; deficiet Aut quia cognitio sit in potestate cognoscentis existentia minime / Nam & cognitio posset durare quātum & essentia siue existentia ( Duratio uero maior non uariat rationem rei ) Et existentia posset deficere sicut & cognitio / Et quid ad rem si talis res producatur ab agente creato uel in creato. Si cuti enim non omne quod Deus producit mensuratur quo / ita neque omne quod creatus intellectus / nequit illo mensurari. Deniq; si ratio illorę ualeret sequeretur qđ etiam humane cognitiones tempore discreto mensurarentur. Sunt nāq; totę simul & ordine quodam transeuntes / atq; sibi succedentes. Neq; iuuat dicere cognitiones nostras connexas esse / ex eo quia intelligimus cū discursū. Nam plures primas animi operationes sibi succedētes habere ualemus ante ulluz discursum. Ille igitur cognitiones mesurabuntur tali mensura. Quod est contra philosophum in libro suo de memo. & remin. ubi ait / Nos intelligere cum continuo & tempore. Deniq; nō est uerę ratione cuiuspiā discursus cognitiones nostre sunt proprie continue aut connexę. Et si enim cognitio conclusionis sequat cognitionez principiorę ille tam cognitiones nullo comuni termino connectuntur. BENI. Vide etiam quo pacto ponendo unum instans temporis discreti nō posse coexistere pluribus instantibus temporis nostri fugiunt solum difficultatez ne cogantē affirmare tempus ēē nostrum esse discretum & ex ipsis istatibus cōpositum. Quę quidē positio caret rōne. Nam quęcuq; ego possum i tanto tempore itelligere / potest & Angelus / immo & longe plura.



Nam quom intellectus creatus nequeat simul in telligere: si ualeat plura cognoscere illico absque ulla mora pfectior est q̄ si oporteat ipsum ex peccare. Vnde acutioris atq; uelocioris ingenii citius plura concipiunt. Cur igitur oportebit cognitio nem angeli Rosaz cōtemplantis sustere icognitio ne ipsius Rosaz n3 ad alia se trāsferre posse quom ipse humanus intellectus possit quippiā nunc in telligere. & statiz aliud atq; aliud. Et ita poterit plures h̄re ī quocūq; tēpore dato. Tu at̄ dicis an gelum oportere aliquā cognitionē nro tēpori cō tinuā facere. In illo at̄ tēpore hō. possz acutus plu ra p̄spicere. Ebetior igit̄ erit āgelus aliquo hōie: poluit itaq; illud ipse opinās sola uoluntate non rōne ut fugeret illud iconueniens. Exqua fuga sequet̄ id q̄ angelus erit ingenii tardioris aliquo hōie ut deduximus. Quoēt pacto recte dici pos sit ut secunda cognitio temporis coexistat & nul lus istās detur ī quo esse icēpit uel cui coexistat: Eo. n. mō nō hēbit primū sui esse post nō eē. Et prior cognitio unico istanti nostri tēporis coexi stebat. Tunc sic prior coexistit solū istanti / alte ra solū tēpori illud istans sequenti & huius non dabitur primū sui esse Igit̄ similes cognitiones nō hēbunt cōsimiles mensuras. GEOR. Si ista opinio nō placet Quid ergo hac ī re dicendum? BENI. Dicemus breuibus omne qd̄ tāq; ī uaria bile existit / Cui uidelicet fluxus & fieri siue acq sitio partis post p̄gēre pugnat quo mensurari. N3 obstat Si aliqd̄ taliū sit p̄petuū ut existentia angeli Et aliqd̄ desinat q̄nq; esse ut ipsius cogni tio. Sat nāq; erit ut existentia ī se duz manet / sit eiusdē rōnis. Verz hęc discutere uniuersa erit su peruacaneuz. GEOR. Opinioni illi fauere uide tur auct̄or de causis p̄positione penultima ita di cens. Inter rē cuius substātia & actio mēsurat̄ tē pore & rē cuius substātia & actio mēsurat̄ eter nitate / est res medio mō se habens cuius iūq; sub stantia mēsurat̄ eternitate uel quo Et actio mē suratur tēpore / Illa uero res media uidet̄ esse an gelus. Igitur substantia angeli mensurabit̄ quo Actio at̄ siue opo tēpore. Et nō cōtinuo Igit̄ di screto. BENI. Ille auct̄or Auicēnica scētāt qui miscuit p̄p̄athetica cum Platonis Et itelligen

tas ut quosdā Deos arbitrat̄. N3 tñ intelligit co gnitionē Angeli mēsurari tēpore / solū actionē exteriorē qua ī corpa agit / Nā illa interior scdm eos eadē est sp̄ nunq; ī potentia s3 actū iugiter to ta & itēgra p̄seuerat; posset q̄ negari auctoritas illa quoz ex falso fundamto oriatur. Adde quia uidetur eternitatē & eūū cōfundere / N3 et̄ uide tur ex illa sn̄ia seq̄ ut illa mēsurā sit tēpus discre tum / sed forsan tempus n̄rūm / qd̄ est cōtinuū. Quotiēs nāq; p̄hi de tempore loquū tur de conti nuo tāq; eis noto tractant. GEOR. Est mihi ( si audire lubet ) & altera obiectio: p̄hs eteniz. viii. p̄his. ita ait Nihil generatur ut subito desinat eē Ex quo accipio talē maiore. Omne p̄ductū p̄ tē pus aliqd̄ durat. Sed angeli opo est p̄ducta Igi tur p̄tempus aliqd̄ durat Si at̄ esset ī quo / nō du raret nisi pro aliquo istanti. Cōcessum nāq; iam est / ipsam opone āgeli nō esse p̄petuā sed trāseun tem. Et si angeli opo iterdum nō statim desinat esse: sed p̄seueret nō tñ mensurabit̄ tempore n̄ro: sed potius coexistet illi: Nā nō mō eūterna sed eterna q̄ tēpori nostro coexistere ualent. Neque tñ oportet cognitionē angeli talem esse ut sp̄ tem pori coexistat n̄ro / sed q̄nq; istanti illius. Dicit̄ at̄ p̄hi ita accipiendum. Natura dum generat cō struere & nō destruere itēdit. Semp̄ q̄ iter istās generationis & corruptionis eiusdem rei natura lis itercipitur temp̄. Entia tñ q̄ raptim trāseune & tempore nō mensuratur statim dum icipiunt desinunt esse ut istans & mutatum esse. Ad dō rō nem illam cōcludere ( siqd̄ cōcludit ) ut opo an geli duret aliquo tempore continuo / nō discreto Sic. n. maior illa tempus accipit ex mente p̄hi. BENI. Si una cognitio angeli istanti solum no stri tēporis coexistat. Et ipse aliā illico & absque medio habere possit illa coexistet aut tempori no stro aut instanti. Nō q̄dem instanti quia tunc in stans esset coniuētum instanti. Neque tempori: qa tunc talis cognitio nō habet primum sui esse. GEOR. Illa cognitio haberet primum sui esse qa istans cui qd̄ idiuisibile: sed nihil primum sibi correspōderet ex parte temporis nostri quīs sibi possit correspōdere ipsum tempus. BENI. Quid ad Augustini Iniam dicentis Deum crea



turam spūalem mouere p̄tempus? GEOR. Omnis res creata tempore claudi dicitur. Nam pprie tas ipsius predicamēti Qm̄ est uelūti Auctor sex principiorū dicit esse in omni eo quod incipit esse Omnis etenim creatura: accepit esse post nō esse. N3 tñ nō esse ullius creaturę potest dici res temporalis quia quod nō est nullā proprie habz mēsuram. N3 omne quod est creatum proprie mensuratur tempore ut sunt omnia quo mensurata. BENIGNVS. Transeant ista.

¶ De loco Angelorū primo an Angelus sit ī loco & quo pacto & recitatur opinio una. Ca. v. CERVINVS.



¶ Ultimo tractandum est de loco Angelorum & in quirenda hęc. An angelus sit ī loco / Et si eodē modo quo corpora uel alio / Et si alio. Quo ergo? Deinde an Angelus requirat locum determinatū ita inq̄ ut n3 in maiori aut ampliori / n3 ī minori aut arētiori eē possit. Tertio an unus angelus ualeat esse pluribus in locis simul. Quarto an plures angeli possint simul esse ī loco eodem. Quinto an possit Angelus unus de loco transire ad locum & moueri motu continuo. Sexto an ualeat angelus tali motu: ipse seipsuz mouere & a se ipso moueri. Septimo an possit moueri in mensura indiuisibili siue ī instanti. Octauo. An possit moueri de loco ad locum nō p̄trāseundo mediū. Hęc sunt preceptor amantissime quę mihi postremo de spiritibus illis perscrutanda occurrerāt. Quibus pro facilitate ingenii tui expeditis de angelis pronuncias dubitationes nō mouebo. BENI. Tametsi istas dubitationes pene uniuersas (duz secundum sniāz iuxta it̄pretationē acutam legerem & ipsam acutā it̄pretationē nō minus acute it̄pretarer) enodauerim: ī p̄senti tñ forsan aliquid excellentius afferemus. A primo itaq; du bio incipiamus. Et primum q̄ te mouent ut angelos in loco esse ambiges asserto. CERVINVS. Mouent me primum p̄hi Deinde & sanctorum dicta. P̄hs certo. iiii. phisicorū locum dicit esse ultimum corporis ambientis locatum: ex quo sequitur omne ambiens esse corpus & omnē locuz esse

superficiem. Tunc sic. Omne cōtinens est actiuus siue formalis eo qđ ab ipso continet ut ibidem habet ap̄ho. Formalior etenim aqua q̄ terra Aer plus forme habz q̄ aqua & sic p̄cede ascedēdo. Nullum at̄ corpus est plus habens actus aut forme ipso angelo quē ponimus a corpore uel superficie contineri. Igitur nullus corpus est continens Angeluz. Pręterea. Omne qđ est ī loco mēsuratur loco & habz situm & ita erit quantum. Sed angelus nō mēsurat̄ loco n3 h3 situm neq; est quantus / Igitur angelus nō est ī loco. Sequitur et̄ nō est quantus Igitur nō est in loco neq; situm habz. Siue nāq; situm accipias put̄ ponit̄ differentia quātitat̄ / siue ut est p̄dicamtu3 seorsum / Semp̄ quātitatē respicit Nam priori modo notat ordinem partium ipsius quantitatis inter se Posteriori uero designat ordinem partium quantitatis locatis cum ptibus loci. Sunt adid et̄ sane toz dicta. Augustinus nāq; sup̄ gene. ad li. ait Deus mouet creaturā corporalē p̄ locum & tempus: spiritualē at̄ solum p̄ tempus. Igit̄ spiritualia nō sunt in loco. Idem pręterea Augustinus. lxxxiii. q. questione. xx. pbat Deum non esse in loco / ex eo quia nō est corpus ex quo inferē nil esse in loco nisi corpus & nil nō corpus esse in loco. Et sic conuenit cuz p̄ho. iiii. phis. Vbi dicit non omne qđ est in loco est / sed solum naturale corpus. Boetius deniq; in li. de Ebdoma. ait. Communis animi conceptio apud sapientes est / ī corporalia in loco nō esse. Hęc sunt doctē p̄ceptor quę me hac in re titubare solent. Si ergo sint & quo pacto in loco sint doceto. BENI. Fatentur acutissime. Iuuenis uniuersi sacri scriptores Angelos in loco esse. Sed qui eos nō corpora sed spiritus arbitrantur ipsos alio modo esse in loco q̄ corpora dicunt. Alii eos sicut nō esse ullo colore affectos ita certe ne in loco quidem arbitrantur. Quę sibi nō contradicunt. Non. n. sunt in loco sicut corpora sed alio modo Vnde unus doctor ita dicit. Esse in loco competit equiuoce angelo & corpori. Corpus. n. est ī loco: ex eo quia applicatur loco secundum contactum quantitatis continue Angelus uero est in loco per applicationē



quantitatis uirtutis & ita nō oportebit angelum loco comensurari neq; situm habere neque ab ullo corpore ambiri aut circūdari aut contineri. Sed potius continere. Nam substantia in corpore contingens rem corpoream sua uirtute continet ipsam. Veluti anima corpus: & nō continetur ab illa. GEOR. Si tam angelus q̄ corpus sint in loco per contactum Igitur uniuoce. BENI. Contactus corporis & uirtutis nō est eiusdem rationis. GEOR. Si angelus cōtinet suo cōtactu Igitur potius locat corpus q̄ ab eo locetur. BENI. Continere illo modo est in loco esse: sicut cōtineri in corporibus. Vnde quis anima cōtineat corpus, tñ nō dicitur corpus in anima sed potius anima in corpore. GEOR. Quodā audiui dicere angelum esse in loco p̄ operationem. BENI. Illi expressius illud idem dicunt. Paria. n. sunt hęc esse in loco per operationē: & esse in loco p̄ applicationem uirtutis. Illa nāque applicatio nequit esse actus primus sicut sc̄ia. Erit ergo actus secundus sicut scire. Et nō erit actus secundus quem in manentem dicimus. Nam ille ita se habet ad locum sicuti & essentia Angeli ergo illa applicatio erit actus secundus, transiens in materiam exteriorem. Est igitur sensus talis, huiuscē opinionis Angelus est in loco quia operatur aliquid circa naturam corpoream: ita q̄ si nil operaretur circa corpus aliquod (operatione inq̄ trāseunte) nō diceretur esse in loco. Enimvero contra hanc opinionem obicitur multasiam. Primo sic. Quicquid est in loco ratione operationis dumtaxat: si nil operetur, nullibi erit. Sed Angeli secundum te sunt in loco solum ratione operationis. Igitur si nil operentur omnino, nullibi sunt: & si alicubi non operantur, ibi nō sunt. Adde, Comptum est angelos maxime ī celo esse. Ibi uero minime uel omnino nihil operari. In celo nāq; Empyreo quod immobile: quid operabuntur operatione transeunte? Quare aut minime, aut nullo modo dicentur ibi esse. Aut certo ipsū operari nō erit ratio in loco essendi. Si q̄ trāset angelus de celo in terram & in locis intermediis nil operaretur quis in extremis ponatur ali-

quid operari: tunc nullibi erit, nō quidem in locis intermediis quom in illis nō operetur, neque in extremis, quia presupponitur transire de extremo in extremum. Sic autem transiens in nullo est extremorū. Non itaq; operatio est ratio essendi in loco. Adde etiam. Si solum sit in loco per operationem sequetur ipsum ubi non est esse. Et ubi est non esse. Quod expresse falsum. Et consequentia probatur. Agat angelus indistans a se. Igitur ubi agat erit, & quom agat indistans ubi non est erit. Nil autē agat in id a quo nō distat. Igitur ubi est non erit. GEOR. Dicent ipsūz nequire agere indistans: quia ibi solum est ubi operatur. BENI. Non est negandum angelos posse quod nos sine ī perfectione posse uidemus. Nos uero possumus agere indistans, quia per mediū Locutione nāque operamur in auribus aliorum. Mouemus q̄ multa uel pellendo, uel trahendo, uel proiciendo. Cælum etiam diximus agere in uisceribus terrę, & multa ī locis distantibus producere. Magnes quoq; trahit ad se ferrūz distās. Cur ergo angeli nequibunt eodem modo agere atq; operari? Concesso autem eo, non erunt semper ubi operantur. Omne nanque indistans a se agens non est ibi, ubi agit. Et aduerte quia op̄ asserere angelum in rem distantem posse operari. Si enim agat in totum corpus aliquod nō op̄ ipsum omnibus illius partibus ad esse. Quod probatur. Nam Angelus totum cælum mouet primo. Et uirtus illius, opinione philosophi adęquatur toti celo ita q̄ minima re addita moueret cum difficultate, & ita nequiret mouere. Quod enim potentie imateriali difficile, id sibi & impossibile censetur. Igitur angelus ī toto celo operatur. Et ex consequenti intoto celo erit. Quod neque philosophi neque Theologi affirmant. GEORGEVS. Dicent forsan Angelum primo mouere unam partem cęli determinate, & ibi esse solum, & media illa parte, mouere aliaz quas trahendo uel pellendo. BENIGNVS. Quāuis philosophus imaginetur in celo sursum & deorsum Dextrum atque sinistrum, formando Hominem Gigantei Generis qui ore con-



uētatur ad emispherium nostrum. Caput atē te-  
neat ī polo anthartico / pedes ī artico / dextrā in  
oriēte sī nīstrā in occidentē. Idque aliquomō ue-  
rum sit. Nō tñ ita est ut possit assignari defi-  
nita pars celi q̄ dicatur oriens: neque una pars est  
aptior ad motum alia (& sī ptes polis p̄pinquo  
res tardius moueantur cuius alia rō est) Non est  
igitur ita in celo assignare dextrum & sinistrum  
p̄ inde ac ī aīali / neque ptem primam tāq̄ cor /  
aqua īcipiat celi motus / & ī alia deriuetur. Esto  
tñ ita. Certum est angelum illa pte media totum  
mouere celum Igitur ī toto erit celo sī ubi opera-  
tur ip̄m esse oporteat. GEOR. Erit soluz ubi pri-  
mo opatur dicent hi. BENI. Nulla est eiusmo-  
di pars ī celo: Vel sī esset tunc uolueretur āgelus  
cum illa ut nauta cum nauī. Et ita nō esset sp̄ in  
oriēte sed circunouolue r̄tur p̄t & pars illa cir-  
cunouoluitur Deinde quom illa pars sit diuisibi-  
lis ī infinitum ex. vi. phisi. difficile est assignare  
quo pacto totam illam partem primo mouet / q̄  
est consimilis aliis partibus celi / & ex cōsimilib⁹  
particulis constat: & nō differt ab aliis sicuti Cor-  
aīalis differt a ceteris ipsius partibus. GEOR.  
Imaginatur ip̄m ī oriēte quasi quiescentem  
nō circunouolutum ad motum alicuius partis ce-  
li: sed iuxta ipsum partes celi fluere / Ipsumque  
partem p̄pinquā & p̄sentem primo mouere. BE-  
NI. Ista imaginatio est contra eos Vbi. n. quie-  
scit quid ibi & est. Sed ī nulla parte celi quiescit  
Angelus igitur in nulla parte celi est. Prēterea  
Omne quo aliquid tāq̄ forma est tale / est in illo  
qd̄ dicitur tale sicut sī albedine aliquid sit albu⁹  
albedo erit in illo / Sed opone transeunte ( ut tu  
dicis) est aliquid tāq̄ rōne formali ī loco / Igitur  
opo transiens erit ī ip̄o angelo cui est rō essendi  
in loco / Et ita opo transiens erit ī manens. Igi-  
tur nō transiens Qd̄ apte contradicit. Prēterea.  
Omnis opo q̄ suscipit ī corpore extendit p̄ acci-  
dens ad extensionē corp̄is / & erit ī loco cemen-  
suratiue / licet p̄ accidens / q̄a p̄ cōm̄suratiue  
corp̄is / Eo cōcōssō / arguo sic. Quicqd̄ est ī loco  
solum rōne alicuius qd̄ est ī loco cōm̄suratiue p̄  
accidens & ipsum erit eodē mō ī loco cōm̄surati-  
ue p̄ accidens. Sed angelus iuxta tuā opinionē ē  
ī loco solum rōne operationis ī corpus transeun-

tis / q̄ est ī loco cōm̄suratiue p̄ accidens. Igit̄ An-  
geluserit ī loco cōm̄suratiue p̄ accidens. Hoc atē  
est inconueniens Deniqz unus ex his q̄ sunt aliū  
opinionis uideēt sibi ipsi contradicere / Nāqz alibi  
probat Deum esse ubiqz ex eo quia mouens est si-  
mul cum moto ex. vii. phisicor̄. Et quia Deus ē  
primum efficiens & potens mouere omne mobile  
concludit ip̄m esse: in omnibus & uniuersis p̄sen-  
tem. Quēro nunc ego ex illo quid ibi cōcludere  
uelit qum dixit. Igitur est p̄sēns omnibus. Si  
illud ut sit mouens omnia tunc quod infertur &  
ex quo erit idē v3 quia mouet oīa iccirco mouet  
oīa / qd̄ est petere principiū: n3 ēt esset ad ipsius  
ītentionē. Cupit. n. ibi ondere deum esse ī mēūz  
quia oībus p̄sēns. Si atē illud accipiat ī p̄prio sen-  
su ut v3 Deus ex eo quia mouet oīa īferat oībus  
rebus p̄sēns / ac sī nequiret mouere oīa nisi ītelli-  
geret iā p̄sēns oīb⁹ / Op̄ari ergo sequit̄ suapte na-  
tura p̄tiaz op̄atis nō aīcedit. Quare cōformiter  
ēt angeli prius natura ītelligēt p̄sēntes rebus q̄  
sint op̄rātes. Si nāqz Deū qui uirtutis īfinite opz  
scdm̄ eū p̄sēntē esse ad hoc ut mouere & operari  
possit multo magis angelū. Cui uirtus finita est  
oportebit. Confirmat̄ p̄positū. Quēro nāqz de  
illa āglī actiōe quā ī corp⁹ trāssūd̄it an egrediat̄  
a uirtute & potentia ipsius angeli absqz medio /  
aut aliquo medio / Si aliquo medio q̄ro an opera-  
tio ī illo medio egrediat̄ a uirtute sine medio aut  
adhuc alio quodā mediāte / Et sī hoc p̄cedemus  
in infinitū / Egrediet̄ igit̄ operatio ī corp⁹ absqz  
medio / Et ita uirtus īmo & essentia āglī erit cor-  
pori ī qd̄ agit iā p̄sēns. GEOR. Damascenus ui-  
dēt fuisse illius opiniois ut angeli sint ī loco per  
operationē. Nā capite. xiii. Incorporea īquit na-  
tura ubi adest & op̄rat̄ nō corporaliter s3 sp̄tiali-  
ter cōtinet̄ / Et itē ibidē / Intelligētia d̄r̄ circū /  
scribi ubi est & op̄rat̄ Quoties igitur angelos ī  
loco ponit / totiens eos & operari asserit. Ex quo  
īnuit eos p̄ op̄ationē ī loco esse / Tāto atē doctōri  
nō est cōtradicēdū. BE. Si acutius īspexeris tuo  
acuto īgenio / p̄spicies pro nobis eē Dama. n̄ pro  
illis. Ip̄e nāqz cōiungit illa tāq̄ duo eē īq̄ in loco  
& operari. Quod inepte fecit. t & sup̄uacaneē / sī  
esse ī loco atqz operari fuissent idem Deinde ip̄e  
capite sc̄do dicit. Celiū eē cōtinentiā uisibiliū & iui-







Est igitur lapidi sola potentia passiva, qua sit natus uel qua possit esse in loco, Et sic non contra dicit ipsum existere, & in nullo loco esse. Ex his ad rem deveniendo, dicimus angelus multo magis absque ullo loco existere ueluti Græca opinio ne ante sensibilis mundi creationem re ipsa existebant. Neque est ullo modo possunt esse in loco tanquam circumscripti loco si in corporei sunt omnino. Nil enim est in loco actu (hoc est in continente cuius latera res ipsa que continetur actu distare faciat) nisi illud sit corpus. Sunt tamen in loco quia ipsæ essentia siue natura presens est alicui corpori, si non sit extra uniuersum. Et quia suapte natura nequeunt ad esse omnibus corporibus. Idcirco dicuntur a nonnullis esse in loco diffinitive. Siue itaque operentur siue non presentes rebus esse possunt. Non ab re igitur in parisiis gymnasio ita decretum fuit ut sub Anathematis poena Nemo Angelum solum ratione operationis in loco esse sentiret. Eadere forsitan quidam fugientes uocabulum suspectum dixerunt Angelum esse in loco per applicationem uirtutis eius ad locum. GEOR. Anathema parisiis dicunt, Angeli non transire mare (ipsi. n. diuidunt a Gallis oceano mari Et Itali aiunt non transire alpes). Hoc est non transit dyocles parisiis. BENI. Extra de hereticis ad abolendam ecclesia inuit articulum ubique heresim sapere si in Epato uno ille fuerit reprobatus. GEOR. Alu ut Godfredus de fontibus dicunt, illos articulos indigere magna correctione: quia nonnulli eorum sunt falsi nonnulli sibi mutuo contradicunt. Henricus autem quolibet nono dicit, omnes magistros parisiis congregatos una secum in hoc conuenisse quod substantia Angeli non est ratio essendi in loco. Egidius autem cum plerisque aliis dicit De articulis nihil esse curandum. Fuerunt. n. facti non conuocatis omnibus doctoribus illius studii sed beneplacito quorundam capitulorum. Alii concedentes articulum dicunt eum non loqui nisi de motione locali & alteratione reali ut per articulum. lxxvii. Dicunt ergo nomine operationis eos intelligere quem respectum quo essentia angelum sit presens alicui. BENI. Quis est qui nesciat angelum non esse in loco absque respectu ipsius. Concedo ergo quod substantia per se est in loco & non substantiam. Nam articuli sibi mutuo contradicunt

Est. n. substantia in loco sed non sine respectu in. Egidius autem negat eos sine ratione ulla. PVTE. Quid ergo de Thoma Aquinate. Dicimus necne ipsum hic errasse. BENI. Nos ita ipsum defendimus. Opinatur angelus esse in loco per applicationem uirtutis Patuit nepe superius angelos presidere corporibus Et uirtutem habere supra corpora. Patuit et ex phisica. Omnem locum esse ultimum corporis continetis Et notum est angelos contineri eodem modo non posse. Quo pacto igitur sunt in loco, quia dicuntur in loco esse. Respondet Ex eo quia continetur corpora & ipsis president habent presentiam ad ipsa corpora. Et quia applicat uel applicare possunt uirtutem suam supra corpora idcirco sunt corporibus presentes. Si ergo per applicationem uirtutis intelligamus operemur transire in corpus angeli sunt in loco aliquo non solum quia ibi aliquid operatur, sed quia possunt operari: non tamen dicitur ut opo sit ratio formalis essendi in loco (quia sic rationes allate concluderent contra eum. Et contra illum sensum illa opinio non impugnauimus) Sed ipse intendit declarare quo pacto Angelus est in loco Et dicit ipsum non esse in loco ac si contineatur ab illo. Aut commiserit illi. Aut quia facit latera continetis distare. Sed angelum esse presentem corporibus, eo quod illa contineatur & uirtutem ipsius applicet uel actu uel potentia. Et ita quoniam probauit Deum esse ubique: eo quod omnia mouere potest non contradixit sibi. Immo uniformiter locutus est. Est igitur ipsius sensus (ut autumo) Respectus presencie Angeli ad corpora definita ex eo agnosci potest quia ipsius applicare ualet uirtutem. Et quia illis presidet, & uirtute illa continetur. Aliqui autem nomine operemur adeo extendunt ut omnem esse respectum ad aliud operemur uocent. Et ita dicunt angelum esse in loco per operemur hoc per respectum quem habet ad corpus. Sed ituenti questionem illam siue articulum. lii. questio illud potius quam attulimus in ipso colligit. Sic ergo accipiendo, non igitur ipse contradicit sibi ipsi. Nam contra ipsum est articulus parisiis, non ulla obiectiones. Que tamen contra eos quod alio in sensu uerba ipsius accipiunt concludere uidentur. BONVS. Videntur hec per additionem sese habere. Nam Deus est alicubi eo quod res aliqua sibi presens est. Angelus uero quia & ipse corpori & corpus sibi presens est. Corpus autem addidit ultra mutuam presentiam, circumscriptionem



9  
Sed quod me molestat est illud quia Thomas presentiam uidetur inferre ex ipso posse operari Et tamen illud non placet. Valemus enim in ea que distant agere. BENIGNVS. Quo pacto id uerum sit alias. Sat est eum in re declarare. BONVS. Si presentia sufficiat ad esse in loco unus Angelus erit in alio sicut in loco. Immo & res in Deo & corpus alteri presens a quo non contineatur erit in illo. BENIGNVS. Cogis me filii angelice de Angelorum loco ex propria officina aliquid afferre. Rem esse in loco fateor non dicere solum respectum presentie ad aliquid propter ea in convenientia que adduxisti. Sed esse in loco dicitur quam peculiarem presentiam. Ut id quod in loco sit intelligatur intra latera alicuius corporis esse sicuti concipimus Deum esse in celo non quia solum sit presens celo (sicut una res dicitur alteri presens etiam si contingat alteram in superficie ueluti ignis applicatus ligno est sibi presens) sed quia imaginando totam superficiem siue circumferentiam exteriorem celi concipimus Deum esse infra illam per illapsam simplicem non per circumscriptionem. Similiter quomodo illum ubique dicimus. Omnia loca physica mente concipimus & in cunctis Deum esse & intus unicuique loco illi ubi intelligimus. Eo quidem modo etiam Angelum in loco concipimus quia ipsum illi ubi & intra latera esse talis corporis imaginamur. Sed Deus concipimus ubique esse siue intra omnia. Angelum autem ita hic quod non alibi. Videtur itaque una esse ratio communis omni enti essendi in loco: uide licet esse infra latera alicuius. Sed corpus est ita infra latera quod facit ea distare & implet atque occupat illud spacium. Immo nil aliud est ipsum spacium quam corpus locatum. Secus enim duo corpora essent simul. Ut probatur. iiii. physicorum angelus autem quomodo non sit quantus non facit distare latera continentis: sed solum intelligitur infra illa esse, ita ut sit intanto spacio. Est enim simul cum corpore illo clauso infra latera illud ambientis: Deus uero gloriosus ita infra illa latera esse intelligitur quod etiam sit extra illa necessario & ubique. Dico ipsum esse extra illa si quid sit extra illa: nam extra ultimorum celum nihil est. Deo tamen

non repugnat esse extra illud esse modo illud aliquid esset. CALIX. Sic uidetur una ratio esse communis eternitatis, Eui atque temporis, uidelicet duratio & permanentia. Sed illa que semper nouum esse habent & partes ulla simul non habent dicuntur temporalia. Que uero eadem ipsa tota & integra durat siquidem illis non esse & non durare non repugnet uel quod iugiter totum esse recipiant quatenus sunt. Si uero oporteat illa semper esse & a nullo dependere eterna semper, non esse necessario, est simile illi quod est ubi que esse suapte natura. Conitio quod Angelum aliquo modo contineri a loco. Omne, non quod ita concipimus infra latera alicuius esse ut extra illa non sit possumus dicere ipsum contineri siue definiti & aliquomodo circumscribi. Solus ergo Deus incircumscribitus. Ipse tamen ea ratione qua concipitur solum esse in celo, aut aliquo in alio loco determinato ut sic uidetur definiti absolute tamen non determinat. Sed celum & terram implet. Concludo igitur ex dictis Angelum nequire esse in puncto tanquam in loco, quia non potest concipi infra latera cuiuspiam quorum punctum sit indiuisibile: & neque continens neque contentum, posset tamen forsitan esse presens soli puncto si punctum sit aliquid. Et moueri de puncto incontinuum. Sed an possit esse angelus in quantum magno aut paruo loco sua propria uirtute id nosse cupio. BENI. Angelum nequire esse in quantum magno loco cuncti fatentur. Illud neque proprium dicitur esse Deo. Addunt aliqui quod non potest esse in quantum paruo igitur locus quo maiore habet nequit. Est certo & quo minor obtinere non ualebit. Ratio huius conclusionis accipitur ab xxxvii. primi Euclidis, sic dicentis. Quicquid potest esse in uno equalium: & in reliquo modo si bi figura talis non repugnet. Quo admissio Assumat minor sed aequalis tanquam in materiali nisi figura contentis repugnat. Igitur si angelus potest fieri in uno equalium poterit esse & in reliquo. Tunc ultra cuiuslibet quadro potest dari quadrangulus equalis. Et hoc non potest esse nisi quadrangulum pro tendendo secundum longitudinem & artando secundum latitudinem. Si ergo potest esse in quantum lato poterit esse in quantum arto & stricto, & econtra. Quod uidetur primo in se inconueniens: Deinde quia argueret uirtutem infinitum in Angelo posse: namque esse in maiori aut minori loco arguit uirtutem qua id sit



maiolem igitur posse esse i maiori aut minori in  
infinum arguit uirtutem infinita. Dicimus deni  
q3 Angelum no esse in loco taq sibi naturaliter  
conuenienti. Omne naq3 Cui competit esse in lo  
co naturaliter si extra illum sit erit i loco uiolen  
ter. Angelis ergo no competit esse i loco neq3 na  
turaliter neq3 uiolenter. Nulluz naq3 corpus aut  
conseruare / aut destruere spiritum potest. Qua  
re illa potentia essendi in loco que attribuit An  
gelo neq3 naturalis neq3 uiolenta est / ueluti Aui  
cenna motum cel. ix. suę methaphisice neq3 na  
turallem neq3 uiolentum putat esse. PRODA.  
Quo pacto ergo astronomi dicunt primum celū  
secuz trahere sui motus impetu omnes spheraz i  
feriores. Tractus autez est motus uiolentus. BE  
NI. Extensio uocabulo ibi motus uiolentus po  
nitur / quia uidelicet motus no proprius dicitur  
uiolentus / proprius uerō naturalis / neuter tamē  
illoz proprie naturalis / aut uiolentus.

**C** Si unus Angelus possit esse simul pluribus in  
locis. Et rōnes impossibilitatē pbantes soluunt  
& modus ponitur. Ca. vii. PRODANEL.

**N**imvero iam p̄scutandum est / an ul  
lus angelus ualeat esse pluribus i locis  
simul / & mihi quidem uidetur id fieri  
non posse. Primo quia tunc Angelus  
posset distare a seipso. Omne naq3 existens in lo  
co distanti ab aliquo / distat ab illo. Si ergo an  
gelus esset i loco distanti a se angelus certo dista  
ret a se / Veluti. n. q̄ sunt simul i loco aliquo sūt  
simul iter se. Ita & que sunt i locis distantibus /  
distant iter se. Nunc at̄ impossibile est rem p̄sus  
eandem a seipsa distare. Secundo quia / Quicq̄  
est natura propria limitatum / secundū quodcū  
q3 sibi inherens erit limitatum / Sed Angelus na  
tura p̄pria est limitatus / ergo secundū quodcū  
que sibi competens erit talis. Et ita secundum  
locum erit limitatus. Tertio illud idem uidetur  
mihi impossibile / eo quia. Quęcūq3 duo ubi sunt  
formaliter contraria quia diuersa specie / & sub  
eodem genere posita & possunt esse maxime di  
stantia. Et iter ea potest esse motus / ille at̄ no est  
ex sexto phisicorū nisi de contrario i contrarium  
Si ergo aliquid haberet plura ubi / uel esset i plu

ribus locis simul haberet certo contraria simul.  
Nunc at̄ impossibile est eidem iesse contraria secun  
dum eandem partē & simul. Quarto / Concesso  
enim eo ut angelus sit pluribus i locis simul se  
queretur q̄ possz quiescere / & moueri simul ge  
scere quidē i loco uno moueri uero i alio q̄ certo  
sunt i cōpossibilia. Quinto ad id opinandū mo  
ueor tali rōne. Quero. n. an āgelus possit moueri  
ad illa plura loca simul / An opz euz moueri ab  
uno i aliud sit tū ut i alio icipiat esse & i priori nō  
desinat. Nō pōt ad plura loca moueri simul / Nā  
duo motus eius dē speciei nequeunt iesse eidem si  
mul. Et m̄to minus duo motus cōtrarii poterūt  
eidē iesse simul. N3 pōt ab uno i aliud moueri nō  
āmittēdo priorē locū & aliū acqrendo. Quia ter  
mini motus dicunt̄ eē icōpossibiles. Nihil. n. pōt  
esse simul i termino / a quo & i termino ad quez /  
ut extat philosophica principia icipitibus. Con  
firmat̄ id Damasceni snia dicētis Angelos diuim  
i celo sunt i terra nō esse. Ex alia pte uidet̄ id pos  
sibile / Quicq̄. n. attribuit p̄fectiōis uirtuti mi  
nori attribuendū est & maiori. Sed aię n̄e q̄ uir  
tutis lōge minoris q̄ angelus attribuit̄. In pluri  
bus locis esse est. n. iqualibz pte corpis & tota in  
toto corpore / atq3 iqualibz parte eius ut Augu.  
inqt / Quare & angelo illud idē attribuēdū. Prę  
terea angelus uidet̄ esse totus i corpore assumpto  
& iqualibz pte illius. Si q̄ angelus ibi ē / ubi opa  
tur & i pluribus locis simul opet̄ sicut cōstat de  
angelo subuertēte simul totā Pētapolim / hoc est  
Sodomā cum aliis quatuor ciuitatibus. BENI.  
Hac in re altercant̄ theologo. Quidā. n. uicti rō  
nibus priori loco a te recitatis affirmāt nullā rem  
p̄sus n3 corporeā / n3 i corporeā plibus in locis  
simul esse posse / Sed solū id cōcedūt optimo atq̄  
eminētissimo & imēso Deo. Alii at̄ opinant̄ con  
trariū nō qdē tāq̄ supati rōnibus illis quas tu se  
cundo loco recitasti / Sed mouent̄ ad affirmādū  
& angelū & hoiem / & alia huiusmodi corporea  
posse eē in plib9 locis simul n̄ qdē p̄pria s3 diuina  
uirtute ex illo cōi theologorū imo & fidei christia  
ne docum̄to. Quo qdē ita d̄r / Oīa sūmo illi deo  
possibilia eē q̄cūq3 ponēdo n̄ pla seq̄ cōtradictio  
& q̄cūq3 n3 i fieri n3 iesse icludunt cōtr adicionez



Et declarant in hoc nullam contradictionē esse  
 ut patebit respondendo rationibus illis quas tu  
 paulo ante attulisti. Ad prima. n. ita respondent  
 negando illam maiorem. Nam deus ipse in pluri  
 bus locis ponitur simul nec tamen a seipso dista  
 re dicitur. Eodem modo anima nostra ponitur  
 in dextera simul atq; sinistra corpis parte / nec  
 tamen a seipsa distare putatur. Est nempe tale il  
 limitatum ad plura loca. Quare sicut duorū loco  
 rum nō infertur idistancia ex eo quia uterq; illorū  
 est idistans a tertio ita neq; illius tertii pōt inferrī  
 distantia a seipso / ex eo qā locus unus est distās  
 ab altero: sed comittitur fallacia. Ad secundū di  
 citur Concedendo maiorē loquendo de illis que  
 sibi ex sui natura insunt. & que creatis uiribus adi  
 pisci ualet. Sed uirtute icreata eiusmodi respec  
 tua illimitatio ut sibi conueniat nō iconuenit /  
 Ad tertium respondetur destruendo illam maio  
 rem. Nō. n. duo ubi sunt proprie contraria / Nō  
 omnia specie differentia sunt contraria. Sic nāq;  
 in substantia & quantitate poneretur contrarie  
 tas: neq; maxima distantia secundū locū arguit  
 contrarietatem / Formę nāq; cōtrarię maxime di  
 stant in natura & constituunt formas medias /  
 Mediū nāq; colores ex albo & nigro uirtute con  
 stant. Motus deniq; fit iter cōtraria extenso uo  
 cabulo. Nā iter magis album & minus album fit  
 motus / que tamen sunt formę sumendo pro fun  
 damento eiusdē rationis. CALIX. Quo pacto  
 omnia diuersa ubi dīstent specie? BENI. Quia  
 diuersimode se hnt ad uniuersū / unde ppria ra  
 tio loci est (ut diximus) imobilitas. BONVS.  
 Nulla ergo plura ubi erūt eiusdē spēi? BENI.  
 Erunt illa que sunt unum ubi p equalentiā / ue  
 luti si eadē res imobilitate se hnt respectu uniuersū  
 si nunc cōplectatur unā superficie / nunc alia / ue  
 luti diximus de illis: que iacent fixa ī aqua fluen  
 te / siue ī aere concitato. Verūtī quia potior est  
 ratio ipsi loco / ut sit imobilis q̄ ut circumdet / ta  
 lis res erit potius in eodem loco q̄ pluribus. Ad  
 quartum dicitur concedendo cōsequēs illud ean  
 dem uidelicet rem eodē tēpore posse quiescere in  
 loco uno & moueri ī alio / Et ponit talis regula.  
 Quecūq; cōpetunt rei. ea ratione dūtaxat / qua

est in loco possunt ei cōpetere hęc put est ī uno  
 loco & opposita eorū put est ī alio. Cuius regule  
 sensus est. Quecūq; consequuntur locum uario  
 modo ī sunt eidem rei ī pluribus locis existentis  
 Que uero cōpetunt rei nō rōne loci / nec tāq; cō  
 sequentia locum insunt eadem inuariabiliter etiam  
 rei existenti ī pluribus locis. Quiescere ergo &  
 moueri nō opponunt nisi respectu eiusdē loci /  
 ueluti neq; magnum & paruum / aut duplum &  
 dimidium / aut pater & filius. Idem nāq; respec  
 tu diuersorū erit magnum & paruum / duplum  
 & dimidium / pater atq; filius. Ad quintum re  
 spondent concedētes utrāq; partē illius diuine  
 tue. Potest. n. diuina illa uirtus simul ponere  
 eandem rem ī pluribus locis / ac etiam posita illa  
 ī loco uno potest eam ponere ī alio ē nō relicto  
 priori. Neq; ipossibile est duos tales motus īesse  
 eidem simul / Nō. n. sunt ut iam diximus pprie  
 cōtrarii: neque ad terminos absoluto / sed respec  
 tiuos. Philosophus aut loquit de possibilitate na  
 turali / nō diuina & de motib; diuersis ad formas  
 contrarias & absolutas. Neque secundo ipossibi  
 le est rem eandem acquirere locum aliquem sine  
 amissione ullius loci. Et proprii termini atque ī  
 timi ipsius motus nō sunt duo entia positia sed  
 semper unus terminus oportet sit priuatiuus al  
 ter positiuus. Mouet nāque res per se nō ab al  
 bo ī nigrum aut econtra sed a priuatione nigri ī  
 ipsum nigrum / aut econtra ab ipso nigro ī pri  
 uationem nigri. Et tales terminos fatemur esse ī  
 composibiles. Qñ ergo res ī uno permanēs loco  
 ad alium diuina uirtute mouet. Non mouet de  
 loco ad locum per se / sed de priuatione loci ad  
 ipsum locum. GRADVS. Placent mihi hęc /  
 cupereim tamen / ut ostenderes quo pacto eandē  
 rez uariis ī locis simul esse nō repugnet. BENI.  
 Quāuis hęc res alibi potius sit declaranda / roga  
 tu tamen tuo paucis nunc eandem declarabo.  
 Concedendum profecto unicuique ratione uten  
 tiest / Nullum ī conueniens esse / aut repugnan  
 tia / si concipiamus multiplicari entia posteriora  
 prioribus nō multiplicatis. Prefertim / si illa po  
 steriora sint respectus / & eo magis si sint re



specus quos dicunt philosophi extrinsecus ad uenire. Veluti una albedine aut scientia alicui in existente multiplicari contingit multas similitudines. Eadem enim scientia plurimis id est hominibus sit similis. Quomodo itaque hominem aut Angelum esse in pluribus locis simul, nil aliud sit quam ipsum habere plura ubi, plura uero ubi nil aliud sunt quam plures, & quidem remoti siue extranei respectus. Cur rationi repugnabit plures attribui eidem rei respectus? Imaginationi quidem hic opus atque labor menti certo uel nulla uel admodum parua difficultas. **SORGIVS.** Quidam angelus ex eo quia indiuiduus est putauerunt nequire nisi in loco indiuiduo (ueluti est punctum) existere posse. **BENI.** Falluntur eiusmodi imaginationes. Potest namque in loco magno atque amplo esse, Non quidem tamquam extensus in illo, sed tamquam existens sub illius circumferentia siue superficie. Ita ut intra illam & non extra concipiatur. **PVTEVS.** Ergo unica potentia erit angeli in eodem loco etiam amplo existentis, & non erit totus in qualibet parte illius loci, & si hoc, cur etiam anima nostra non ponitur habere unam potentiam ad totum corpus? **BENI.** Sublime dubium & paucis notis proponis & nos (si conformiter his que iam diximus loqui uolumus) dicere oportet animam totam (hoc est que est ens perfectum & in se integrum) in toto corpore semel esse, & ad totum unam potentiam habere, sicut & angelus semel est in toto loco suo, ac etiam in corpore assumpto. Quod uero Aurelius dicit totam animam in qualibet parte corporis esse, non est intelligendum, ut ad quamlibet quamlibetque minimam particulam corporis habeat aliam, atque aliam potentiam, sed illud dictum est ne putemus eam extendi & diuidi iuxta extensionem & diuisionem partium corporis. Tota namque anima presens est unica potentia omnibus corporis partibus, & hoc est dictum est tota in qualibet parte, ac si diceretur unam potentiam anima habet ad omnes partes corporis. Non ergo est in dextera & sinistra, aut in corde & in cerebro tamquam in duobus locis uel tamquam inherens forma pluribus subiectis, sed tamquam una forma unica informatione omnes partes corporis perficiens. Adde eadem ratio

ne, & de ipso summo Deo nos posse dicere ut ad totum uniuersum unam habeat potentiam. Et quod uis dicatur totus esse in qualibet parte uniuersum illud ita accipiendum est, ut totus cunctis uniuersum partibus unam potentiam ad sit. Cui alludit illud propheticum celum & terram ego impleo dicit dominus. Eo modo quo intelligimus angelum in maximo sibi possibili loco semel tantum adesse siue in tanto loco esse sibi ex sui natura, siue pro libito uoluntatis conueniat.

**¶** An plures Angeli possint esse eodem in loco simul. **Ca. viii. CERVIVS.**



Varto fuit propositum an plures Angeli ualeant esse eodem in loco simul. Vbi quod mihi sunt rationes pro utraque parte, Et arguam pro illa parte primum quam negatiuam uocat. Impossibile profecto est plures causas completas siue totales esse simul eiusdem effectus siue eiusdem rei loquendo de causis eiusdem ordinis & absque medio effectum respicientibus, Dixi eiusdem ordinis: quia in diuerso ordine id fieri potest. Vnus namque Sol unus Iupiter unus item Deus & sic de aliis in suo ordine sufficit. Et unusquisque illorum est in suo ordine est causa totalis. Et hoc patet in quolibet genere causarum, Vna namque forma est unius rei completiua, Et unum proximum atque eiusdem ordinis efficiens & mouens: quibus remotis cause possint esse presentes et totales in diuerso ordine. Et si obiceret quod de pluribus nauem trahentibus, obiectio iam exclusa est. Nemo enim trahentium est causa completa siue totalis: sed omnes una sunt loco unius perfecti motoris. Sed angelus in loco existens uirtute sua contingit complete & absque medio locum illum & eo modo dicitur esse in loco. Quare alius contingere nequit illum locum & ita neque in illo esse. Deinde uidi quosdam ita illud probantes. Quicunque eundem modum essendi in alio habent nequeunt simul esse in illo. Veluti duo corpora gloriosa dicuntur non posse simul esse, quomodo tam gloriosum cum non glorioso simul esse possit. Eodem modo duo Dii si essent simul esse non ualere ut Damascenus dicit quod quis Deus cum Angelo & aliis rebus Angelus item cum corpore simul esse possit, sed quilibet Angelus habet eundem modum essendi in loco. Igitur plures



simul esse non poterunt. Addunt ut sicut duæ a  
nimæ nequeunt esse in eodem corpore: ita neque  
duo angeli in eodem loco: Nunc eas afferam rō  
nes: q̄ id fieri posse affirmat. Quarū prima hæc  
sc̄p̄ eo remoto: quo aliquid nequit esse tale / iam  
poterit esse tale. S3 corpora plura iccirco neque  
unt esse simul quia utrumq̄ replet locū quod  
ab angelis remouetur: Sola nāq̄ corpora replēt  
Quare plures angeli poterunt esse simul. Prete  
rea. Quandocumq̄ plus distantia cōceduntur  
posse esse simul / & minus distantia sunt conce  
denda / S3 Angelus plus distat a corpore q̄ alio  
angelo: & tamen ponitur simul cū corpore a q̄  
plus distat. Igitur poterit simul poni cū alio ā  
ngelo a quo minus distat. Deniq̄ Quotiens ali  
quid potest esse simul cum uno in quo est simi  
lis ratio repugnantie poterit esse & cum alio: S3  
angelus potest esse simul cum anima in qua est  
eadem ratio repugnantie quæ in alio angelo: p  
batur: Nam spiritus interdū subingreditur cō  
pus hominis / in cuius singulis partibus est ani  
ma / & ita est simul cū aīa / & tamen eadez ratio  
repugnantie est hic & ibi / Nam & aīa & ange  
lus sunt nature spiritualis / Quare & āgelus po  
terit simul esse cum angelo. BENI. Duo corpo  
ra simul esse posse cōceditur passim a theologis.  
Duos autēz angelos a pleriq̄ negatur ob ratio  
nes quas recitasti: Et si ut eos excusemus illud i  
telligant de posse put subiacet uirtuti create sc̄o  
san uera esset illoq̄m opinio. Nequit. n. angel⁹  
cuz angelo simul esse propria uirtute: Q̄uis &  
de hoc non nulli ambigent: Nempe non uideēt  
eis: ut si angelus mouens cælum sit in oriente: &  
alius ad terram descendens eo calle transiret / n̄  
oportet aut hunc quasi callem illuz s̄ectere / aut  
illum sibi cedere / sed pertransibit recto tramite  
& uterq̄ in transitu reperientur simul. Richar  
dus quoq̄ ille doctor antiquus in de Trinitate  
libro quarto probat Demones in corporeos esse  
eo q̄ legio Demonum legitur in quodam homi

ne fuisse: Et si corporei essent plura certo corpo  
ra simul fuissent ut uidetur ipsius ratio innuere  
Quamobrem ipsius sententia id sequitur ut nō  
repugnet plures spiritus simul esse / sed solum  
plura corpora / Si etiam græca illa teneatur opi  
nio ut angeli ante omnem corpoream molez fu  
erint creati / quo pacto ipsos nō fuisse simul cor  
gitabis? nequibus. n. eos locis que non erant di  
stinguere / S3 dices forsan & recte ipsos neq̄ si  
mul / neq̄ in pluribus locis tuz fuisse quom nul  
lus locus fuisset / Simul erant quia non in locis  
diuersis: Simul quoq̄ non erant quia in nullo  
loco uno / Dicimus id saltem plures angelos si  
mul esse posse diuina illa inq̄ atq̄ immensa uir  
tute: Quæ. n. contradictio: Quæ repugnantia?  
Quod impedimentum dabis / quin ita recte cō  
cipi / & esse possit: Si nāq̄ plura corpora / cur  
non plura loca: Et ad rationem priorē respō  
dendo Destruemus ipsius minorem / Cur nam  
q̄ non poterunt plures pluribus operationib⁹  
idem corpus contingere: Cur uirtus plurium an  
gelorum nequibit eidez rei applicari: Q̄uis ē  
destrui possit angelos eo modo esse in loco de q̄  
plura iam attulimus. Cur etiam Angelus arbi  
trio liber non poterit corpus aliquod (etiam si  
solus mouere aut deferre possit) nolle tamen si  
ne alio neq̄ mouere / neq̄ deferre: Multa. n. q̄  
possent non faciunt: Aut dices Angelum nisi  
solus operetur & solus moueat in loco nullate  
nus esse: Ergo simul operantes in loco nullo di  
ci possent: Et qua ratione: Ignoras tu & egote  
cuz / Neq̄ igitur illa causa essendi in loco ange  
lis / Et si etiam sit / non cogit quin plures simul  
esse etiam naturali uirtute possint. Ad alterā au  
tem rationem dico / Maiorem illam in plurib⁹  
concedendam: neq̄ tamen in omnibus: Ab eodē  
namq̄ plura simul eadem ratione pendunt  
ut ab eodem sole / cur ergo in eodem plura eadē  
ratione nequibunt esse: Nam ab alio sepius esse  
tialiter & natura plura dependent / In eodem a  
utem plura esse in proposito non dicit aut no



tat respectum essentialem / Ex illa etiam maio-  
 ri sequeretur q̄ neq̄ duo corpora non gloriosa  
 simul esse possent / Habent quippe eundem esse  
 di modum / Duo uero corpora eiusmodi simul  
 esse posse sancti affirmant sicut patet de corpore  
 Christi domini quod ex virgineo illo utero illi-  
 bato intactoq̄ illo & integro remanente exiuit  
 Et fingere illud corpus glorificasse: & iterū glo-  
 ria tali priuasse omnino ab re est: & contra om-  
 nem rationem. Neque uideo maiorem impossi-  
 bilitatem inter duo gloriosa corpora quo ad id  
 q̄ non gloriosum & gloriosum / Vtrumque. n.  
 habet dimensiones / Et philosophus negat pe-  
 netrationem dimensionum: Similiter ita corp⁹  
 gloriosum suę nature diuissimum replebit locum  
 sicuti & non gloriosum / Et eque facile poterit  
 De⁹ suspēdere illā repletionē a corpore mortali.  
 sicut ab imōtali. Ad id q̄ addit negat similitu-  
 do / Duę namque forme nequeunt complete in-  
 formare unum corpus: & anima nequit nisi cō-  
 plete informari: Sed duo Angeli possunt simul  
 operari circa idem corpus pluribus alterius ra-  
 tionis operationibus etiam completis / immo &  
 eadem operatione incompleta & partiali. Tene-  
 amus ergo diuina uirtute plures Angelos simul  
 esse posse: naturali uero potius nequire: Iccirco  
 & amplissimum locum eis preparauit cęlum ip-  
 sum Empyreum: ut tantus numerus posset  
 suo modo ab ingenti loco contineri / Raro e-  
 nim forsā uel nunquā Deus id agit ut plures  
 sint in loco eodem / Sepius reor eundem in plu-  
 ribus locis esse concedit / Eo modo forsā assi-  
 stentes transmittit / ut eos etiam sibi in cęlo illo  
 astare sinat & uelit / Puto etiam & pie contem-  
 plari soleo uniuersam cęlestem curiam ea hora  
 qua Verbum caro factum est affuisse coram uir-  
 gine illa Genitrice Dei / neque tamen domum  
 Dei supernam spoliatam fuisse cunctis habita-  
 toribus. Tumque utrumque miraculum Deū  
 ipsum operatum esse ut singuli aut plurimi ip-  
 sorū simul essent in locis pluribus: Atque p̄ u

res eodem in loco: neque enim cellula illa que ho-  
 die Laureti esse dicitur tantam capere potuisset  
 multitudinem si unusquisque proprium habu-  
 isset locum / Hanc tamen conclusionem non te-  
 nemus tanquam constricti rationibus illis quas  
 tu pro illa attulisti. Quamuis prima illarum fas-  
 tis congrua sit / Secunda tamē & tertia facile sol-  
 ui possunt: Plus enim distat angelus ab anima ī  
 entitate / neque etiam dicerent ipsi cuꝫ anima si-  
 mul est eodem essendi modo. Anima enim est ī  
 corpore ut forma / Tamen si anima etiam sit in  
 corpore sicut in loco / ratio concluderet / non ta-  
 men curo: quom habuerimus potiores.

**AN ANGELI POSSINT MOVERI  
 DE LOCO AD LOCVM MOTV.  
 CONTINUO: ET PONVN.  
 TVR MVLTERRATI  
 ONES ACVTE.  
 CAPVT. IX.  
 GONDO  
 LEVS.**



Vinto quęsitum fuit an ipsi Ange-  
 li ualeant de loco transire ad locū &  
 moueri motu continuo. Sunt nam-  
 q̄ rationes quibus id fieri n̄ posse p̄-  
 batur. Primo quidem / quia omne quod mouē  
 est in potentia ad aliquem actum. Est. n. mot⁹  
 actus entis in potentia ex. iii. phisico. Et ibideꝫ  
 dicitur Motum esse actum imperfectū: Sed an-  
 geli: qui sunt entia purissima post ipsum Deū  
 non uidentur esse in potentia ad actum aliquē  
 prefertim: ita imperfectum qualis est noui loci  
 acquisitio uidetur etiam eiusmodi motus ob in-  
 digentiam a natura concessus: unde animalia q̄  
 bus adsunt uite necessaria non progrediuntur.  
 Q̄ etiam nequeant moueri prefertim motu cō-



tanuo, probatur sic. Nulluz impartibile potest moueri ex. vi. phi. & ratio est quia omne quod inouetur partim dicitur esse in termino a quo discedit & partim in termino ad quem accedit. Qui .n. fuerit in termino ad quem accedit, quiescit & motus omnis cessat: si inquam perfecte accesserit & quum est omnino in termino a quo sibi recedendum est, non dum motum est. Quom itaque indiuisibile careat partibus non poterit esse partim hic & partim ibi & ita neque moueri ualebit. Sed angelus est omnino impartibilis, igitur angelus moueri non poterit. Confirmatur maior illa, eo quia omne quod mouetur prius transire oportet spacium minus, deinde equale & tandem maius, sed indiuisibile nihil est minus, nil sibi proprie equale, nil certo illo maius. Vel si dixeris aliquid esse rei impartibili equale, illud erit etiam impartibile. Moueatur ergo eiusmodi impartibile super magnitudie aliquam, certuz est ipsum non posse per transire spacium ullum se minus, nil .n. impartibili minus. Pertransibit ergo spacium equale & iterum aliud equale & sic deinceps & sequetur hoc inconueniens, quod eiusmodi magnitudo erit composita ex impartilibus, contra philosophum ibidem. Confirmatur itaque illa eadem maior ex mente philosophi eodem in lib. ois namque motus est in tempore & omni tempore dato, erit accipere tempus minus, in quo poterit minus mobile moueri. Quare omni mobili uidetur posse accipere minus tempus sicut omni tempore minus tempus. Sed impartibili nihil est minus, igitur impartibile moueri non poterit. Preterea Angelos moueri non posse, etiam sic probatur. Quicumque aliquis caret conditione necessaria ad motum requisita nequit moueri. Si angeli carent quandam conditione sine qua motus fieri non potest & conditio illa dicitur successio partium: Que quidem Auerois sententia super .iiii. phi. ubi fit sermo de uacuo, causari uidetur ex aliquo horum trium, aut ex resistantia rei mobilis, ad suum motorem, ita quod mobile resistendo uirtuti actiue sui motoris causat successione in motu, aut prouenit ex resistantia medii per quod fit motus ad ipsum mobile. Itaque mediuz

puta aer, uel aqua resistendo rei motus causat successione in motu, aut tertio talis successio prouenit ex resistantia ipsius medii ad motorem. Si namque medium resistat uirtuti mouenti non poterit operari in instanti. Sed angelus non potest resistere medio, aut sibi ipsi tanquam motori, neque ipsum medium potest resistere ipsi angelo, neque tanquam motori, neque tanquam mobili. Nequit .n. agere corpus in spiritum: Qui autem resistit agit uel actionem impedit. Et ita nulla successio causari poterit in tali transmutatione & per consequens neque motus causabitur, oportet .n. ipsum successiuum esse. Confirmatur itaque maior per philosophum ibidem. Quia si graue quodpiam diceretur moueri in uacuo, ibi non esset motus, sed mutatio quedam in non tempore. Et hoc ea de re, quia nulla est ibi resistantia. Confirmatur item, illud idem ratione philosophi ibi posita hoc modo, Qualis est proportio medii ad medium in densitate & subtilitate, talis oportet sit proportio unius motus ad alterum in uelocitate & tarditate. Quo .n. medium est densius, eo motus in ipso factus est tardior, magis enim resistit mobili & uirtuti motoris medium spissius quam rarius, ut aqua quam aer, quo fit ut res mota per aquam tardius moueatur quam illa que per aerem mouetur. Tunc sic Quando inter aliqua duo spacia nulla est proportio in subtilitate & densitate, nulla & erit proportio duorum motuum qui in talibus spaciis fierent. Sed uacuo ad plenum nulla est proportio in subtilitate, aut densitate, quia non potest assignari ratio quantum plenum excedat uacuum. Igitur si quid moueretur in uacuo nullam proportionem haberet ad rem, que mouetur in pleno, nunc autem ita est quod cuiuscumque motus est certa proportio ad alium motum in uelocitate & tarditate. Ex quo sequitur, quod motus factus in uacuo non sit proprie motus. Quom nullam proportionem habeat ad alios motus. Eodem modo arguere possumus de angelo, quod moueri nequeat. Nullam enim proportionem habet ad corpus in subtilitate & densitate. Qualis namque est proportio mobilis huius ad mobile illud in uelocitate, talis est proportio eorundem mobilium in subtilitate



L.

Sed nulla est proportio Angeli ad corpus in subtilitate / igitur nulla erit proportio motus angeli & motus alicuius corporis in uelocitate / Igitur in infinitiuus uelocius mouebitur angelus quam corpus: & ita non mouebitur: sed in instanti transmutabitur. Confirmatur hoc idem altera ratione philosophi ibidem inducta. Concesso namque a ualioso aduersario / ut motus fiat in uacuo: qui proprie sit motus / sequetur quod motus aliquis factus in pleno erit equalis in uelocitate motui facti in uacuo: Quod est impossibile. Sic. n. esset equalis uelox motus ubi medium resistit & ubi nil prorsus resistit. Quod autem illud sequitur per. Accipiat quippe illud tempus quod motus: qui fit in uacuo mensurat: Et si tempus dimidiæ horæ. Quo concesso / Accipiatu nuuc aliquod corpus quod quidem tantum excendatur ab alio corpore in subtilitate quantum excendebatur illud tempus: quod mensurabat illum motus / qui fiebat in uacuo ab alio tempore. Et subito sequetur illud corpus posse moueri in tanto tempore per spacium plenum in quanto aliud dicebatur moueri per uacuum. Et ita motus in pleno erit equalis motui in uacuo. Eodem modo argues accipiendo tempus in quo angelus mouetur puta dimidiam partem horæ / & poteris inferre Angelus posse moueri in tanto tempore in quanto aliquod corpus mouetur. Hoc autem est impossibile. Esset namque motus ubi medium resistit ipsi mobili equalis motui ubi medium ipsi mobili nullo modo resistit. Illud uero sequitur comparando ipsum tempus in quo angelus mouetur ad aliud tempus: & ponendo talem proportionem alicuius corporis ad aliud corpus / uel alicuius medium ad aliud medium in uelocitate. Ex quibus manifeste uidetur sequi angelum moueri maxime motu continuo & successiuo nullo modo posse. Ad dunt quidam etiam rationes qua probare conantur nullum successiuus esse continuus / & per consequens etiam motum successiuum non esse continuus. Probant autem illud antecedens nullum uidelicet successiuus esse continuus / bifariam. Omne namque successiuus componitur ex indiuiduis & impartibilibus / sicut & diuiditur in indiuidua & impartibilia. Deinde omne successiuum auunt com-

ponitur ex minimis / Igitur ex non quantis / Quia omne quantum habet partem minorem se / Minimo uero nil est minus / Minimum itaque est non quantum / & ita compositum ex minimis erit non quantum / Et per consequens non continuus. BENI. Desiste a tot rationum inductione compellunt namque iste obiectiones totam philosophiam imo & mathematicas scientias nos euoluere. Quod in presentia nos facere non pollicemur. Afficeremus certo Senatam auditores quod duntaxat tedio / & materiam in coactam transgredere metas. Qua propter ea e disereimus / que ad naturam angelicam declarationem attinet. ARA. Mihi quoque tot difficultates ab re poni uidebantur / Sed tu pro innata luciditate tua hec clarius breuissimè absolues.

¶ Angelos posse de loco ad locum transferri declaratur. Cap. x. BENIGNVS.



¶ Angelos posse de loco ad locum transferri consideratis his que de illis dicta sunt non est ambigendum. Diximus autem ipsos suo modo in loco esse / Et sicut in uno ita & in alio esse posse. Que quid autem est nature recipere plures formas alicuius generis / & ex se non sit determinatum ad unam illarum formarum (sicut ignis determinatur ex sui natura ad calorem duntaxat / non autem ad frigus) Potest ab una illarum formarum transmutari in aliam si non sit illuminatum ad omnes. Sed angelus est natus recipere omne ubi totius uniuersi si eo modo quo superius declarauimus / & non est determinatus ad unum / sicut aqua ad frigus. Neque est illimitatus ad omnia ubi / sic. n. esset in mensus / quare poterit de uno ubi mutari in aliud / Maior huius rationis est manifeste uera. Quoniam cumque. n. nequit intelligi subiectum / quin intelligatur & predicatur / Semper oratio est manifeste uera / sed talis est illa maior cuius subiectum expressit includit predicatur / & ad illius affirmationem de aliquo sequitur necessario affirmatio illius predicati de eodem. Si. n. sit aliquid nature recipere omnes formas alicuius generis / & nequeat omnes simul habere nec unam sibi determinatam duntaxat / statim sequitur. Ergo poterit unam illarum acquirere post aliam. Si. n. posset unam post aliam acquirere / hoc proueniret / quia uel



oēs simul haberet / uel non esset natus singulas  
 recipere / uel certo esset talis res determinata ad  
 unam illarum formarum / sicut graue ad locuz  
 infimū / & leue ad locuz supremū. Vidisti quo  
 modo predicatū includitur ibi in subiecto / Et  
 ex opposito predicatū infertur oppositū subie  
 cti. Hoc idem habetur expresse ex sacris litteris /  
 Sēpissime. n. Angelos legimus missos ēt sine cō  
 pore assumpto / ut ille qui apparuit Ioseph nu  
 tanti an deberet Mariā accipere in coniugē suā  
 & quz precepit fugā in egiptum & inde iterum  
 reditū / vnde & apostolus / Om̄s inquit sunt ad  
 ministratoriū spiritus in ministeriū missi. Dein  
 de Quicquid non repugnat animē beatę nō ui  
 detur repugnare Angelo (loquendo de illis q̄  
 cōpetunt animē in se & non per cōparationē ad  
 corpus nēp̄ non repugnat animē beatę cor  
 pus informare: quod quidē Angelo repugnat )  
 s; animē beatę / imo & beatissimē nō repugnat  
 de loco ad locū moueri . Christi nāq; anīna ad  
 inferos descendit non solū uirtute / aut effectu  
 ut Durandus uidetur exponere: sed ut alii tuti⁹  
 intelligunt uere descendit / & de loco ad locum  
 transmutata fuit. Qz autem possit motu conti  
 nuo moueri patet ex illo dicto p̄hi / inter que  
 cumq; duo loca assignata esse loca innumera / Nā  
 corpus quando mouetur in quolibet instanti ē  
 in alio: & alio spacio adēquato: & quia inter q̄  
 cumq; duo tēpora / sunt tēpora infinita: & in q̄  
 libet tēpore sunt instantia infinita / si ergo mo  
 bile in quolibet instanti est in alio & alio ubi a  
 dequato / igitur illa erunt absq; numero / & in  
 finita. Sicut ergo non potest corpus oīa illa ubi  
 suē loca transire nisi continue moueatur: ita ne  
 q; angel⁹ quius ip̄e sit ī illis īpartibilibet. GON  
 DO. Accepi hęc & oīa mihi facilia erunt / mo  
 do obiectionibus quas attuli fuerit / ut spero sa  
 tisfactū. BENI. Ad primā obiectionem respō  
 deo facillime. Non. n. est inconueniens / ut ali  
 quid moueatur ad id quod illo ex sui natura sit  
 ignobilius / Nam & substantia transmutatur d̄  
 accidente in accidens: & est in potentia ad acci  
 dens / neq; t̄n accidens est absolute nobilius sub  
 stantia / quā sit aliquo modo actus & perfectio

illius accidentalis. Potest ergo etiam imperfecti⁹  
 esse perfectio saltem accidentalis rei perfectioris.  
 Neq; mouentur ob indigentiam sui presertim be  
 ati: sed ob indigentiam nostrā iuxta illud apo  
 stoli in ministerium missi propter eos: qui here  
 ditatem capiunt salutis / forsan etiā & ipsos ob  
 lectare possent transitus de loco ad locuz / Quoꝝ  
 in oī loco sit apti nati esse / nec in oībus simul ef  
 se possint. Ad secundam obiectionem tuaz Di  
 co illam maiorem esse falsam / ut nullum indi  
 uisibile possit moueri / Angelus namq; & si in  
 diuiduus sit secundum substantiam / est t̄n ī lo  
 co non indiuiduo / sed partibili / ut patet ex his  
 que superius diximus / & ita respectu loci ita se  
 habet / ac si esset partibilis / dum. n. mouetur sē  
 per transit de loco partibili ad locum partibile  
 & ita rationes p̄hi non aduersantur nostro pro  
 posito / Ipse nāq; loqui uidetur d̄ indiuiduo se  
 cundum quantitatem / ut de puncto contra cu  
 ius motum uidentur ibi procedere ipsius ratio  
 nes. Angelus quippe partim est in termino a q̄  
 & partim in termino a quem non quidem / ac si  
 una pars ipsius angeli sit in loco uno: & alia in  
 alio: sed quia est semper dum mouetur in locis ī  
 ter mediis / quorum unusquisq; si comparetur  
 ad locum unde incepit motus / est terminus ad  
 quem. s. accessit. Si autem comparetur ad termi  
 num / ad quem tandē accedet & in illo quiescet  
 erit terminus a quo recedit. Est ergo duꝝ moue  
 tur partim in termino hoc / & partim in illo. Si  
 muliter Angelus prius pertransibit spacium mi  
 nus / non quidem substantia sua / sed minus lo  
 co illo in quo est / deinde pertransibit spacium  
 equale illi priori loco / & tandem maius. Eodeꝝ  
 modo respondetur / ad alteram confirmationē  
 concedendo rationē philosophi / q; aliquid pos  
 set in minori tempore moueri / q̄ Angelus mo  
 ueatur: & in minori loco esse q̄ Angelus sit.  
 Sed tu aduerte / multi enīz decipiuntur / credūt  
 nanq; ut philosophus asserat re ipsa omni mo  
 tu concessio posse concedi motum uelociorem / si  
 cut & omni tempore dato est dare tempus min⁹  
 Quod certo stare non potest / Nulluz enim cō  
 pus primo mobili potest moueri uelocius / Ille



ergo comparationes sunt accipiendę non secundum rem / sed secundum rationem / sicut & plura in diuidua solis ratio quidem cogitare potest neq; repugnantiam ex terminis sentit. Plura tamen in diuidua solis ipsius opinione produci nequeunt. Ad tertiam objectionem dicimus / Successionem motus Angelici non fieri ratione alicuius resistentię / uel medii uel rei mobilis / sed ratione distantię / que est inter extrema / & ratione suę uirtutis: qua nequit inducere terminum ultimum & distantem / nisi prius induxerit terminum medium & propinquum. Concedimus ergo illam triplicem resistentiam esse causam successionis in motu: & ipsius successionis assignamus etiam causam ulteriorem / uidelicet limitationem uirtutis ipsius mouentis. Concedimus etiam qd ratio ne illius triplicis resistentię motus non posset fieri in uacuo. Et ita philosophus est accipiendus. Posset autem forsan / & ibi esse motus / non quidem gratia alicuius resistentię sed quia uirtus mouentis est finita / Et ita non poterit subito inducere terminum: quem intendit. Et eo modo facit euidens cunctas alias confirmationes / quas ad idem inducebas. Concedimus quoq; motum Angeli posse comparari & proportionem habere in uelocitate & tarditate ad motum corporis / Sed illa proportio non puenit ex eo / quia inter Angelum & corpus sit proportio in subtilitate: sed ex eo uterq; motum erit in tempore & in loco partibili omne autem tempus habet certam proportionem ad aliud tempus a se. Concedimus tandem in tanto tempore interdum posse moueri corpus in quo mouetur & Angelus / & hoc quo ad rationem cogitantem. Nam re ipsa credendum est / motum Angeli posse esse uelociorem / motum cuiuscumq; corporis. Vnde illa propositio / In quocumq; tempore potest moueri Angelus / posset moueri & aliquod corpus / Non est uera re ipsa / sed sola ratione & non repugnantia ipsorum terminorum / si uidelicet corpus tam subtile dari posset. Ad illam autem objectionem qua quosdam asserit / nullum successiuum esse continuum putat / eo qd sit ex in diuiduis atq; minimis / Alias

disputari poterit. n. attinent ad rez presentem & egent longiori discussione. SORGIUS. Intellexi impartibilitate Angeli non repugnare / quin moueri possit. Nunc scire cupere; an impartibili secundum quantitatem repugnet moueri BENIGNVS. Ista quoq; questio in philosophia uidebitur / ubi inquiretur: An corpus perfecte sphericum si poneretur super spacium perfecte planum: & ipsum puncto solo contangeret / posset moueri super illud. In preserti satis sit nobis euidenti ratione accepisse / ipsos celestes spiritus de loco ad locum: etiam motu continuo / & successiuo moueri posse. Verum an ipse propria uirtute se ipsum ita moueat & transferat / restat inuestigandum.

An ipse Angelus se propria uirtute possit de loco transferre ad locum. Caput. vn / decimum. BONVS.



Ultis uidetur neq; Angelum neq; quicquid aliud posse a seipso moueri: impossibile namq; est idem secundum idem simul esse actu & potentia: Sed mouens prout mouet est actu: Et id quod mouetur prout mouetur est potentia: Quare si illa eadem res se ipsam moueat ipsa simul secundum idem erit actu & potentia. Confirmatur Numquam membra diuidentia superius aliqua coincidunt in uno eodemq; inferiori. Nil. n. reperitur quod sit rationale atq; irrationali. Aut anima & inanimatum pariter: Sensus sicut diuiditur per substantiam & accidens: ita & per actum atq; potentiam. Quare quemadmodum nihil est substantia & accidens simul / ita nil erit una actu atq; potentia / Preterea: Omne seipsum mouens partitur in duo sententia philosophi. viii. de auditu fisico: Et illorum alterum est primo mouens alterum uero primo motum / Ex quo sequitur idem non posse primo mouere atq; moueri. Hoc idem. vii. libro probat ipse philosophus expresse dicens nihil posse mouere primo se ipsum / quia tunc quiesceret ad quietem partis / & non quiesceret ad quietem ipsius: Infert itaque philosophus ibi In omni eo quod a se ipso moueri uidetur esse duo distincta mo-



uens uidelicet & motum / Sed angelus quom sit  
impartibilis nequit diuidi in eiusmodi plura /  
Quare neq a se ipso moueri. **BENIGNVS.**  
Angelus ut ostensum est de loco ad locum mo  
ueri potest / aut igitur a corpore quopiaz moue  
bitur quod est friuoluz / Aut a Deo: Et ita esset  
assiduam miraculum: & derogaret sue dignita  
ti ut uoluaturum ab alio / ac si esset truncus qui  
dam aut saxum / Neq ullus philosophoru con  
cedens Intelligentias posse transferri de loco ad  
locum / negauisset eas a seipsis eiusmodi motum  
perficere posse: Vnde & Plato ille animam no  
stram ponens imortalem dixit eam proprio mo  
tu cieri / A seipsis itaq Angeli mouentur: Qd  
uel ex eo patet / Quia si attribuimus ipsis moue  
ri posse quod imperfectionis est / Et iteruz con  
cedamus illum motum aliunde ipsis accedere se  
quetur / eos nimis uiles esse / qui & moueantur:  
& ab alio moueantur: Et solum pati sint apti /  
agere autem in epti. Quom itaq cietur ut a se  
ipsis cietur necesse est. Quod etiaz natura gra  
uibus atq leuibus. Terre in q lapidi ac igni &  
ignitis concessit Quod profecto & cunctis pene  
aialibus tribuit & dedidit putabimus Angelos  
adeo infortunatos fuisse: ut eis uirtutem motiuā  
solis adeptam credamus. **BONVS.** Grauia  
ex mente philosophi Octauo supradicti operis  
negantur a seipsis cieri: Vnde quidam ea ge  
nerate: quidam a renouente prohibens / quidā  
hec a centro illa / a mundi circumferentia moue  
ri aiunt. **BENIGNVS.** De ipsoru motu pro  
lixior extat altercatio: quaz hic ab re ponerem?  
Alia igitur disceptabitur / Et spero ut a seipsis  
moueantur / conuincetur / **BONVS.** Quid er  
go ad rationes quas attuli. **BENIGNVS.** Ad  
primam dicimus illos qui ita arguunt / non re  
cte inspexisse ad quattuor condiciones que i cō  
tradictionibus sunt obseruande / Impossibile  
quidem est eandem rem eodem tempore / eius  
dem respectu / & eadem ratione esse actu & po  
tentia: Ratio uero illa pretermisit quartam con  
ditionem: & ita ignorantiam / nondicam Elen

chi boni sed suam propriam mōstrauit. Idē cer  
to potest esse actu uirtute / & potentia suscepti  
one: hoc est habere uirtutem actiuam ad aliqd  
producendum & potentiam tale productuz su  
sciendi: Sicuti Intellectus idem secunduz plu  
res est quidem productiuus cognitionis & eius  
dem susceptiuus: Et ueluti grauia quoq atq le  
uia sese mouent / Ac ueluti anima humana Pla  
tone perhibente proprio ipsa cietur motu / Im  
possibile ergo esset ut aliquid eiusdem rei: eodē  
tempore & eadem ratione esset productiuum &  
non productiuum / Susceptiuū & non suscep  
tiuū / Ac etiam si eadem ratione qua est actu  
esset in potentia profecto repugnaret / At uero  
ut sit actu tale uirtute / & potentia non tale for  
maliter nil repugnat. **BONVS.** Ostende lu  
cidius id rogo. **BENIGNVS.** Solet dici & ue  
rum est Neminez id largiri quo ipse caret: Qui  
ergo quicq alteri tribuit / illd quoq ipse uel ha  
bere uel habuisse uidetur: Omne autem produ  
cens aliquid in aliquo tribuere uidetur suscipie  
ti illud: Si itaq in seipso quisq aliquid produ  
cere dicatur / uidebitur sibi tribuere id iam qd  
habet. Et ita esset in potentia ad habendum il  
lud quod iam actu obtinebat: Et ita erit actu &  
potentia respectu eiusdem / Nos igitur respon  
demus declarando aliquid haberi posse bifariaz  
uno modo formaliter. quando uidelicet rem ip  
sam secundum sui formam habemus ut ignis ca  
lorem actu: & secundum formam suam habet.  
Altero modo uirtute / Quia est uirtus in nobis  
illud producendi quod tamen in nobis secūdu  
formam suam non est / ueluti sol calidus dici so  
let & calorem habere: quia illius productiuus ē  
Non ergo eadez ratione habet / & caret / sed uir  
tute habet / forma ipsa non habet: Si ergo aliqd  
uirtute quicq haberet / & re ipsa secundum for  
mam rei / non haberet / ut illud sibi ipsi tribue  
re possit non incōgruit / Nemo igitur largitur  
quo ipse caret / plurimi tamen largiuntur ea  
que secundum formam in ipsis non sunt ut Sa  
turnus frigus: Sol calorem / Venus humorem:



Et ita res potest etiam a se ipsa suscipere secundum formam / quod iam habet secundum uirtutem: Suscipit ergo quod habet / sed uno modo suscipit / altero habet angelus eodem modo antequam moueatur / caret motu secundum formam / & habet eum secundum uirtutem: Et sibi ipsi largitur uno modo quod possidet assidue altero / Ad confirmationem dicimus concedendo propositionem Sed ipsum assumptum declaramus: potentia certo prout est in ebrum actui oppositum / nullibi enim actu concurrat aut coincidit / Veritatem non omnia potentia omni opponitur actui: Immo interdum simul necessario manent. Quapropter & si omne ens aut sit actu existentem / siue secundum formam tale / aut in potentia ad existendum tale: & secundum formam / & haec simul non coincidunt in eodem habere tamen illud idem uno modo uirtute / & esse ad illud secundum formam in potentia non repugnant / neque diuidunt ens tantum quod opposita: sed potius stant simul / sicut posse suscipere & posse agere. Ad alteram rationem quam induxisti ita dicendum / philosophum ibi loqui de mobili corporeo: quod potest diuidi in plura. Et quod una parte aliam mouet: Mouens quoque compositum per cognitionem partitur in duo: quorum unum est tantum primo mouens: & alterum tantum id quod primo mouetur. Et hoc ideo quia uirtus talis mouentis est annexa organo corporeo. Quando ergo uirtus motiua est organica tunc una parte mouet alias / quod non est in proposito / uirtus namque angeli non est alligata ulli organo. Ad illud autem quod inducebas ex vii. libro. Scito mentem philosophi ibi esse tales / Omne quod mouetur ab alio moueri / quod quidem exprobat. Nam omne quod mouetur / aut ab extrinseco / aut ab intrinseco motore mouetur. Et si quidem ab extrinseco patet quod ab alio / si uero ab intrinseco tunc quia latet motor / uidetur quod res a se ipsa mouetur: Quo quidem concessio sequetur quod aliquid per se primo moueretur / Consequens illud tantum falsum respuit & probat non esse. Quando cum quod non aliquid ad quietem alterius quod elicit / signum est quod a seipso primo non mouebatur / sed ab illo ad cuius quietem quietat. Sed sic

L  
est / quod quaecumque a seipsis moueri uidentur quiescentem aliqua parte ipsorum: & ipsa quiescunt. Quod quidem est manifestum signum ipsa moueri a uirtute in illa parte existente / ad cuius quietem ceterae partes quiescunt. Virtus itaque in parte illa latitans ipsa parte media tantum instrumento quodam mouet reliqua. Quae ratio solum tenet de mouente corporeo & organico. Neque propter illam rationem est concludendum ut angelus quod quod aut anima separata ab alio moueatur. Immo neque sequitur / ut grauius / aut leuius ab alio moueantur / Quomodo in illis uirtus motiua non sit organica. Quidam tamen subtilius illa philosophi uerba exponunt dicentes: Illud uocabulum primo accipi posse bifariam: Interdum enim primo ideo denotat ac si diceret secundum totum / uel secundum omnem partem sicut dicimus graue moueri deorsum primo: & leue ascendere sursum: & hoc pacto nos concessimus aliquid moueri per se primo. Interdum uero idem denotat illa dictio primo ac si expresse diceretur adaequate siue conuersum ueluti dicimus hominem primo risibilem esse atque disciplinam preceptiuum. Dicunt ergo nihil moueri a se primo / hac duplici primitate. Si namque quod competit sibi moueri secundum qualeslibet partes: legitur non competere illi naturae in se adaequate moueri / sicut si cuiuslibet parti hominis conueniret esse risibile: Non competere ipsi homini esse primo siue adaequate talem. Et contra. Quando aliquid conuenit aliqui adaequate: & conuersum nequit sibi competere secundum omnes partes suas. Nil itaque de aliquo predicari potest primo utraque primitate. Hoc quidem acutum est ad mentem tamen philosophi: etiam prior responsio sufficiebat. BONVS. Cuncta quae dicis me sum optere oblectant. Quod pacto tamen philosophus esse deueniendum ad primum motorem illo medio: quia nihil a seipso primo moueatur / docet si res quae primum ualeat a seipso primo ceteris. BENIGNVS. Sufficiebat forsitan sibi deuenire in cognitionem primi motoris omnia mouentis: & ipsius nullatenus ab alio motu per haec signa: Quia & in rebus corporeis / quoties plura sunt mouentia: atque mota deueniunt ad rem / quae ita mouetur / quae



non mouet: & ad rem que ita mouet / q̄ nō mo-  
uetur: Sic & oportere & in uniuerso fieri. Nihil  
quoc̄ a se ipso mouetur accipiendo mouere pro  
efficere / siue gigner̄ eo modo quo philosophus  
causam efficientem uocat causam / unde princi-  
pium motus. Et eo modo certum est nihil mo-  
ueri a se ipso / sicut neq; gigni. In nullius enim  
mentem uenire potest ut aliquid seipsū gignat.

¶ Si angelus possit moueri de loco ad locum in  
mensura indiuisibilis hoc est instanti.

Ca. xii. CALIXTVS.



¶ Eptimo proposueram⁹ an angelus  
possit moueri in mensura impartibi-  
li: quam instans uocant. Et sunt mi-  
hi rationes pro utraq; parte. Pro negatiua qui-  
dē me mouent hęc / primo Quia ubicūq; ē pri⁹  
& posterius / ibi & tempus ( loquimur enim pro-  
prie de priori & posteriori: & modo usitationi )  
sed in omni motu est prius & posterius: igitur  
& tempus. Non ergo instanti / sed tempore mē-  
surabit omnis motus. Secūdo me mouet talis ra-  
tio: Quicquid potest in aliqua mensura uirtus ī-  
feriō / siue debiliōr / poterit in mensura minori  
uirt⁹ superior atq; fortior. Si ergo angelus pos-  
sit se mouere in instanti / uirtus potētiōr posset  
moueri in mensura minori q̄ sit instans. Hoc au-  
tem est impossibile: quia instanti nil minus: Er-  
go & aliqua premisarum erit impossibilis / non  
quidem prior: quia illa est philosophi. vii. phi-  
siorum: ergo posterior / siue minor. Pro affir-  
matiua uero parte sunt mihi hęc ratiōes. Prima  
Quo uirtus motoris fuerit potentior / & mobile  
tali uirtuti minus resistēs: eo motus erit uelociō  
Sed uirtus motiua angeli absq; proportionē su-  
perare uidetur omnem uirtutem motiuaq; corpo-  
ris: Igitur & uirtus illa absq; proportionē pote-  
rit mouere in mensura minori: illa ī qua mouet  
corpus. Adde sed nulla mensura que sit temp⁹  
est absq; propōtione ad aliud tēpus. Omne. n.  
tempus ad aliud comparatum proportionē ha-  
bet ad illud. Illa ergo mensura que nullam pro-  
portionem habet ad tempus: & in qua angelus  
dicitur posse moueri / siue moueri: erit instans.  
Confirmatur quicquid. n. potest competere cō-

poni de perfectione uirtutis actiue / potest com-  
petere & angelo. Sed quędam corpora quosdāz  
motus perficiunt ī instanti sicut sol luminat su-  
bito totum orbem. Igitur talis uirtus multo ma-  
gis erit concedenda ipsi longe sole potentiore ā  
gelo. Pręterea si angelus moueretur in tempore  
& non in instanti / sequeretur q̄ esset partiz in  
termino a quo recedit: & partim in termino ad  
quem accedit: Et ita esset partibilis. BENI. So-  
lidior & magis ueritati consentanea est illorum  
opinio: qui motum angeli ponunt in tempore  
non quidem illo discreto / sed continuo: Et qa  
tempus est mensura motus / ut patet expresse ex  
tota philosophia. Querunt tamen theologi an  
angelus possit moueri in instanti: nō tanq̄ opi-  
narentur possibile esse aliquid moueri in instāti  
sed querunt an angel⁹ possit ad locum aliquem  
accedere in instanti: & per consequens sine mo-  
tu ita / ut ueluti mouendo potest aliquem locuz  
acquirere ita & sine motu illuz eundē possit adi-  
pisci in instanti. Vbi quidez fit talis distinctio  
Nam aut intelligis ut possit acquirere in instan-  
ti solum terminum totius motus / an etiam cum  
hoc simul possit acquirere omnia loca inter me-  
dia cu; loco extremo / itaq; simul omnia illa lo-  
ca inter media per transeat in instanti. Pręcāta  
tali distinctioe solent poni du; conclusiones  
quarum prior est hęc / Impossibile est angelus  
sua uirtute naturali moueri in instanti acquirē  
do ultimum ubi & omnia inter media. Posteriō  
conclusio. Possibile est Angelus etiam propria  
uirtute subito atq; in instanti acquirere solum  
ultimum ubi: Cuius ratio potissimū est hęc Na-  
tura est dignificanda quantū sine repugnantia  
dignificari potest: Et qa nulla ratio cogit talez  
uirtutem ab angelis excludere: Iccirco dignius  
est ipsis eaz tanq̄ primis totius uniuersi tribuer̄  
Ad argumenta itaq; que negabant talez muta-  
tionem / Respondetur Concedendo priorez p-  
positionem / atq; etiam posteriorez: Sed dicim⁹  
cuiusmodi adaptionem loci angeluz posse conse-  
qui in instanti uel propria / uel salte diuina uir-  
tute. Talis tamen cōsecutio non erit pprie mo-  
tus / neq; cum motu. Ad aliam rationez dicim⁹



Maiorem illam ueraz esse / si tali mensura in q̄  
 operatur uirtus inferior possit dari minor / Nūc  
 autem minor dari non potest. Erit ergo regula  
 illa philosophi uera / cuz tali conditione / Sed si  
 uolueris mensuram / minorem ponere / q̄ sit in /  
 stans assūmes proportionez falsam. Vnde q̄uis  
 natura / q̄ uirtutis finitē generet in instanti De  
 us certo / qui imensē uirtutis nō poterit generā  
 in mensura minori / et quare? Quia mēsurā mi  
 nor non reperitur. Prima Quoq̄ ratio ad partē  
 affirmatiuā nō concludit necessario / neq̄ ex ma  
 nifestis. Neq̄ enī constat / ut uirtus angeli ab /  
 q̄ proportionez superet uirtutez cuiusq̄ corpo  
 ris. Illa etiam ratio / que infert q̄ si moueretur ī  
 tēpore partibilis esset / soluta & exclusa est supe  
 rius. **PRODANELLVS.** An motio angeli  
 de qua loquimur mensuretur tēpore nostro &  
 subiaceat motui primi mobilis / ueluti eidē subi  
 ciuntur uniuersi motus corporei. **BENIGN⁹.**  
 Quidā dicunt etiā ex potioribus / & quos defen  
 sare solemus motiones Angelorū non mensura  
 ri illo tēpore / quod est mēsurā primi motus / eo  
 q̄ motus Angeloz / qui sunt incorporei nō de  
 pendet ex motu celi / quod est corporeū. Verū  
 tam de tēpore contingit loqui bifariā / prout tra  
 dūt plurimi Parisiensiu. Est. n. tēpus propriū  
 unicuiq̄ motui / & illud nil aliud dicunt esse q̄  
 ipsam longitudinē uniuscuiusq̄ motus / ita ut  
 sicuti longitudo cōporis / siue superficies linea  
 dicitur / ita longitudo motionis dicatur tēpus.  
 Et eo modo unicuiq̄ motui propriū correspō  
 det tēpus sicut & propria longitudo. Eo itaq̄  
 modo motiones Angeloz unaqueq̄ / in q̄ suo  
 proprio tēpore mensuratur / & aliud est tēpus u  
 nius motiois aliud alterius. Est quoq̄ tēpus cō  
 mune / lōgitudo in q̄ motus primi per quā nos  
 mensuramus reliquos motus / & quom motus ā  
 geli sit continuus potest sicut & ceteri eadē mē  
 sura mensurari. Neq̄ oportet reliquos motus d  
 pendere ab illo motu in esse nature. Nā ut alias  
 uidebitur etiā quiescente primo mobili non re  
 pugnat rotā figuli / atq̄ homines & alia huius  
 modi moueri. Et quod maius dictu quiescente  
 celo poterunt hi motus existente tēpore illo cō

muni mensurari / concipiendo hos motus infe  
 riores in tanta uel tanta parte primi motus fuis  
 se factos si motus ille primus esset. Veluti sacre  
 littere serunt fuisse tēpore Iosue oppugnantis  
 ciuitatem Ierico stetit sole per duos dies / &  
 non obstante quiete solis / & per consequens to  
 tius soli milites oppugnabant urbē circa illam  
 ambulantes & currentes / & motiones uarie illi  
 us oppugnationis mensurabantur motu celi / q̄  
 tamen non erat / dicit. n. eos oppugnasse urbes  
 diebus duobus / hoc est quadragita octo horis  
 Ex quo apparet talem mensurā nil aliud esse q̄  
 cognitionez longitudinis motuū inferiorū min⁹  
 nobis notorū per cognitionē motus illius om  
 nibus notissimi. Non est ergo opus alio tēpore  
 continuo & cōmuni. **CALIXTVS.** Posset  
 nec ne Angelus in toto tēpore precedenti con  
 capi esse in loco uno / & deinde in ultimo instā  
 ti illius tēporis esse in loco alio / Veluti in toto  
 tēpore intelligatur aer tenebris obuolutus / & in  
 ultimo instanti illuminatur / & ueluti dum ali  
 quid generatur / puta acetum ex uino in toto tē  
 pore pcedenti concipitur ibi esse unum / In  
 ultimo autē instanti acetum. Nequit. n. instans  
 intelligi ēē absq̄ tēporē medio post aliud instā  
**BENIGNVS.** Illi idē uident negā eiusmodi  
 mutationē ab angelo dicentes / q̄ quiescens ī  
 aliquo tempore quiescat / in primo & medio / &  
 ultimo instanti alicuius tēporis / Per consequēs  
 nihil potest in ultimo instanti esse in alio termi  
 no / q̄ in eo in quo quiescebat. Non. n. potest a  
 liquid quiescere sub forma albedinis in toto ali  
 quo tēpore / & in ultimo illius tēporis esse sub a  
 lia forma diuersa ab albedine. Et dicunt q̄ om̄s  
 ille mutationes subite qualis est illuminatio aut  
 generatio / sunt termini aliquoz motuū conti  
 nuorū & pcedentiū. Generatio namq̄ est ter  
 minus alterationis / & illuminatio est termi  
 nus motus localis ipsius corporis illuminantis.  
 Quom itaq̄ aiunt motus localis Angeli nō sic  
 terminus alicuius alterius motionis continuē /  
 sed per seipsum existat non dependens ab alio  
 motu / impossibile ē Angelū esse in loco aliquo  
 in toto pcedenti tēpore / & in ultimo illius tē



9  
poris esse in loco alio / Sed oportet assignare aliquid nunc in quo fuit ultimo in loco precedenti: & aliud nunc in quo sit in loco sequenti. In ter omnia autem duo nunc cadit tempus mediuz. Igitur Angelus non potest transire de loco ad locum nisi in tempore continuo / si continue moueatur. Sed contra illud multifaria arguit quidam doctor ostendens aliquid posse esse sub una dispositione in toto tempore precedenti / & in ultimo instanti illius temporis esse sub alia dispositione. Sicut theologi dicunt in toto tempore precedenti in altari esse panem / & in ultimo instanti illius temporis ibi esse corpus Christi. Similiter ex tempore ut sol fuit creatus illuminauit medium antequam ligatur secundum locum translatus / uel saltem possibile est solum creari non motum: qui in instanti illuminabit. Non itaque oportet ut omnis subita mutatio sit terminus alicuius precedentis mutationis / que fuerit successiua & continua. Sed hec se extra presentem materiam consideranda atque discutenda. **PRODA.** Dixisti angelum in tempore moueri si motu continuo moueatur / Ex quo sequitur uidetur angelum posse moueri motu non continuo. **BENI.** Dicunt illi idem taliter angelum moueri / qualiter & operatur / quia in loco est per operationem. Si ergo paulatim & continue operetur / siue applicet fieri uirtute ad diuersa ubi mouebitur motu continuo. Si uero operetur nunc in hoc loco / nunc in illo / mouebitur de hoc loco ad illud: non quidem continue / quia nec continue applicat uirtute suam: & talis motus mensurabitur tempore per discretum. Verum de hoc in sequenti questione latius.

¶ Si Angelus possit transire de uno loco extremo in alium non transeundo per medium. Ca.

xii. MENTIVS.

**N**ouissime quo ad libitum istum inquirebatur an sit possibile Angelum transire de uno loco extremo in alium locum extremum non transeundo per ullum medium. Immo quod non oporteat ipsum transire per tale medium. Et pro utraque parte uidentur rationes efficaces. Prima est pro parte affirmatiua: que me aliquando Chachinno afficit / dicit. n. Angelum esse substantie simplicioris quam sic anima nostra: & perfe-

ctioris. Et tamen anima nostra transit sepe numero sua cogitatione de uno extremo in aliud. Cogitando namque primum de ciuitate Siluina in qua est illico potest transire in ciuitate Florentina in qua iam delitiose uixit: non transeundo mare / neque prouincias aut ciuitates interiacentes. Igitur Angelus qui nature & perfectioris & simplicioris est / poterit a ciuitate Siluina se transferre ad ciuitate Fesulanam non transeundo per media loca. Sed ideo dixi me hac de ratione ridere: quia manifeste uidetur aliud esse cogitatione sibi res presentes assistere / aliud ad eas propria persona se transferre. Est & alia ratio: que me nil mouet dicit. n. Angelum in loco in diuisibili semper esse puta in puncto. Si ergo moueretur per medium oporteret & ipsum transire de puncto in punctum. Et quomodo illa puncta sint infinita sequeretur / quod transiret puncta infinita dum mouetur & semper erit in loco sibi equali / nunquam quod maiore transibit. Hec ratio iam soluta est quando concessum est Angelum nunquam esse nisi in loco diuisibili & ipsum in puncto tanquam in loco nunquam esse. Et etiam si fieret in tali loco ut aliquibus uidetur adhuc posset transire de puncto in ipsum continuum. Sed tu tene que superius diximus. Pro eadem parte / alii arguunt sic. Si angelus potest operari in uno extremo / nunc & in alio extremo potest nil operando in locis inter medius. Igitur etiam poterit transire de loco extremo ad alterum extremum non transeundo per medium. Si quoque ut non nullis placet sese moueat iussu uoluntatis sue: ita ut potentia illa: quam executiuam uocant pareat ad nutum sue uoluntati / poterit certe sicut uelle esse in alio extremo non uolendo esse in aliquo medio ita & esse. Exequetur. n. illa potentia uoluntatis iussa pro libito. Potest autem uelle & extremum non uolendo medium / quia potest sic & intelligere. Quicquid autem possunt separatim intelligi / possunt equidem & separatim appeti. Accedit ad hec / quia. Quicquid potest conuenire talis perfectionis corpori / poterit conuenire & spiritui mobili. Sed corpori Christi hoc competit ut existens in celo empireo incipiat esse in altari absque hoc quod in illo intercepto loco repiat



Poterit ergo & Angelis illud competere. Pro a-  
lia parte arguitur sic. Qualis est ordo p̄teriti ad  
futurū / talis est ordo loci extremi ad locū extre-  
mū. S; impossibile est transire de p̄terito in futu-  
rū non transeundo p̄sens. Igitur impossibile  
est de loco extremo conducti in aliū locū extre-  
mū non transeundo per mediū. Minor est ma-  
nifesta / & Maior nulla indiget probatione eo  
q̄ ita se habēt media loca ad extrema / sicut me-  
dia tempora ad illa: quę ultima. P̄terea / Om̄e  
quod acquisiuit locū nouū mutatū est: & iuxta  
doctrinā philosophi. vi. phi. Om̄e mutatū esse  
p̄cedit moueri. Igitur anteq̄ Angelus acqui-  
siisset ultimū locū mouebatur. Et certū est q̄  
non mouebatur / dum esset in loco in quo quie-  
scebat: & qui erat terminus a quo erat discesur⁹.  
Igitur mouebatur in locis interceptis: & ita oportuit  
eum per eiusmodi locū intercepta transire.  
**BENIGNVS.** Pro huius rei dilucidatōe po-  
nātur hęc conclusiones. Prima ē. Quoties ange-  
lus de uno ubi in aliud eietur motu continuo /  
toties necesse est ipsum pertransire cuncta loca  
intercepta. Patet id. Nā inter quęcūq̄ duo loca  
extrema sunt infinita loca intercepta in quibus  
res illa quę mouetur reperitur / & unū quodq̄ il-  
lorum pertransit anteq̄ deueniat in ultimū locū.  
Quod philosophi probant p̄supponentes in  
quocūq̄ tēpore esse instantia infinita: & p̄sup-  
ponentes rez duz mouetur nunq̄ quiescere. Mo-  
ueatur ergo aliquid super aliqua magnitudine  
spacio unius horę / & certū est. Q̄ in quolibet  
instanti erit in alio: & alio loco sibi adequato &  
ita transibit loca inter media infinita / si in quo  
libet instanti sit in alio & alio loco: & instantia  
sunt in quolibet tēpore infinita. Secunda Con-  
clusio sit hęc. Si Angel⁹: esset in loco solū per  
applicatōē suę uirtutis / ut aliqui tenent / tūc  
posset se transferre in locū extremū non transe-  
undo mediū / quia posset applicare uirtutē suā  
loco extremo non applicādo loco medio. Sum⁹  
liter si posset pro libito uoluntati suę se trāsferri  
ualeret utiq̄ esse p̄sēs loco extremo absq̄ hoc  
q̄ esset p̄sēs ulli loco intercepto. Sed an hęc  
conclusio sit uera quo ad priorē sui partē dictū

est in superioribus. Quo uero ad alteram ambi-  
gua est / uel potius falsa est censenda ut Ange-  
lus propria uirtute se possit transferre ad quęcū-  
q̄ locū: quem expeteret etiam non transeundo  
per loca inter media. Tercia conclusio. Angel⁹  
bonus ubicūq̄ expeterit esse pie credendum est  
ipsum ibi diuina uirtute illicō transferri. Con-  
descendit. n. Deus uoluntati suę iuxta illud uo-  
luntatem timentū se faciet / & deprecationem  
eorū exaudiet. Vbi p̄supponitur Deū potentis-  
simū in mensura in diuisibili posse angelū trā-  
sferre de terra in celū / & de celo in terrā / & per-  
consequēs d̄ quo uis loco quęcūq̄ locū. Et hoc  
bifariam uel faciendo euz p̄sentē omnibus lo-  
cis inter medius / prius quidē um q̄ alteri / non  
ordine tēporis / aut durationis / sed solū ordine  
naturę. Et ita Angelus diuina uirtute uidetur  
in eodē instanti posse esse in celo & in terra: & i  
cunctis locis inter medius obseruato ordine na-  
turę. Prius. n. intelligetur in celo q̄ in aere / pri-  
us certo in aere q̄ in terra. Sicut forsan in eodē  
instanti tēporis una forma corrūpitur: & alia i-  
troducitur: prius tamen natura est corrūptio il-  
lius q̄ introductio alterius. Quarta conclusio.  
Angelus propria uirtute nequit transire de ex-  
tremo in extremum / nisi transeundo per medi-  
um / neq̄ etiam poterit se transferre propria uir-  
tute de tali extremo in tale extremum / in men-  
sura i diuisibili. p̄supponēdo iter illa duo extre-  
ma esse aliquod mediū quod non sit aliquid u-  
triusq̄ extremi. Icarco propria uirtute nō po-  
test ex Rhacusia urbe se transferri ad Floren-  
tinam in instanti: neq̄ non transeundo per lo-  
ca media. Quinta conclusio. Angelus potest se  
transferre etiam in mensura in diuisibili de ex-  
tremo in extremum non transeundo per medi-  
um si illa extrema careant medio totali: & ab eis  
distincto. Hoc autē intelligo sic: Sint duo spa-  
cia / puta / duę domus / uel duę basilicę cōtigue  
& equales / ita ut p̄sentia Angeli sit in tota ba-  
silica / aut in tota domo una. Quia angelus / ut  
declarauimus / potest esse in loco tam magno.  
Nunc Si Angelus uelit transire in aliam basili-  
cam / aut domum contiguaz priori basilicę / aut



domui non transibit per mediū aliud utrique  
extremo / quia illud casu posito non conceditur  
Ne transibit in tempore ut uidetur: sed statim fa-  
ciat se presentes toti sequenti basilicę / aut domui  
& non relinquet prius dimidiam partem prio-  
ris basilicę & dimidiam alterius acquirat / sed to-  
tam priorem simul dimittet / & totam postero-  
rem simul acquirat. Hoc solum posset uirtuti an-  
gelicę concedi / ut in mensura indiuisibili talez  
transitum facere possit. Et in hoc natura eius di-  
gnificanda est. Verum q̄ possit transire d̄ extre-  
mo distanti in extremū distans propria uirtute  
non transeundo per medium / aut transeundo  
in instanti / id sibi repugnare uidetur. Ille nā-  
q̄ ordo transeundo de extremo in extremum p̄  
media uidetur esse prefixus a sup̄ino agente deo  
cuicumq̄ agenti inferiori / & necesse erit omnia  
agentia inferiora eiusmodi ordinem seruare / ue-  
luti etiam ab eodez Deo suctitum est / ut nunq̄  
id ex mixto ullo fiat id ex quo ipsum mixtū fa-  
ctum est: nunq̄ .n. semen fit ex illo eo modo ge-  
nerandi: quod ex semine factum est. Nunq̄ ex  
oliua corrupta nascit̄ semen oliuę / neq̄ ex ace-  
to uinum / quia illud ex uino corrupto cōfectū  
erat: Qui tamē ordo / ut a prima causa obseruet̄  
non oportet. Quod itaq̄ imprecidenti questio-  
ne naturam angelorum dignificando diximus  
ip̄os posse mutari propria uirtute ī mensura ī-  
diuisibili in ultimum / ubi / absq̄ hoc / q̄ in ta-  
li mensura intelligatur habuisse plura ubi equa-  
lia / corrigitur in presenti questione: & declara-  
tum est / illud sibi esse possibile quando transit  
de loco contiguo in contiguū d̄taxat. **MEN-**  
**TIVS.** Solutiones obiectionū: quas attuli iā  
mihi patenti neq̄ .n. Christi corpus hic incipit  
esse non transeundo per media nisi uirtute infi-  
nita: neq̄ ut ultima ratio probare uidebatur oē  
mutatum precedit moueri: sed solū illud quod  
est in motu. Reliquę autem obiectiones: qui re-  
cte ea / quę dixisti animaduertit solutas inue-  
niet. **BENIGNVS.** Hęc sunt quę celestiuū mi-  
litum tum quo / tum loco & tum motu dicenda  
restabant: & prout sepius diximus omnes ange-  
lorum motiones sunt ab optimo omnium bono

9  
norum largitore Deo concessę potissimum in no-  
stram utilitatem: Quo & mali spiritus nos exer-  
ceant: & conflictu assiduo robustiores atq̄ meli-  
ores magisq̄ strenuos reddant / boni uero / ut  
nos protegant / defendant / conseruent / ab in-  
fidisq̄ malorū liberent: utq̄ cuncta opera no-  
stra gratiora sumo Deo efficiant: & nos tanq̄ ue-  
ros ipsorū conciuēs ad regna sup̄erna prouhe-  
ant: & fortunatos eorū patrociniō ad sup̄nā  
illam foelicitatem perducant: Quam nobis pre-  
stare largiri & cōcedere dignet̄: Qui & angelis  
& hominibus imperat: & semp̄ uiuit & regnat.  
Amen.

**P**ost die expletis omnibus disputa-  
tionibus diuino aspirante numine  
plurimi ex acutioribus iterum in eā-  
dem perpetuis honoribus celebran-  
dam uirginis eadem confluxerunt: Et ut eis uide-  
batur unū precuntes se scire cupiebant: Quod  
forsan diuina sorte: nostraq̄ industria pretermis-  
sū fuerat ut audi⁹ carperetur. Illud igitur ita  
fuit propositum: eoq̄ modo definitum.

**Q**uestio de primatu Angelorum. Quis v3.  
inter eos sit omnium maximus. **SORGIVS**

**P**ost uniuersis de angelorum condi-  
tionibus cōtemplationes restat: hoc  
perscrutandum quis inter eos uidea-  
tur maior: Inimō omnium ipsorum  
maximus. Et an plures ex ipsis sup̄emis spiri-  
tus possint esse equales saltem natura. Et quid  
de Michaelē illo: quem quidam tanq̄ archange-  
lum in secundo choro infimę hierarchie quidā  
tanq̄ principem in tertio collocant / sit sentien-  
dum. **BENIGNVS.** Ego semel dum adhuc ī  
mea ciuitate urbinatensi ( donatus .n. ut noſtis  
sum ciuitate illa ) moram trahere apud inclitū  
duceim Foedericum: duz & iste rex excelsus Par-  
tenopeus Foedericus: qui nūc post tot clades re-  
gnat adesset / redibat nempe tuz ex Galis a chri-  
stianissimo rege Ludouico genitor̄ hui⁹ magni  
Caroli: qui totum orbem cōmouit / Imminente  
archāgeli Michaelis ea solemnitate: quę tertio  
calendas octobris celebratur / dum iussu eius dē



ducis Monfelteri orōnem corā principibus esse habiturū tanq̄ superno afflatus numine his rōnibus: quas afferaz: que mihi tunc extempore occurrerunt probauit Michaelē esse nobilissimum inter omnes creaturas & sūmum seraphim & omnium spirituum celestium principem inuictissimum. Prima quarū rationū talis fuit / MPti theologorum Gabrielem inter Seraphim ānu merandum putant / & inter primos spiritus collocandum censent: Quod quidē & Sixtus quartus Pontifex maximus ex ordine nostro assumptus in sermone: quem de uisitatione uirginis genitricis edidit asserere uidetur. Quo p̄iacto ego addo Michaelē gabrieli preferendum esse & scripturū / & ecclesię orthodoxę auctoritate. ubi cumq̄. n. plurimum angelorum nomina recitant Michaelis nomē in capite semper ponitur / Si ergo alius Gabrielem licet inter primos cōnuerare / licebit mihi & Michaelē: qui ipsum preceedit primū iudicare & censere. Deinde probationem induxi a nomine ipsius / Quid. n. est dictu Michaelē: nil aliud profecto q̄ / quis ut De⁹ ac si aperte diceretur iter illos qui sunt Diu participatione / quis illi similis / aut equalis / Aut quis est quem Deus adeo decorum / adeo sapienter / adeo egregium condidit ueluti illum. Tertio illud persuadebamus preclara ecclesię ( que a spiritu sancto in rebus fidei gubernatur & regitur ) cōsuetudine. Illa. n. orthodoxa mater uniuersis supernis exercitiis totiq̄ celesti militię obsequi & inseruire cupiens dies festos totiq̄ curie celestis sub nomine Michaelis cōsecrauit & dedicauit / Non ob aliud profecto q̄ ut agnosceres uniuersum exercitum inducis laudari cōmēdationibus. Et primi angeli suffragia implorās omnium aliorum auxilia efflagitare. Posthac asserēbamus & eiusmodi rationem. Nā in eisde sanctorum spirituum laudibus / atq̄ oīū angelo rum p̄conis ipsū cunctis preponimus appellantes & uocantes paradisi p̄positū / atq̄ primatē totius celestis exercitus / quod certo nō ab re / nō casu / aut fortuitu / ut ita caneremus / ita predicaremus actū esse puto: Sed potius diuina quadā inspiratione / ut omēs agnoscerent maxi

mā Michaelis dignitatē. Accedebat ad hęc / quā ille amenissimus locus / illa suauissima patria: quā paradisu appellamus Michaelis ditioni subiecta esse uideat. Ipse. n. liberator dicitur oīū esse aīarū / quia ipsius est singuloꝝ inspicere merita / examinare opera / & adiudicā p̄mia / Quoz autē plurimi sanctoꝝ etiā primis angelis in merito sint equales / & sibi sit cōmissa cura oīū aīarū ( unde & de beatissimo Martino canitur quē Michael assumpsit cū angelis ) ut sit primus oīū angeloꝝ uere existimādū est ad hoc ut digne oībus p̄poneretur aīabus. Preterea & id dicēbamus nefas esse opinari / ut primę creature nobilissimiq̄ spiritus fuisset nomen hoībus absconditū. Quoz. n. suapte natura homo religio sit deditus & superū obseruantię absurdū fuisset i ferioꝝ noībus reuelatis primi angeli nomē contuissse. Reuelatū ergo est nomē illud / neq̄ aliud esse potest / q̄ nomē Michaelis / hoc. n. dignius est post ipsū Deū oībus reuelatis noībus. Deniq̄ efficacius asserēbamus talē rationē / Dicto mihi / quis pugnauit cū Dracone / quis Luciferuz uicit / non ne Michael? Putas ne equū fuisset ut inferior cū superiore pugnaisset / ut primę hierarchie angelus qualis fuit Lucifer decertare & conficerē minus cōminusq̄ multaq̄ rationū disceptationibus cū tā infimo angelo qualē Michaelē ponunt dignatus fuisset? Et qui adeo superb⁹ tumidusq̄ & inflatus gloria extiterat / ut cū ipso Deo potius decertare maluisset / cū uno archangelo / aut simplici principe conflixisset? Tandē concludēbamus uel ex eo Michaelē oībus aīeferendū quia uictoria & triūphus ille sibi ab oībus ascribitur: Quod certo est propriū imperatoris munus. Oēs autē angelos i cōfluctu illo passim affirmant theologi & triūphus atq̄ p̄coniū unī Michaeli conceditur. Hoc equidē ē euidentissimū signū imperialis maiestatis / ipsi Lucifero pro oībus angelis ueluti quandoq̄ Pet⁹ ille pro oībus apostolis acutissime respōdit / obiecit / & obiectiones ipsius prauas repullit. Ipse omēs ad ortatus est ueluti imperatō quidā suū exercitū. Neq̄ poterat esse primus gratia ( ut patet ex his q̄ iā diximus ) nisi fuisset prior & natura



Deus igitur erit post primū Deū; prim⁹ pfecto  
 natura oīum rerum creatarū; secundus uel tertius  
 gratia. Solam nāq; xpī dñi aīam in donis diui-  
 nis atq; Genitricis Dei pponimus; si fas nō sit  
 ullū eidem parē reddē Hieronymi quoq; diu  
 auctoritē ut post illā genitricē nullum aliorum  
 sanctorū fas est cūctis pferē spiritibus; Nemo er-  
 go quēq; ex sanctis hoibus Michaeli aīponat.  
 Nō itaq; Luciferū nobiliorem censem⁹ Michae-  
 le; neq; cōgruū putamus primū angelū; ueluti  
 neq; primū hoīē dānationi subiactū. Erit i-  
 gīt Lucifer post Michaelē; uel morē geram⁹ q̄  
 busdā sacris doctoribus Luciferū cūctis prepo-  
 nentib⁹; dicem⁹ ip̄s cū Michaelē eiusdē speciei  
 esse; & ita uterq; illorū primus natura dici pote-  
 rit; & ad alterū dubiū tuum ex his respōsa cap-  
 tabis; possunt. n. plures & i naturalib⁹ & i diui-  
 nis donis pares esse. Nisi i diuidua q̄ eiusdē spe-  
 cie i nobilitate pferē uelis; q̄ quidē q̄a minima  
 est parū ē existimā. Michael ergo est mēiura  
 oīū substantiarū; hoc ē naturarū accidentia sub-  
 stētantiū. Neq; his obstat archāgelū nomen aut  
 principis. Est. n. archāgelus & princeps nō rōne  
 chori sed platione; & dignitate; quā supra om̄s  
 est sortit⁹. Michael q̄ nō solū princeps a Dame-  
 le sed un⁹ ex primis p̄cipib⁹ dicit ēē; q̄a un⁹  
 & prim⁹ iter primos p̄cipēs. i. seraphicos spiri-  
 t⁹ existit ip̄e quōdā sinagoge nūc aut ecclē xpī  
 p̄sidere dī; Quom. n. sit p̄nceps paradisi fauet  
 his q̄ p̄ordinati sūt. Ex adoptione hereditatem  
 possidet. Missus q̄ ad quidā nō multū ardua le-  
 git; quod q̄dē ita exponat sicut & illud Esae  
 de seraph misso ad icēdenda ips⁹ labia ex poni-  
 tur; & eo pacto q̄ De⁹ legē Mosi in mōte altissi-  
 mo Sinai dedit. Missus itaq; a Michaelē āge-  
 lus q̄ sp̄iā Michael uocat; sicut & a deo De⁹. Et  
 talis Michael missus pōt nō solū i infima hierar-  
 chia sed ē i ultimo ordie collocari. Michael igitur  
 oīum celestiuū spirituuū princeps ielyt⁹ ab u-  
 niuersis post uirginē illā sup om̄s colat & ado-  
 ret; Nōq; ip̄i deuotissimaz atq; suplice; eidem  
 ecclēa istructe porrigam⁹ p̄ccs. Princeps gl̄iosissi-  
 me Michael archāgele defēde nos icōtinuo uitę  
 p̄ntis pl̄to; & esto memor nr̄i; ut nūq; peamus  
 s; salu atq; tuti sub tuo iuncto p̄ocino manea

m⁹; hic & ubiq; sp̄ deprecare p nobis filiū Dei.  
 Adimpleat itē rogām⁹ i nobis ip̄e benignus qd̄  
 i ip̄o tanto pe adimplere curauim⁹. Deo gr̄as.

**Explicit opus de Natura Angelica. Impres-  
 sum cum maxima diligentia Florentie .xiii.  
 Kalēdas Augusti. M. CCCC. LXXXIX.**

**¶ Sigismundus Bonifati⁹ Gorge⁹ ad Lectorem  
 Quicumq; Angelicos optabat noscere cētus  
 Et quantū excellat ille; uel ille chorus  
 Aut quid scire queūt; nobis seu pandere uoces  
 Ut licet; & paruo posse manere loco;  
 Perlegat īgenua quos eddidit arte libellos  
 Gorgius; & quanta nobilitate uigent;  
 Inspice uerba modū; & sensus aduerte latentes;  
 Et tale īgeniū quid nouitatis habet.  
 Hinc gratus nitidas laudes persolue Benigno;  
 Hin nomen tanti fas celebrare uiri.**

Finis.

Damianus Beneficius Ad Lectorem  
 Cognitus hetruscē prius ille Georgius urbi;  
 Incipit ( ecce uides ) notior esse modo.  
 Misit. n. tuscē dialectica dogmata genti;  
 Quis scoti obscurum lector acumen inest.  
**¶ Eiusdem Damiani ad Georgeum beni-  
 gnū Saluatum.**  
 Ecce quod extremis scotos fuit ille britannis;  
 Doctus quod mauris Aureliusue suis;  
 Quod q̄ dalmaticis ardens Hieronymus undis;  
 Quod senonum populis Ambrosiusq; pius.  
 Illud idē nobis nunc tu uenerāde Georgi;  
 Illyrici fateor gloria magna soli;  
 Intima perpetui tibi nā secreta tonantis;  
 Et datur angelicos cernere mente choros.  
 Tu bon⁹ illustis; sapiēs; q; grauiusq; benign⁹  
 Dicitus es; & nostro tempore ubiq; pius;  
 Tuq; stuentina cantatus in urbe fuisti;  
 Te similis Laurus Cosmū amauit aui;  
 Nicenus sopher te fouit amator honestę;  
 Te Dux urbinū Martis in arte furens.  
 Desuit ergo nihil quod posset habere uiator;  
 Que data sunt uiuis omnia parta tibi.  
**¶ Ad Lectorem de eodem.**  
 Disce quot iste bonis ornatur lector hōestas.  
 Scrut honor; pietas; gl̄ia; forma sibi







